
2 400 40 Gafta MADE IN SPAIN

R. 4150

De Asse et partibus eius Libri quinq; Guillielmi Budęi Parisiensis Secretarij Regij.



Venundantur in ędibus Ascensianis.

PRAEFATIO.

GVILLIELMVS BVDAEVS PARISIENSIS: REGIVS SECRETARIVS: AD OPTIMVMQVEMQVE ET CANDIDISSIMVM VIRVM LITERARVM ET PHILOSOPHIAE STVDIOSVM: PRAEFATIO IN LIBROS DE ASSE ET PARTIBVS EIVS.

Natura comparatũ esse videmus: vt qui aliquid efficere se posse confidant: ii ad id aggrediendum: auspicandum: absoluendum: toto (vt dicitur) pectore: totaq; cogitatione incũbãt. Idq; nihilo secius etsi absq; rei familiaris detrimento: aut valitudinis incõmodo facere non posse intelligant: nedum si nullum inde dignum operę precium expectent. tãta vis est naturæ ad ea impellentis ad quę nos aptos fecit. Quũ autem humanis animis nihil magis intelligentia ingenitum sit: quę parens est ipsa omnis inuentionis: sit eiusdem naturæ instinctu vt q̃ quisq; ingenio maxime prę stat: tam is ad cõminiscendum semper aliquid maxime intentus sit & pronus. Quod videns (vt arbitror) Homerus ingeniorum vertex: homines alphestas interdum appellauit: quasi indagatores & inueniendi vi prædi tos. Interdum id vocabulum pro hominibus vsurpauit: quasi scilicet hoc hominis maxime propriũ esse existimaret: indagare & inuenire. Inde artium omnium consumatio: quas Varro intra mille annos repertas & absolutas fuisse tradit: cum varias scilicet vsus meditando excuderet artes: vt inquit Homerus Mantuanus. Verũ enimuero res multæ præclaræ ab antiquis vel inuentę vel vsurpatæ & in eorum vsu positæ: ita vel æui situ squallidę: vel incuria temporũ neglectę: vel rerũ inclinationibus diu desitę fuerunt: vt iterum inueniendas in vsum suũ easdem posteritas habuerit. Quare virorũ acrium doctorũq; diligentia tantum vna & altera ętate effectum est cõmẽtando: vt antiquitas propemodũ interpollata in vsum linguę latinę ad nos peruenisse videatur. Quũ igitur ad ea quę restabãt inuestiganda: ita animatos ęquales ętatis nostrę studiosos animaduerterem: vt certatim vnusquisq; in cõmune negocium nauare operam cõtenderet: quasiq; e medio desumere sibi glorię argumentũ: ausus sum & ipse cum ad hęc studia non parum nec leuiter incubuissem: quę cõminisci potueram in mediũ afferre, si forte ipsa quoq; placere: & adiuuare laborem inquirentium possent. Itaq; annotationes primum in pandectas edidi. In quibus non pauca contra receptam in vulgus hominum opinionẽ: & multarum ętatum sententia prę iudicatam in iudicium deduxi, nonnulla etiã fortasse ne inter doctos quidẽ satis animaduersa. Qua in re vtinam mihi non obfuerit q̃ tumultuosius q̃ decebat in medium attuli quæ tumultua-

Hoĩes alphestę.

Annotationes.

rie collegeram.ita enim inconsulto feruore me intuli in publicum: vt faci
lius culpã deprecari q̃ nunc inficiari aut excusare possim.ausus ipe Miner
uam (vt aiunt) Athenis violare:id est Accursii auctoritatẽ iter iurisperi
tissimos obtrectare q̃ sũma & optima pars est nrorũ magistratuũ.Nũc al
teram lucubrationem grandioris incœpti operosiorisq; profero: non in
vnum genus illam scriptorum editam:sed in vniuersum pertinentem ad
antiquitatis interpretationem:& per omne prope genus auctorum pro
biorum vtraq; lingua patentem.Sed & illud interest q̃ in illa cõmẽtatio
ne cũ ignorãtię alumnis res mihi tantum fuit:quibus fere veritas retror
sum longius repetita persuaderi vix potest.Docti autem viri nullũ mihi
negocium facessere videbantur:qui vel ipsi veritatem suapte intelligen
tia deprehendere solent:vel dociles ad optimam quãq; doctrinã se prębe
re non grauantur.At vero huius ea ratio est & conditio:minime quidem
ipsa popularis:vt quas res in iudicium affero:iis de rebus cẽsuisse recte
non nisi solus & vnus possim.Quo fit vt si in summa forte operis (o præ
cipitem scribendi sortem non modo ancipitem) hallucinatus videar: om
nium scriptorũ recentiorũ præiudiciis & prącipue doctissimi cuiusq; me
dãnatum iri necesse sit.Huius anxietatis vnum solatiũ habeo:q̃ si secun
dum me (vt spero) doctorum qui nunc sunt superstites consensus pronũ
ciarit:in huius certaminis palma nullam sibi partem fortuna vendicabit:
nullam inde frondem hominum quisq̃ prącerpet.Nã cum res attuli non
forte fortuna repertas:vt legendo fit interdũ:sed omnibus vestigiis inda
gatas:iisq; partim exoletis:partim perplexe inuolutis.tum vero ita res na
ta tulit vt enarratorum lites nullas vertere in meã rem potuerim: quũ eo
dem errore (nisi fallor) concordes ad vnũ offenderim.sic fit vt nec repo
situm cibũ nec frigidũ attulerim:nec qui fastidium mouere stomachis re
dundantibus possit.Primus enim (vt reor) instaurandã hanc partem ve
tustatis suscepi:ab aliis non neglectã:sed vel hactenus conclamatam: vel
præuaricatione transmissam.Addidi etiam vocabula non e promptuaria
penu sumpta:quũ ipsum per se operis argumentum suopte gustu posset
ad stomachos acriores facere:nulla etiam sermonis iucunditate conditũ.
Titulũ operis eum elegi qui rem tractandam implere recte intelligenti
bus posset:nec tamen profiteri archimedeum quoddã inuentum videre
tur:aut spem legentium immani pollicitatione frustrari.Nã neq; eiusmo
di librũ cõdidisse glorior qui in arce Mineruę statim consecrãdus sit: nec
rursus cuiuslibet industriæ esse censeo pondera & mensuras priscorum:
nomismatis greci latiniq; rationem æstimationẽq;:simul numerãdi colli
gendiq; modum hoc tẽpore explicasse:ac priscã mũdi opulentiã ad nũmũ
perpẽdisse.Id q̃d nisi effecisse videbor:propositi cõpos nõ ero.Mercimo
nii vero expositi explicatio docebit (vt est in sermone hominũ) quid insti
tor rerum nouarum visendũ attulerit.Neq; vero vitio mihi vertetur (vt
arbitror) q̃ adhuc vnus inuentus sim qui res dẽsissimo situ vetustatis ob
ductas refricare nunc auderem: reiq; comploratæ & ab aliis abiectę ex
plicationem ab longioribus sæculis repetere q̃ vt eorum nunc redire sci
entia postliminio posset: præsertim accedẽtibus tot memorię nostrę supe
riorisq; prejudiciis.Nõ sum em̃ nescius quosdam de opere tantum fama

Titulus operis.

Argumẽtum.

cognito nec adhuc absoluto sententiam eã tulisse: prope vt bidental mo
uisse a quibusdam existimarer qui tanto interuallo hunc lapidem molirer
ab omnibus intactum aut certe inconcussum. Hoc autem ea de causa li
bentius suscepi:vt æqualium posteriorũq; studia nostrorum prącipue:ad
parem aut maiorem cõtentionẽ excitarem: & in eandem causam mecum
q̃ plurimi incumberent.simul ociosę huius vitæ rationem:quã libens am
plexatus sum occasionem præbente temporis conditione: constare mihi
apud patriam volebam.Cuius rei indiciũ hoc esse volo q̃ nemini vni hũc
librum sed genio Francię patrięq; dicare constitui.Nullum enim amplius
prąmiũ laboris prope sesquiannui exoptaui:q̃ vt gratiã vniuersim a Fran
cis & subide a Parisiẽsib9 municipib9 meis inirẽ.Dolebã etiã vehemẽter
eam opinionem temere inualuisse quasi ingenia gallica a quinquatrib9
Mineruę interdicto naturę summouerẽtur.Qua de re in opere ipso quid
sentirem explicui.Itaq; sub nomine prædicto librum auspicate proditurũ
censui:vt vel Genio vel Mineruæ Francię quasiq; in æde honoris publici
dicatus esse videatur.Nũc viros doctos huius certaminis iudices:qui de
captu nostro scriptis aliis cognito:coniecturam facturi sunt in huius ope
ris summã:exorandos habeo:vt Areopagitarum more rem magis iudi
candam q̃ reum animaduertant.librum prius perlegãt:relegantq;:argu
menta probationesq; expendant: ita quod visum fuerit ad extremũ pro
nuncient.Et quando ita necesse est vt ex oratione nostra æstimatio nostri
fiat:quum libris in publicum editis calculum ipse iudicibus porrexerim:
monitos eos velim vt specimen iudicii non a musteo adhuc stilo nostro &
tyrocinii feruore exultanti: sed ab austeriore sumant: aut qui iam inte
puisse & cõsedisse videatur.Non aliter atq; si de vino iudicium faciẽdum
habeant: de amphora potius aut certe de dolio q̃ de lacu sumi par sit.
Postremo autem hoc libens ab omnibus lectoribus arbitris & ipsis ope
ris postularim:vt sicubi obscuriores fuimus q̃ vt ab quolibet lectore plane
aut facile intelligamur:(vt certe interdum de industria fuimus:quoniam
ita referre decori arbitrabamur) ibi vt diẽ ipsi partim iudicii sui diffun
dant quoad alios acriores consuluerint: partim quasi sibi hæc inquirere
non vacet aut pigeat: de figuratis locis non liquere fateantur: potius q̃
vt prępropere aut inique quicq̃ de nobis pronũciẽt. Vale optime lector:
& eãdẽ in causam mecũ primo quoq; tpe incumbe. Parisiis Idibus martii
Anno domini.MDXIIII.

Rerum: vocum: & sententiarum insigniũ in sequentis operis marginibus signatarũ index serie literaria.

Inceptorũ ab A.

Abdemonus Tyrius. folio. cv.
Adagiũ grecum folio. xci.
Addicere nummo. folio. xxii.
Adespoda & res eius. folio lxxxi.
Aedes magnificę Romæ. lxviii.
Aedilitia mũera & venatiões. xxxv.
Aegyptii Iudęos exosi veritatem historię ꝑuerterunt. ciiii.
Aegyptioꝝ opes. cvii
Aegypti reddit9. lxxxi
Aeoli in aula. clxv.
Aerariũ Roãnũ ex tribus generib9 redditus cõstitutum. lxxx.
Aes alienum Cęsaris. fo. xliii. Curionis. xlv.
Aesculanus deus. clv.
Aesopi patina. xxxii.
Agricolatio dñi. cl.
Aius Locutius. xcv.
Alecto. clix.
Amassis q Pharao dicitur. cviii.
Ambitiosi in aula. clix.
Amymonos. xlv.
Amphora. cix. Itẽ. cxvi & fo. sequẽti. bis
Amphora quinquagenaria. cxxvi.
Anadyomene Apellis. folio. xli.
Anagnostę. xlviii.
Anagnostę serui. lxx.
Anaphora & epanaphora. vi.
Anatocism9 antiquis vsitatus. cxxxix.
Androsphinx. clxviii.
Angel9 Politian9. cviii
Anodyna catapotia q̃ sensum doloris auferunt. clxvii.
Antęus. xcv.
Anthypophora illis rñdẽs q lr̃arũ secularium studiũ dãnãt vt nihil ꝑtinẽs ad veram philosophiã. cliiii.
Antonius a Prato Cãcellarius. clxx.
Apartilogia. lxi.
Apellis Anadyomene. folio. xli.
Apicius luxus ꝑdidissimi. fo. l.
Apirocalia. fo. xviii.
Apolides. clxvi.
Apocalypseos locus. folio. cxxix.
Laus eiusdem. clviii.
Appiani loc9. lxiii.
Appio polyhistor. cv.
Ara memorabilis Lugduni. lxxxiiii.
Arbores in quinquuncem digestę. ix.
Argẽtũ Parisinũ & cineraceũ. fo. lv.
Argẽtifodinę memorabiles. lxxxii.
Arietes talentares in Betica. lxxxiiii.
Arismaspea carmia. folio. clxiii.
Aristippei. clxv.
Arpennũ. cxi.
Artes olim in ꝑcio habitæ q̃ nunc euiluerunt. xl.
Arura. ciii.
Aruum. cxi.
Aschematistos. fo. iiii.
Asia demũ victa luxuria Romã iuasit. lxv.
Asia ꝑprie dicta. lxxix
Asin9 mẽorabilis. xxxi
Asina Reatina. f. eodẽ
Aspect9 nonagenarius. folio. v.
Aspect9 triẽtalis: Triẽtr9: Sextãs. Sexagenarius. Semissis: Quadrat9: Tetragonus: Hexagonus & Sexagenari9. vi.
Aspendi9 citharistes. folio. xiiii.
As. fo. i.
Assis partes. fo. i.
As nummulus. xxii.
As & assis. cxxxii.
Assis ꝑtes hodiernæ. fo. cxxxvii.
Assemetiũt oẽs res. iii
Assesextãtarii. cxxxiii
Ata. cxxiii.
Atheniẽñ. diuites. cxii
Atheniẽñ. cẽsus. cxi.
Atlantes. cxlix.
Auaritia mira. lxxxiii.
Augusti imperiũ. lxv.
Augu. cõgiaria. lxvii.
Aug. testamẽtũ. eodẽ.
Augusti tpa. lxxiii.
Augustus amicorũ locupletator. lxxiii.
Auletes. lxxxi.
Aulicorũ Briare9. clv.
Aulici antistites q decorum dignitatis non seruant. clvi.
Aulica simulatio. clxii.
Aulicũ ius. fol. clvi.
Aulici taxãtur qui rationem & honestatẽ receptui canentem non audiunt. clxviii.
Aureum seculũ. ci.
Aureus. fol l.
Aureus ęstimatus sestertiis cẽtenis. fo. xxx.
Auri pretium. fo. liiii.
Auri libra Romana quãti ęstimatur. eodẽ.
Auri indicaturę. eodẽ.
Auri summa nota lv.
Auri ad argentum analogia. fol. lv.
Auri metal a exhausta iã & effœta. lxxxiiii.
Auri ad argentum analogia. rursus eodem
Auri & argẽti talẽta nõ æqualia fuerunt. c.
Aurũ tolossanũ. lxxxiii.
Autolyci & Aristides. folio. clxv.
Axiomata aulica cademiæ. clxiii.

B

Babylonicorũ triclinariũ insigne preciũ. xxxviii.
Babyloniũ talẽtũ. lxxvii.
Basilius & Naziãzen9 & alii christianarũ partiũ antesignani. clvii.
Batus. cxxviii.
Belus. ci.
Beroaldus. cxviii.
Berossus. cv.
Bicongius|Cicero. cxix.
Bis & vicies millies sestertiũ Neronis ꝑdiga liberalitate effusũ. lxxxvi.
Borbonianus dux magister equitum dictus. folio. clxxi.
Briareus aulicorũ. clv.

C

Cadus. cxxvi.
Caius priceps in audita prodigẽtia infamis. lxxxiiii.
Calderinus. cxviii.
Caligulę & Neronis domus. lxxv.
Callipidę i aula vasa semper colligentes sed nũq̃ abeuntes. fo. clxi.
Cambyses. lxxvii.
Cancellarius Franciæ. folio. clxx.
Canon. lxii.
Canones lesbię structuræ. folio. cli.
Cardines mathematici. folio. vi.
Catorthomata. clxiii
Corus. fo. cxxviii.
Cæsaris Dictatoris æs alienum. fo. xlii.
Cęsaris donatiuũ & congiariũ memorabile. folio. lxiii.
Cęsar corruptor animosissimus. lxxv.
Cẽsus senatorius. xxxiiii.
Census equester. xxxv.
Census equestris senatoriusq̧. fo. xxxix.
Census Atheniẽñ. cxi.
Cẽsus Romani & classes folio. cxii.
Centauri. clxi.
Centesima vsura. xxiii.
Centies sestertiũ. xxxv.
Centies sestertiũ cõpẽdiosa locutio. xxviii.
Centuria. cxliii.
Centũ m ęris millia. xxx.
Centussis. cxxxi. & folio. cxxxviii.
Cepio. lxxxiii.
Ceramium. cxxi.
Ceratium. fo. ii. & liiii.
Chalcus. cxxix.
Chamęleõtes aulici. clxii
Chiliades & myriades. folio. xliii.
Chirobii. cxxiiii.
Chœnix. cxix. cxxi. & iterum. cxxiii
Chrysammos. lxxviii. & iterum. fo. lxxii.
Chrysitis. lxxviii.
Chrysoplisium. lv.
Chrysoplites Parisiẽsis. folio. lv.
Chrysulcę aquę vis. lv.
Christus. clviii.
Christ9 verus fuit hercules. fo. clxvii.
Christus Ianus geminus fol. clviii.
Chus. cxx.
Cicero merito a Græcis accusatus. fo. vi.
Ciceronis domus. lxix.
Cicero prouinciam deposuit. fo. lxxii.
Cimeliarchiũ. xxxv
Cypria gaza publicata. folio. lxxii.
Circus maximus a Cęsare extructus lxxiiii.
Cistophori. xlii.
Classis Xerxis Persarũ regis. cxxxv.
Cleopatrę margarita & altera Seruilię xlv.
Clodii domus. lxxiiii.
Cœna Vitelliana. lxxxvi.
Cœna recta. cxxix.
Collimare. cxxxix.
Columbarũ precia. xxxii.

Comparatio diuitiarum nostri temporis cum antiqua opulentia. cxlvi.
Conditio in aula præpotentium. clvi.
Congiarius cadus. folio. cxxvi.
Constitutio memorabilis. cviii.
Conuenæ. lxxxiii.
Cothurni aulici. clxviii.
Cotulæ. cxvi. & iterum fo. cxix.
Cœna mirabilis. lxiiii.
Crassi diuitiæ. xxxvi
Crassi diuitię male partę fo. xliiii.
Crassus orator. lxviii.
Cratetis in mantica philosophari. clxviii.
Crœsus & Midas. cliii.
Cubus & Tessera. cviii.
Culeus. cxxvi. & cxxvii.
Culeus trimodius. folio. cxxxvi.
Curionis æs alienum. xlv & folio. lxxv.

D

Dactylotheca. folio. lxxvi.
Darius Hystaspis. lxxvii.
Darius vltimus Persarũ regum. lxxxviii.
Darius magnanimus. folio. lxxxviii.
Darius Alexãdro filiam suam cum dote opima obtulit. lxxxix.
Dauid ditissim9 regum omniũ fuisse dicitur. folio. xcix.
Dauid & Salomonis opes & imperium. cii.
Decies sestertium. xxv.
Decies sestertium: & dena sestertia. xxvi.
Decies centena. l.
Decuma frumenti in Sicilia. cx.
Decussare. ii.
Decussis. folio. i.
Deiotarus. lxxii.
Demensum. cxxiiii.
Demetrius Poliorcetes. folio. cxxxv.
Demissus animus quam humilitatem nominãt. folio. cliii.
Demosthenes magno silentium vendidit. cxii.
Demosthenis opes. cxv.
Denarius. ix. xxii. & xxx.
Denarius quaternis sestertiis valuit. xxiiii.
Denarius drachmalis erat. eodem.
Denarius diurn9. cxxxii.
Denarius noster folio. cxxxvii.
Deprecatio ad lectores & iudices huius operis. fo. cxxii.
Dianome diuisio. cxxxii.
Dichalcum. cxxix.
Diceodotes. lxxxi.
Dicendi facultas Gallis olim vernacula. x.
Dictum memorabile. folio. lxiiii.
Didrachmum. xlii.
Diffundi vina. cxxvii. cxxx. & cxliiii.
Diobolaris. cxxx.
Diobolum. cxxx.
Diuitiæ Crassi. xxxvi. & fo. xliiii.
Diuitiæ Pythii memorabiles. cxliiii.
Dolium. cxxvii.
Dolium quadragenariũ Folio. cxxvii.
Domus aurea Neronis. fo. lxxxvi.
Dotata Megalia. cxxxi.
Dotes Massilieñ. cxxxii.
Drachma. ii. & fo. xxiiii.
Dramaticum opus. iiii.
Duella. folio. ii.
Duracina persica. xxxi.
Dux Borbonianus magister equitũ quẽ conestabilẽ vocãt dict9. clxxi.

E

Emblemata. folio. lxxiiii.
ἡμίεκτον. cxxi.
Eumelia. cl.
Entelechia. vi.
Entelechia duplex. ix.
Epanaphora. fol. vi.
Ephectici. fol. vi.
Ephestiõis funus memorabile. fo. lxxxix.
Epicataphora. fo. vi.
Epidecatũ fœnus. xxiiii.
Epilogus huius operis. folio. cxlv.
Epistates. cxxiiii.
ἑκτευς. cxxi.
Eloquentia ignaris tãtũ inuisa: clvii.
Esaias sacrorũ vatũ Homerus. cli.
Esaias rursus. clviii.
Eschematismenos. fo. iii. & folio. iiii.
Esse in cęlo. i. omniũ ore in aula celebrari. clvi.
Ethelodulia. clix.
Ethologiæ. xcv.
Euthanasia. clxii.
Euthymia. cliii. & folio. clix. & clxii.

Exclamatio cõtra iniquitatem temporũ. clxiii.
Exegematicum. iiii.
Exegetes. lxxxi.

F

Facultates Demosthenis. cxv.
Fertilitates soli memorabiles. cxli.
Fidelia. cxxvii. & fo. cxxix.
Figura. iiii.
Figuratæ laudes. folio eodem.
Fœnus epidecatum. folio. xxiiii.
Franciæ regni redditus. folio. lxii.
Franciæ bona. xcii.
Franciæ prisca nomisma ta. cxxxvi.
Franciscus rex. clxv.
Franciscus Deloinus. folio. clxv.
Franciscus cal. Ianu. rex appellatur. clxx.
Frigere in aula. clvi.

G

Gallis olim vernacula dicendi facultas. x.
Galliarum felicitas. folio. lxxxiii.
Gallorum opes. xc.
Galli & Hispani priscis historicis incognitissimi. ciiii.
Gemmarum auctoritatis ordo. xlv.
Genera poematum. iiii.
Geryones tergeminus. folio. clxiii.
Gigantes. cxlix.
Gomor. cxxiiii.
Gręca lingua quid Latinæ præstet. vii.
Græcorum scripta recẽtia. ciiii.
Grossus pro drachma attica. xxxiiii.
Guido a Rupeforti. fo. xciii. xciiii. & clxx.

H

Hebræorum inuẽta aliis gẽtibus assignata sunt. folio. ciiii.
Hecatombœum. cxxx.
Hecatombœa arma Homero. xlii.
Hęrere ad Lotophagos fo. clvii.
Hellanodicæ. clxv.
Heminę. cxvi.
Hemimnæon idẽ quod selibra. xxiiii.
Hermolai locus de vsuris. xxiii.
Hermolai barbari fit mẽtio. lxxvii. cxvi. & cxlv.
Hexagonus & Sexagenarius aspectus. vi.
Hybreas orator. lxiiii.
Hieremias. clviii.
Hieroduli fo. lxxii. & iterum fo. cxlvii.
Hierosolyma. ciii.
Hypomnematograph9: fo. lxxxi.
Homines excordes folio. clxxi.
Hypogeon. vi.
Hippotrophium memorabile. c.
Hispania opibus abundans. lxxxi.
Historię antiquissimæ a grecis nõ repetẽdę. cv.
Historicorum quorũdã maleuolentia. cvi.
Honorarium isodion & isodos. lxxiii.
Honorarium aduocatorum. cxxxvii.
Homotrioboli. cxxx.
Horoscopus. vi.

I.

Ianus geminus qua ratione dici posset Christus folio. clviii.
Idios logos priuata ratio. folio. lxxxi.
Indictio. lxii.
Ineptus græce & innocens. vii.
Infra q̃. xlvi.
Intra q̃. eodem.
In mantica Cratetis philosophari. clxviii.
Interpretis libri sapiẽtiæ errata. cliii.
Ioannes seruus receptitius. clviii.
Iromus rex Tyri. xcix.
Iromus Solomoni amicitia vinctus. cv.
Isonomia. xcvi.
Iudæi & eorũ opes Græcis & Latinis incognitæ fuerunt. ciii.
Iudices Ducenarii folio. lviii.
Iugerum. ii.
Iulium. II. taxat. xci.
Iuno. clxi.
Ius prætorium. cxxxi.
Ius aulę moribus constitutum. clvi.
Iustinus martyr. cv.

L

LAgena. cxxviii.
Laoplanus dęmõ .i.popularis impostor. clx.
Latina lingua discipula linguæ grecę. vii.
Laurentii Vallensis laus. cxvii. Erratũ. cxxi.
Lectio sacrosancta. clvii.
Leges sumptuarię. cxxxi
Legiones. xliiii. sub Augusto. lxvii.
Lentuli auguris opes memorabiles. lxxiii.
Luerius Auern9. lxxxiii.
Lentulus ditissimns. folio. cxlvi.
Leonis. X. Pont. maximi pręconiũ. xcii.
Leo. X. cxlix. & fo. clii.
Lex Cintia. cxxxvii.
Libella. xxii.
Liberalitas Hieronis. folio. cxxviii.
Libra. Folio. i.
Libra nũmaria cẽtũ drachmas valet. xxxiii.
Libra Parisina. xxxiii.
Libra zygostatica. eodẽ.
Libra nũmularia. eodẽ.
Libra Romana eadẽ cũ mina græca. xxxiiii.
Libra: mina: & pondo: p eodẽ ponitur. xxiiii.
Libra auri in iure quę sit folio. cxxxvi.
Libri duo refutatorii de antiqtate Iudæorũ. cv.
Lysanias comes iustitiæ discussor. clxviii.
Literæ iacent nobilium culpa. xii.
Literarũ studia damnosa in Gallia. xli.
Liuii locus. xlii. & lvi.
Locus Liuii. ibidẽ.
Locus animaduertẽdus. fo. cxlii. & clxviii.
Locus Plinii animaduersione dignus. iiii.
Loci Pliniani videãtur in vocabulo Plinius & aliorum in suo cuiusq; nomine.
Loca in euangelio explicata. cxxxii.
Logodædalus Proteus. folio. lxi.
Longolius. cxxxvii.
L. Crassus. lxviii.
Lucullus. xlvi. & lxx.
Luculli bibliotheca. & eiusdẽ memorabilis luxus. xlvi.
Luxus inauditus & fidẽ excedens. lxxxvii.

M

MAcaron. i. beatorum insulæ. clv.
Magistrat9 & de iis q indignos ꝓmouẽt. Folio. clv.
Mamurra. xlvi.
Mancipiorum precia. folio. xlvii.
Mantica in cratetis philosophari. clxviii.
Margaritę Cleopatrę & Seruiliæ. xlv.
Mariani muli. cxlix.
Mathematici cardines. folio. vi.
Mathematicorũ mos in demonstrationibus. xl.
Medicorum stipendium Romæ. xxxix.
Medicorum pręmia memorabilia. xli.
Medimnum. cix. & cx.
Memorabile nauigium. folio. cxxxv.
Memorabiles soli fortilitates. folio. cxli.
Memorabilis opum immensarum profligator. folio. lxxxviii.
Memorabilis locus. clvii
Mensorum vocabula. ii.
Menstruę olim vsurę. folio. xxiii.
Mẽsurę Parisinę. cxxviii.
Mercurius. clviii.
Meroe. fo. ci.
Mesuranium. fo. vi.
Metalla auri quondam in Gallia: lxxxiii.
Metella vxor Syllę. lxxvi.
Metreta & caddus. cxxi.
Mille æris. xxxi.
Mille nummũ quãti ęstimari debeat. xxxiiii.
Millia æris. fo. xxx.
Milonis æs alienum. folio. lxxiiii. & fo. lxxv.
Minerua. xviii.
Misopatrides. cxlv.
Myriades. xliii.
Modius. cxvi. bis & folio. sequenti.
Mos loquendi priscorũ. folio. xxviii.
Mos sympositatus antiquorum. cxviii.
Mos iniquissimus in Frãcia inoleuit. clv.
Mulctarum modus. cxxx
Muli Mariani. cxlix.
Mulli priscis precium. l.
Munera ędilitia & venationes. fo. xxxv.
Munificentia insignis. folio. lxxxix.
Mus. folio. lviii.

N

NAbuchodonosor rex. Folio. cii.
Nabocodrosor9. fo. eodem.
Narcissi diuitiæ. xliiii.
Nauium priscarum magnitudo. cxxxv.
Nequam. lii.
Nero ęmulus Caii auunculi sui. lxxxv.
Nero magiæ studiosus. fo. lxxxvi.
Neronis prodiga liberalitas. eodem.
Nicolai Perotti erratum fo. xxxii.
Nobilium culpa iacẽt literæ. xii.
Noctuã Athenas. cxxx.
Nomismatum priscorũ recensio. xxxiii.
Nomisma Ciceronis. folio. xxxiii.
Nomismatũ æstimatio. fo. xxxiiii.
Nomismata aurea expẽsa. fo. lii.
Nomismata aurea. folio. eodem.
Nomismata prisca. liii.
Nomisma extenuatum. fo. cxxxvi.
Nomismata antiqua pessimo instituto nostro tẽpore aliquandiu abrogata. cxxxviii.
Nomi. i. præfecturæ. folio. lxxvii.
Nomophylacium. clxx.
Nonagenarius aspectus fo. v.
Numeri mendosi apud Plinium. xxxvi.
Numerorum deprauatorum ratio. xxxviii.
Numerorum maiorũ vocabula. xliii.
Numerorum notæ antiquæ. li.
Nummo addicere. xxii.
Nummo sestertio mancipio dare. xxii.
Nummus & Sestertius idem. xxii.
Nummus idem & sestertium Romanis. xlvii.
Nummaria res. liii.
Nũmariæ rei ratio apud Græcos. cxxix.

O

OBlationes. lxii.
Opulentia publica & priuata Romanorum cum maximo florerent imperio. xxxv
Orca. cxxvii.
Onerariæ naues. folio. cxxxvi.
Oxybaphus. cxvi.

P

PAlacæ. lxxxii.
Palæ. lxxxii.
Pallas ter mille sestertiũ possedit Crasso ditior. xliiii.
Palimpsestos. xlii.
Panis tria genera. folio. cxxv.
Parasanga. lxxxviii.
Parcarum commentariũ apocalypsis. clviii.
Parthi. lxvi.
Pastinare quid sit. folio. cxlii.
Patina æsopi. xxxii.
Patina Aesopi rursus. folio. lxxxvii.
Patina Vitellii. eodem.
Paulus hypothetes sapiẽtiæ. clviii.
Paulus Vranognomon. fo. clix.
Pauonum precia Romæ fo. xlvii.
Pecuniæ signatæ vocabula. ix.
Pecuniæ summa a Pompeio in ærarium illata triumpho Mithridatico. fo. lxii.
Pedis diuisio. ii.
Pelta. c.
Perotti erratum. xxxii.
Persica Duracina. xxxi.
Persarum regnum. folio. lxxvii.
Persarum opes. lxxxviii.
Persarum regnum euersum. eodem.
Persicarum opum summa ab Alexandro captarum. lxxxix.
Persarum institutum animaduertendũ. xc.
Persarum reges magni. fo. cii.
Perscribere. lxv.
Persepolis. lxxxviii.
Pertica. cxi.
Petrus Cothardus laudatur. xciii.
Pharao a Moyse vexatus fo. cv.
Philologia. cxxiii.
Philoplutos carpit. clii.
Philosophia vera. clix.
Philosophia. clxvi.
Philosophia Psychagogos. clxvi.
Philosophia loco & tempore ad res gerendas ꝓdire ex vmbraculis debet. clxviii.

Philosophari in mantica. Cratetis. clxviii.
Picturæ honor ab antiqs habitus.fo. xli.
Pictarum tabularum precia.fo. xli.
Piscinæ. xlvi.
Piscinarii. eodem.
Pyrides argyrocopiorũ. fo. lv.
Pyrricha. cl.
Pitharchici Franci. folio. lxii.
Pythius Bithinius. cxliiii & fo. clv.
Plinius interdum memoria defectus est. ciii.
Plinii erratum.fo. v.
Plinius quanti commentarios suos vendere potuit.fo. lxx.
Plinii iunioris diuitiæ.folio. ibidem.
Plinius iunior. cvi.
Plinius an Dioscoridẽ legerit.fo. cxx.
Plinii pulchrum dictum. fo. cxvi.
Plinii locus.fo.ii.fo.xxxi. fo. xxxvi. fo. xxxix. fo.xlvi. folio.xlvii. bis. fo.xlviii. xlix.fo. l.li. lii. liiii. lix. lxiii. lxviii. lxxvi.
Plinii locus. lxxxii. lxxxvii. lxxxviii.
Plinii locus.fo. ciii. cxii.cxvi. cxxxviii. cxli. cxlii. cxlvi.
Plinii locus vide etiam supra.locus.
Plutarchi locus restitutus.fo. xxvii.
Plutarchi locus. lix.
Plutacademica prologuia.fo. clxiii.
Poematis genera tria.folio. iiii.
Poetarum & rhetorũ annua salaria. xl.
Polytropus. clvii.
Pomorũ mira precia Romæ.fo. xxxi.
Pomponius Atticus Ciceronis familiarissimus folio. lxx.
Pondo.fo. i.
Pontificatus maximus. folio. xliiii.
Poppeæ cędes. lxxxvi.
Precia columbarũ.xxxii.
Precium vinearum.cxlii.
Priscus mos numerandi fo. lxxxiiii.
Propędeumata. clvii.
Proteus.fo. lvii.
Proteus Logodædalus. fo. lxi.
Prouerbium. cxxx.
Prouidẽtia eadẽ & sapiẽtia dicitur quam græci Pronœan & Sophiã appellauerunt. clvii.
Pseudophilosophia. folio. clviii.
Psychagogos philosophia censetur. clxvi.

Q

Quadragies sestertio. xxix.
Quadragies sestertium. xxxv.
Quadragies millies sestertium. lxxxvii.
Quadrans nummus. ix.
Quadrans.xxx.&.cxxix.
Quadratus & Tetragonus aspectus qui sit.folio. vi.
Quadrantal. cxxv.
Quadringenta sestertia & quadringenta millia sestertia. xxiiii.
Quadringentis in punctum sestertiis aleam lusit.fo. lxxxvi.
Quinarius. xxx.
Quincuncialis hærba.folio. iii.
Quinquũcialis ordinum ratio. ix.
Quingenties sestertium fo. xxvii.
Quis tenor studiorũ tenendus sit. clvi.
Quirito. l.

R

Reddítus seu opulentię Romanorum. xxxv.
Reddítus Francorum regni. lxii.
Reddítus ægypti.lxxxi.
Reddítus seu opes Persarum. lxxxviii.
Reddítus seu opes Iudęorum. Vide Dauid.
Regina Saba. ci.
Regnũ Assyriorum. ci.
Res oís in asse m eiusq; partes díuiditur. iii.
Romanorũ publica priuataq; opulentia. xxxv.
Romani ærarii copię. folio. xxxvi.
Romani imperii magnitudo.fo. lxiii.
Romani imperii ratio.folio. lxvi.
Romanorũ arma i æthiopiã penetrauerũt.eodẽ.
Romæ ambitus ingens fuit ob cõmoda magistratuum.fo. lxxi.

Roma aquæductíbus & extructís operíbus mirífice exornata. lxxvi.
Romani populi imperiũ folio. lxxix.
Romanorum prísorum paupertas. cxxxi.
Roscius & Aesopus.folio. xlviii.
Roscii salarium Romæ. folio. eodem.

S

Sacerdotium opimũ in põto. lxxii
Sacerdotia fiduciaria. cxlix.
Samiis vasis nõ litandũ. folio. clvii.
Scauri magnificẽtia portentifica. lxxv.
Schemata. iii.&.iiii.
Scripta sacrosancta.folio. clviii.
Scrupulus pro denario gallico. xxxiiii.
Scrupulum. fo.ii.
Semiobolus. fo.ii.
Semissis aspectus.fol.vi.
Semuncia. fo.ii.
Senatoribus annua salaria constituta. xl.
Senatus collatio exacta a Nerone. lxxxvi.
Seneca prędiues appellatus. cxliii.
Seneca. cxlvi.
Septuaginta cellulæ in Aegypto. cv.
Seria. cxxvii.&.cxxix.
Sesqui. i.bis.
Sesculyxes.fol. i.
Sescuns.folio. i.
Sexcuns. eodem.
Sescuplum. i.
Sesostris rex superbus. fo. cii.
Sesostris. cvii.
Sestans. ix. cxxix.
Sestertius.fo. ix.
Sestertius & nummus idem.fo. xxii.
Sestertius.xxii.& f.xxx. & iterum.fo. xxxi.
Sestertium quingenties fo. xxvii.
Sestertia centum & centies sestertium quomodo differant. xxv.
Sestertium decies. xxvi.
Sestertium centies. folio. xxviii.
Sestertii. xxviii.
Sestertio. eodem.
Sestertia singula millia singula nummorum significant. xxiiii.
Sestertio quadragies.folio. xxix.
Sestertium. eodem.
Sestertiis centenis aureus æstimatus. xxx.
Sestertii & denarii æstimatio.fo. xxxvi.
Sestertii valor. cix.
Sexagenarius aspectus. fo. vi.
Sextans aspectus.fo. vi.
Sextarius. cxvi.
Sextarius Romanus.folio. cxvii.
Siciliquum. fo. ii.
Sextula.fo. ii.
Siclus apud Pliniũ. cvii.
Signatæ pecuniæ vocabula.fo. ix.
Silentium improbum apud scriptores de christianis. cvi.
Siliqua.fo. ii.
Symmoriæ. cxiii. cxiiii.
Simulationem aulicam carpit.folio. clxii.
Synclides. lxxxiii.
Syria terrarum maxima fo. ciii.
Sisyphidę. clix.
Solidus. cxxxvi.
Solomonis epistola ad Vaphrẽ Aegypti regẽ & respõsio eiusdẽ.xcix.
Solomonis philosophia. folio. cvii.
Solomon trismegistus. folio. clviii.
Solum terræ Iudeæ.ciii.
Sophophili. clx.
Soroastres. cv.
Sportula id est cẽtũ quadrantes.fo. cxxix.
Stater.fo. ii.& ci.
Stater: aureus Atticus. folio. liii.
Stater multiplex. cxlv.
Stater. cxliiii.
Stipendium medicorũ. fo. xxxix.
Stipẽdiũ militare.cxxxiii
Studiosi literarum. clvi.
Studiorũ tenor quis tenendus. clvi.
Subsiciuum.fo. ii.
Summũ bonum. cliii.
Supra q̃. xlvi.
Susa. lxxxviii.

T

Tabularũ pictarũ precia ingẽtia. xli
Tacitus scriptor vecordissimus. cvi.
Talentum. xli.
Talentũ Euboicũ. xlii.
Talentum magnũ. xliii.
Talẽti æstimatio ære nostro. eodem.

Talenta omnia ad formã vnam redacta. lxxviii.
Talẽtum atticũ. eodem.
Talentum Euboicum. folio. eodem.
Talentum pro ficlo. xcix.
Talentum nouũ tantum apud Hebręos. c.
Talentum vetus. c.
Talentum nummariũ & ponderale. ci.
Teletarches Christus sacrarum cerimoniarum auctor. cxlvii.
Talthybius domini. cii.
Temporum iniquitatem criminatur. fo. clxiii.
Teruncius. xxx.
Teruncius iterũ. cxxxix.
Tessera. cviii.
Tetartemorion. v.
Tetradrachmum fo. xlii. & fo. cxliiii.
Tetragonus & quadratus aspectus. vi.
Tetrobolum. cxxx.
Tharseis insula. ci.
Theramenes Aulici qui & Cothurni dicuntur. fo. clxvii.
Thesauri Susiani. folio. lxxxviii.
Theseia amicitia. clx.
Threnodię. cli.
Tiridates. lxxxv.
Tiridatis aduentus Romam. lxxxvi.
Tollenones. lii.
Tranquillus de Christianis. cvi.
Tribules. cxiiii.
Tributorũ Po. Ro. summa ex Plutarcho. lxii.
Tributum Iudaicum. folio. cxliiii.
Tribunitia potestas & ꝑ consulare imperium. folio. cxxxi.
Tricongius. M. Cice. filius. cxix.
Triens & Quadrans. ix.
Triẽtalis aspectus qui & Triquetrus. vi.
Triremes & quinqueremes & vlteriora vocabula. cxxxv.
Triobolum. cxxx.
Tripatina. lxxxvii.
τριτεύσ. cxxi.
Triuncis. xxx.
Turdetania eadẽ & betica. lxxxii.
Tutelares regni virtutes folio. clxxi.

V

Vasarium. lxxiii.
Vasorum noia. ix
Vcalegones. xcv
Veritas apud Iudæos sedem habuit ante aduentum domini. cvii.
Veritatis sacrarium. folio. clviii.
Vernactum. cxi.
Vespasianus tributis & vectigalibus grauis. folio. lxxxvii.
Eius nimiæ liberalitates. fo. eodem.
Via regia Persarum. folio. lxxxviii.
Vicies & septies millies sestertium. lxxxiiii.
Viginti millia talentum Asiæ imperata a Sylla. fo. lxiii.
Vinea domini. cl.
Vini precium apud antiquos. cxl.
Virgiliani versus aurei. folio. lxxi.
Virgilii census. eodem.
Virtutes regni tutelares fo. clxxi.
Vitium cultus. cxl.
Vitellius. lxxxvi.
eius patina & luxus. folio. lxxxvii.
Vlyxes. clvii.
Vnciales literæ. iii.
Vncia auri. liii.
Vniones. fo. xlv.
Vnio Seruiliæ datus. folio. xlv.
Vocabula mensorum. lii.
Vranopolis. clvii.
Vranoscopus amor sapientiæ. clxvi.
Vsuræ olim mẽstruę. folio. xxiii.
Vsura centesima. xxiii.
Vsura sesquicentesima. fo. xxiii.
Vulcani vincula. clx.

X

Xenagogi. clxvi.
Xenomania. xcii.

FINIS.

De asse et partibus eius.

ASsis partes sunt quadrãs: triens: semis: bes: & dodrans: & aliæ enumeratæ in lege seruum: in titulo de hæredibus instituendis: libro duodetricesimo Pandectarũ: quo in loco male sexcuns legitur per x in priore syllaba: et per s in posteriore: inuersa orthographia: quũ vice versa sescunx & sescuncia vnciã significet & vnciæ dimidium: qui error etiã in sescuplo inualuit: pro quo vocabulo sexcuplum ꝑ x plerunq; legitur in exemplaribus: errore haud cõtenendo. est em̃ sexcuplum: quod sexies id capit ad quod relationẽ habet: quod græce hexaplum appellatur: vt senarius sexcuplus est singularis numeri. at sescuplum ꝑ s scriptũ: quod & sesquiplum dicit: numerum hemiolium significat: qui latine etiam sesquialter dicitur: vt quũ dicimus senariũ sesquiplum esse quaternarii. cõtinet em̃ eum totũ: et insuper dimidiam eius partẽ. Eadem ratione sescunx & sescuncia hemiliã rationẽ ad vnciam habet: et sesquipes ad pedem. Hæc autẽ omnia vocabula ab vncia declinata per x in fine scribenda sunt: vt quincunx. septũx. deunx. licet hoc ꝓraro a librariis obseruatũ sit. Hoc autẽ ex hoc intelligimus: ꝙ x recti casus in genitiuũ per c exire solet: vt phœnix phœnicis: felix felicis. Sic igitur deuncis & septuncis genitiui deunx & septunx rectos suos exposcunt. Porro sesqui vocabulum in appositione inuentũ pro hemiolio accipiendũ est: quod ꝑinde est ac si dicas: tantundẽ & semis. Cicero in libro de oratore ꝑfecto. Pes (inquit) qui adhibetur ad numeros partitur in tria: vt necesse sit partem pedis: aut æqualem esse alteri parti: aut altero tantũ: aut sesquimaiorẽ: ita fit æqualis dactylus: duplus iambus: sesqui pæon: sesqui appellauit pæona: quia pes oĩs pæon longa vna syllaba & breuibus tribus constat. at longa syllaba in temporũ metricorum ratione duas breues ęquare dicitur. ita fit: vt tres breues longã vnã dimidio superent. nã ternarius ad binariũ relatus sesquialterã ꝓportionem habet. quomodo igitur dactylus æqualibus ꝓtibus cõstat: quia prima longa duabus breuibus æqualis est: sic pæon alteram ꝓtem sesquimaiorem habet: iambus etiã altero tanto maiorem: hoc est duplam. breuis enim syllaba longæ est dimidiata. In cõpositione autẽ sesqui itidem altero tanto maius significat: quod græco vocubulo hemiolium a nostris etiã appellatur: vt sesquipes. sesquicubitus. sesquidigitus. sesquiiugerũ. vnde sesquipedalia tigna apud Cæsarẽ. hoc est pedis vnius & dimidiati: quod ad crassitudinẽ referendum est. et apud Horatiũ: sesquipedalia verba. et sesquimensis: mensis & semis. Hoc autẽ sesqui significat siue cũ vocabulo cõponatur mensurã aut numeri aut temporis aut modi significante: siue etiam cũ alio quocunq; vocabulo: vt sesquiopera apud Columellam. et sesquiplaga apud Plautũ & Tacitũ. et sesculyxes in præfatione Plinii quo verbo si recte emendatum est (nam eius verbi vestigiũ nullum in antiquis exemplaribus extat) ego hominẽ summe astutũ & veteratorẽ plane expolitum intelligo. fit eius vocabuli mentio apud Noniũ. Tacitus li.

Assis partes.
Sescunx.
Sescuns.
Sescuplũ
Sesqui.
Sesqui.
Sesculyxes.

xv. Et ille multum tremens quũ vix duobus ictibus caput amputauisset: sæuitiam apud Neronem iactauit: sesquiplaga interfectum a se dicẽdo. Plautus in captiuis. Inde porro ibis in latomias lapidarias: ibi quum alii octonos lapides effodiunt: nisi quotidianus sesquiopus effeceris: sexcentoplago nomen indetur tibi. hoc est nisi tu duodenos effoderis. Cæterum sesquitertium. sesquiquartum. sesquioctauum. & alia: quę in proportionibus significandis vsurpantur: & antehac: non modo a mathematicis: sed etiam a doctissimis viris frequentata sunt & prolata: recte nec ne & latine dicta sint an secus: alterius esse instituti nunc duximus. Scio enim esse qui improbent haud leui auctoritate. nos tamen alio in opere quod hoc opus (vt spero) non longe subsequetur: de his non nihil dicemus. Verũ (vt diximus) vt sesquunx sic etiam sesquuncia dicitur: & deunx & deuncis in recto: & as & assis: & semis & semissis: bes & bessis. Varro lib. pri. de lingua latina assem ab ere dictũ esse putat: as em̃ & libra & pondo idem significant. vnde assipondiũ & dupondius: ab asse fiunt: tressis. quadrassis. nonussis. & decussis: p tribus. quatuor. nouem: & decem assibus. & rursus pro binis decussibus vicessis: & tricessis pro tribus. hoc est tricenis assibus: & centussis p denis decussibus. quo maius æris apud antiquos vocabulum nullum fuit. Persius. Et centũ Grecos curto centusse licebit. id est centũ assibus. Decussem Victruuius pro decade accipit lib. iii. his verbis. Platoni placuit denariũ numerum ea re perfectũ: q ex singularibus rebus: quæ monades apud Græcos dicuntur pficitur decussis: quæ simul ac vndecim aut duodecim sunt factę quot superauerint nõ possunt esse pfectæ donec ad alterum decussim peruenerint. alibi pro decussatione accipit lib. x. quo loco de cochlea. id est organo loquens sic inquit. Ita quo loci describuntur lineæ: quæ sunt in longitudine spectantes: faciendæ decussationes: & in decussationibus finita puncta. his ita emendate descriptis sumit̃ saligna tenuis: aut de vitice secta regula: quæ vncta liquida pice figitur in primo decussis puncto: deinde traiicitur oblique ad incedentes longitudines & circuitiones decussium. Decusses & decussationes Victruuius vocat rectas & exactas diuisiones cõplanatorũ capitum tigni & exasceatorũ: quæ decussatio fit ductis lineis quatuor ad centrũ complanati tigni sese intersecantibus: quæ lineæ areolas octo faciunt trigonas: quas vulgo facies appellamus. ob id octantes ab eodẽ auctore dicũtur. Hoc aũt facile est intelligere: si quis p ambitũ teretis materiæ: & in duobus summis capitibus leuigatæ complanatæq: iisdem spatiis octo puncta adnotet: & a puncto ad punctũ obuersariũ ppetuã lineã ducat: sic em̃ fit: vt omnes lineæ p centrũ planitiei transeant: & similitudinem stellæ reddant. Pli. lib. xviii. de ventorũ obseruatione loquens. Solis ortu quocunq; libeat die stantibus hora diei sexta sic vt ortũ eũ a sinistro humero habeant: cõtra mediã faciem meridies: a vertice septentrio erit: qui ita limes p agrũ currit: cardo appellatur. Circũagi deinde melius est: vt vmbrã suã quisq; cernat: alioquin post hoiem erit. ergo pmutatis lateribus: vt ortus illius diei a dextro humero fiat: occasus a sinistro: tunc erit hora sexta quũ minima vmbra cõtra mediũ fiat hoiem: p huius mediã longitudinẽ duci sarculo sulcum vel cinere lineam.

As libra pondo.

decussis. † curto.

verbi gratia pedũ. xx. cõueniet: mediamq; mensuram. hoc est in decimo pede circunscribi circulo paruo: qui vocetur vmbilicus: per hunc mediũ transuersa currat alia linea: hæc erit ab exortu æquinoctiali ad occasum æquinoctialem: & limes qui ita secabit agrũ decumanus vocabitur. ducãtur deinde aliæ duæ lineæ in decusseis obliquæ: ita vt a septentrionis dextera lęuaq; ad austri dextrã læuamq; descendat: omnes p eundẽ currant vmbilicũ: omnes inter se pares sint: omniũ paria interualla. Qui hũc locum Plinii intelligit: quid sit decussare optime nouit. Q; si quis Pliniũ eo in loco nõ facile intelligit: videat Victruuiũ lib. pri. & octogonũ schema apud eum decussatum: quo in loco de colligendis eorũ ventorũ flatibus loquitur. Verũ quãdoquidẽ eum in locũ Plinii incidimus: obiter duo eius verba emendanda duximus: id quod in hoc opere sępenumero faciemus: sic em̃ fert instituti operis ratio: vt nõ cõtemnendũ operæ preciũ facturi videamur: si in huiusmodi diuerticula castigationũ modice euagemur: nec si id facere aut nolimus aut nequeamus: cursum inoffensum tenere tractatus hic noster possit. Quandoquidẽ igitur in eam necessitatẽ incurrimus nonnunq̃ librorũ castigandi: & eodẽ legentiũ vtilitas nõ pua nec sine quadã oblectatione cõpetitura videt̃: Age videamus an ab hoc loco haud absurde auspicaturi videamur: qui vt silentio præteriri potuit sic ita obtulisse se videtur: vt vitio verti nobis non possit quasi occasionẽ eius quæsierimus. sequit̃ em̃ verba Pliniũ supradicta cõtinuo hic versus. Quæ ratio semel in quoq; agro ineunda erit vel sępius si libeat: ita vitæ ligno facienda regulis paribus in tympanũ exiguũ sed circinatũ adactis. Sic in omnibus impressis libris legitur: cõniuẽte etiã Hermolao: ego ex antiquis sic restituendũ puto: vel sępius si libeat vti: e ligno faciẽda regulis paribus. quorũ verborũ apertus est sensus. Decussis significationem Columella quoq; clare significat lib. v. de iugata vinea loquens. Fere autẽ prædicta ætas læto solo truncoq; tres materias: raro quatuor desiderat: quæ p totidẽ pteis ab alligatore diuidi debet: nihil em̃ refert iugũ in stellam decussari atq; diduci: nisi & palmites adiungantur. Decussare ,pprie per mediũ secare significat: id quod ostendit Cice. in lib. de vniuersitate quũ inquit. Hanc igitur oẽm cõiunctionẽ duplicẽ in longitudinẽ diffidit mediæq; accõmodans mediã quasi decussauit. Martianus de coloris loquens in. viii. Alii a cardine meridiano inchoamẽta circuli phibẽtes: eũdem p arcticũ verticẽ vnde ortus est: denuo retulerunt: qui quidẽ aliũ ab ortu circulũ decussantes: in quatuor quadras mũdi ambitũ discreuerũt. Et decussatim apud eundẽ in pri. Hinc rosis decussatim vinculatis secta ta cõtextio. Post vnciam sequũtur ptes vncię: vt semuncia. i. dimidium vnciæ. & sextula: sexta pars vnciæ: verbũ etiã in testamentis vsurpatum. Cice. p Cecinna. Testamẽto facto mulier morit̃: facit hęc hæredẽ ex deunce & semũcia Cecinã: ex duabus sextulis M. Fulciniũ libertũ supioris viri: Ebutio sextulam aspgit. Hæreditatẽ. i. assem his verbis Cice. in deũcẽ: semunciã: & tres sextulas diuisit. ex quo liquet sextulã tertiã esse ptẽ semũciæ: & vnciæ sextã duas sextulas dixit p tertia pte vnciæ: quũ tamẽ aliud vocabulũ latinũ haberet: duellã scilicet. nã duæ sextulæ duellam faciũt: q̃ tertia ps est vnciæ. hoc est sexta & tricesima tot. us assis. Post hæc

Pli. loc9.

Decussare.

Semũcia Sextula.

Duella.

Drachma. Siciliquum. Scrupulum. Semiobol9.

sequit̃ drachma octaua ps vnciæ:quæ ipa geminata siciliquũ efficit:assis duodequīq̄gesimã.drachma in terna scrupula distribuit̃:q̄ a Græcis grãmata.i.lr̃æ ideo dicũtur:q̄ quatuor & viginti literas Græci in alphabeto suo hñt:quot vncia scrupulos capit:& dies ciuilis horas. Scrupulũ rursꝰ in binos obolos diuiditur:vt obolus in binos semiobolos. vltra has minutias nullum est vocabulum facile Latinis vsurpatum.

Vocabula mensorũ. Stater. Ceratiũ. et Siliqua.

Itaq; mensores post mẽsuras maiores(de q̄bus ipis satis late in Annotationibus nostris diximus)ad pedem descendentes et palmũ: nec habentes quomodo palmũ cõmode diuiderent(vt auctor est Boetius)id quod inter palmũ & digitum medium erat:vnciã vocare instituerũt. secũdo loco digitum. tertio staterẽ. id est semiunciã:quarto quadrantẽ.quinto drachmã. sexto scrupulum.septimo obolum.octauo semiobolum:quẽ Græci ceratiũ vocant. nono siliquam.decimo loco punctũ.vndecimo minutum.duodecimo momentum posuerunt.alii siliquã latine putant esse id quod Græci ceratiũ dicũt.hoc est siliquæ fructus granũ. siliqua in Italia nascitur hodie quoq; longitudine digitali:crassitudine pollicari: vt auctor est Pli. intus habet grana:quæ sena scrupula singula pendent. hoc est diobolũ .

Pedis diuisio

Pes igitur in duodenas vncias p̃tit̃:dicimusq; semissem p̃ sex pollicibus vt nostrates loquũt̃.i.octo digitis.Spithame græco vocabulo dr̃ mẽsura digitorũ xii.hanc nostri dodrantem appellare solent.palmus quaternos digitos significat:& alio nomine dodrans vocatur.eademq; ratio in reliquis seruatur:vt in triente & besse:quorũ ratio facilius pollicum vsu q̄ digitorũ iniri potest:vt triens quaternos pollices significet:& bes octonos. et itidẽ in minutiis.est eñ pollex medius inter palmũ & digitũ: quã vnciam Boetius a mensoribus vocitatam esse dicit. Var.lib.pri.rerũ rusticarũ. Iugeri(inquit)pars minima dicitur scrupulum.id est decem pedes: & lõgitudine & latitudine quadratũ.ab hoc principio mensores nonnũq̄ dicũt in subsiciuũ esse vnciam agri aut sextantẽ.Hoc pugnare videbitur cũ prædictis:nisi intelligamus vnciã agri duodecimã p̃tem iugeri intelligi:vnciæ autẽ quartã & vicesimã scrupulum esse.hoc est drachmæ tertiã. qua ratione fit:vt ducenta octoginta octo scrupula sint in iugero: quæ si centenario multiplicentur(hoc est denis quoquo versus pedibus: ex sententia Varronis supradicta)duodetriginta pedũ quadratorũ milia:& octingenti pedes fient:quæ est mensura iugeri.

Iugerũ.

Varronis igitur verba ita intelligenda sunt:vt ab vncia agri ad vltimã minutiam descendatur:quam vult esse scrupulum.hoc est ducentesimã & octogesimam octauã p̃tem iugeri:& iugerũ ducentesimã partẽ centuriæ.Rursusq; a scrupulo quasi metiendi initio ad vnciã p̃ueniri & sextantẽ & alia mensurarũ maiorum vocabula.

Subsiciuum.

Subsiciuũ autẽ verbũ est mensorum vt alia p̃multa:quorũ Boetius in geometria meminit:Columella vero lib.vi.iugeri partitionem faciens:minutias a dimidiato scrupulo inchoandas esse censet.sic eñ inq̃t Vt a minima autẽ parte iugeri:id est ab dimidio scrupulo incipiam:pars cclxxxviii.pedes efficit quinquaginta. id est iugeri dimidiũ scrupulum. verũ numerus eo in loco corruptus est.nõ enim pars.cclxxxviii. sed pars. dlxxvi.legendũ est:sic eñ recta calculatio exposcit: & facile est ex Varrone intelligere: & ex iis quæ apud eundem Columellam sequuntur: q̄q̄ et

ipsa corruptissima sunt.sed hoc modo emendanda totusq; locus ille sic legẽdus. vt a minima parte.i.a dimidio scrupulo incipiam. pars.dlxxvi.pedes efficit.L.id est iugeri dimidiũ scrupulũ. pars.cclxxxviii.pedes.C.hoc est scrupulum.pars.cxliiii.pedes.cc.hoc est scrupula duo.pars.lxxii.pedes CCCC.hoc est sextulam in qua sunt scrupula quatuor. pars.xlviii. pedes dc.hoc est siciliquum in quo sunt scrupula sex.Reliqua quæ sequuntur eo in loco emendata fere sunt.Columella igitur minutias a semiscrupulo inchoandas esse censet.nam vlteriores(inquit)persequi superuacuum est pro quibus nihil dependitur mercedis.Sed superiores tantum partes cadunt in æstimationem facti operis:de mercede fossorum & agricultorum intelliges. ordo igitur huiusmodi est:vt a dimidio scrupuli ad scrupulum transeat:a scrupulo ad sextulam:in qua sunt scrupula quatuor. idẽ est .n. scrupulum quod gramma:quarta & vicesima pars vnciæ:& sextulã sexta pars.Porro a sextula transitum facit ad siciliquum id est scrupula sena.nã drachma geminata siciliquum efficit.quare siciliquus quarta pars est vnciæ.a siciliquo ad semunciam progreditur:in qua scrupula duodecim.ita ad vnciam & ab ea ad sextantem:deincepsq; ad quadrantem trientẽq; & quincuncem: vsq; dum ad assem.i.iugerum perueniat.hic est eorum verborum ordo sursum versus:& viceuersa deorsum: id est ab asse ad semiscrupulum.Vncia autem a Boetio non pro duodecima iugeri parte : sed pro digito ac quadrante digiti accipitur:quem pollicem nostri vocant. huiusmodi autem vncia pedem habet pro asse. & eam non agricolæ sed mensores & geodætæ secuti sunt:quorum olim apud Romanos ars fuit celebrata:& vocabula artis propria.q̄q̄ ea sit alioquin ratio horum vocabulorum vt omne corpus & res omnis deniq; in assem eiusq; partes diuidi possit.

Res oĩs in assem eiusq; partes diuiditur.

siquidem Vitruuius libr.iii. architecturæ:senarium numerum in has partes diuisit:his verbis:mathematici vero contra disputantes:ea re perfectum esse dixerunt numerum qui sex dicitur: q̄ is numerus habet partitiones eorum rationibus sex numero conueniẽtes.sic sextantẽ vnũ. trientẽ duo.semissem tria. bessem quem dimœron dicunt:quatuor.quintarium:quem pentamœron dicunt:quinq;.perfectum sex.Ne autem scrupulosa hæc magis q̄ necessaria horum verborum enarratio videatur:veniamus ad exempla:vt ex iis intelligatur citra huius rei explanationem auctores linguæ latinæ perfecte intelligi non posse.Columel.lib.xiii.Ad prædictum autem modum musti adiici debent hi odores:myrrhæ quincunx:calami pondo libra:cassiæ selibra:amomi pondo quadrans : croci quincunx.Plin.lib.xiii.de citrinis mensis loquens.qua in re non omittendum videtur Tyberio principi mensam quatuor pedes sextante et siciliquo excedentem:tota vero crassitudine sescuncialꝭ: operimento conchylii & laminæ per medium vestitam fuisse. Quibus verbis Plinius mensam eam quatuor pedes longitudinis habuisse significauit:& duos præterea pollices & pollicis quadrantem. crassitudine vero sesquipollicem æquauisse.Idem ibidem.Maiusq; miraculum in ea est artis latente iunctura q̄ potuisset esse natura solidæ: a Nomio Tyberii Cæsaris liberto cognomen trahentis:tribus sicilicis infra quatuor pedes totidemq; infra semipedem crassitudinis. Plinius crassitudinem quadrantalem di-

xit: quæ quatuor esset digitorum. longitudini autem quaternũ pedum tres pollicis partes id est dodrantem pollicis defuisse signat & tantũdem semipedali crassitudini. Idem li. xxvii. asplenũ sunt qui Hermioniũ vocãt: foliis trientalibus multis: radice limosa. & rursus eodẽ libro. Inter omnes

Quincuncialis herba.

herbas litospermo nihil est mirabilius: alii ægonychõ vocant: alii diosporon. herba quincuncialis fere: foliis duplo maioribus q̃ rutę. Quincũcialem herbam appellauit minorem semipede: & septenum ferme digitorũ. sequitur enim post paulo: iacere eam atq; humi serpere auctores tradunt. Idem. libr. xxxiii. de lapide lydio loquens: Sunt autem modici quaternas vncias longitudinis: binasq; latitudinis non excedentes. Vitruuiꝰ. li. iii. Crassitudines autem graduum ita finiendas censeo: vt neq; crassiores dextante: neq; tenuiores dodrante sint collocatæ: sic enim durus non erit ascensus. Dodrantem appellauit. xii. digitos. dextantem decem pollices. Idem libro quinto. Superq; laterculis bessalibus pilæ struãtur: ita dispositæ vti bipedales tegulæ possint supra esse collocatæ. Bessales dixit tegulas quæ octo pollicum longitudinem habent Liuius. lib. v. ab vrbe condita. Terna iugera et septunces viritim diuiserunt. Septunces dixit pro dimidiato iugero et duodecima parte iugeri. Tertii regum septimo. Crassitudo autem luteris trium vnciarum erat. Pro quo secundi paralipo. quarto legitur. porro vastitas eius habebat mensuram palmi. Palmus autem vt alibi diximus quatuor digitorum est: & quadrans appellatur. licet palmus pro dodrante interdum vsurpetur. Hoc glossularii illorum librorum diuinasse magis q̃ intellexisse videntur. quippe cum diuus Hieronymus in pręfatione libri Iob: ita scripsisset: Habeant qui volunt veteres libros vel in membranis auro argẽtoq; descriptos: vel vncialibus (vt vulgo aiunt) literis onera magis exarata q̃ codices: Hæc inq̃ cum enarraret interpres: vnciales literas esse dixit auri vnciam appendentes: vel auri vncia constantes: ignarus videlicet horum vocabulorum si-

Vnciales literę.

gnificationis: vnciales enim literas Hieronymus intelligi voluit pollicis crassitudine exaratas. Pari ignorantia & illa eiusdem prefationis verba imperiti transmittunt. obliquus enim (inquit ille) etiam apud hebręos totus liber hic fertur: & lubricus: & (qđ gręci rhetores vocant) Esche-

Eschematismenos

matismenos: dum qui aliud loquitur aliud agit. quod verbũ primę literæ aphęresi acephalũ factum est. vulgo enim e ꝑcisa schematismenos in exẽplaribꝰ lectitat̃. Nicolaꝰ liranꝰ hugutiõis auctoritate fretꝰ mirifice hoc verbũ enarrauit. veritas tñ hoc habet vt eschematismenos liber Iob ab eo auctore elegãter dictꝰ sit q figuris verborũ sentẽtiarũq; variatꝰ & quodãmodo velatꝰ atq; adeo vestitꝰ sit. Schemata. n. i. figurę duorũ sũt gñm

Schemata.

id est dictiõis & sentẽtię: sed q̃ sentẽtiarũ sunt maxime in oratorio sunt instrumẽto. Schemata aũt a gręcis dicunt̃ quasi gestꝰ qdã & cõfigurati ões habitusq; oratiõis: q̃ oĩa propemodũ Cicero in. iii. de oratore enumerauit sed simplici contentus nomenculatura: vt qui oratoris magis personam q̃ rhetoris & sophistæ in iis libris suscepisset: quomodo & in libro de oratore perfecto. quapropter Fabius quasi Ciceronis enarrator: luculẽter et copiose ex Ciceronis ꝑscripto de figuris disseruit. Ex cuiꝰ verbis li. ix. qd sit schema discere facile poterimus: sed si habitus qdã (inqt ille)

& quasi gestus sic appellandi sunt: id demum hoc loco schema dici oportebit: quod sit a simplici ac in promptu posito dicendi modo poetice vel oratorie immutatum. sic enim verum erit aliam esse orationem Aschemati-

Aschematistos.

ston. i. carentem figuris (quod vitium non inter minima est) aliam eschematismenen id est figuratam. hactenus fabius. Ex cuius verbis intelligimus diuũ Hieronymũ vt literarum bonaꝝ nõ ignarũ sic plerũq; non dis-

Eschematismenos

simulatorẽ: librũ illũ Eschematismenõ. i. fuguratũ appellasse ꝙ nõ simplici ac vulgari sensu res diuinas & in vera germanaq; philosophia reconditas posteritati tradiderit: sed figurato stilo a sensu cõmuni alieno & abhorrẽte: vt mirari nõ debeamus si arcanę abditęq; doctrinę sensũ qlibet nõ capiat: quẽ Hieronymus obliquũ ac lubricũ appellat ob dialogoꝝ ambagẽ.

Poematis gña tria. Dramaticum opus Exegematicon.

Cũ aũt sint Poematis gña tria (vt fere auctores tradũt) dramaticũ. i. actiuũ vel actuosum: exegematicũ. i. enũciatiuũ: & qđ est inter vtrũq; anceps mictũ: id est ex vtroq; mixtũ: Dramaticũ est in quo ꝑsonæ agũt solę absq; vlla poetę ipiꝰ & auctoris interlocutiõe: cuiusmodi tragœdię sunt & comœdię & q̃dã Vergilii bucolica. Exegematicũ aũt genus est in quo poeta oĩa narrat sine vlla ꝑsonarũ interlocutiõe. In hoc oĩa didascalico more & simplici tradunt̃: vt georgica eiusdẽ Maronis. Is igit̃ liber qui Iob inscribitur: vel id poema potius (vt auctor est Hieronymus) dramatico & mimetico. i. imitatiuo charactere cõscriptus est. siquidẽ in eo ꝑsonarũ actꝰ videmus velut in scenã quãdã prodeuntiũ: nõ popularibus oculis sed philosophicis inseruiẽtẽ. Porro cũ schemata exornãdis poematis & orationibus inuẽta sint: eũ etiã ꝓbẽt vsum: ꝙ magis iis multo afficimur & ꝑmouemur quę figurate nobis q̃ q̃ simpliciter & cõmuni sensu tradunt̃. ꝓpter qđ fabius de vi figuratę oratiõis loquẽs: nã si frõs (inquit) oculi: manus: multũ ad motũ aĩorũ valẽt: q̃to plus orationis ipsius vultus ad id qđ intẽdimus cõficere cõpositus? Est. n. figura sicut noĩe ipõ apparet: cõformatio

Figura.

quędã oratiõis remota a cõmuni & primũ se offerẽte ratiõe. Tranquil. in Vespas. amicorũ libertatẽ: causidicorũ figuras: ac philosophorũ cõtumaciã leuissime tulit. Figuras trãquillꝰ appellat obliqua dicta: q̃ non recta & simplici sentẽtia: sed obliqua ꝑtextaq; imꝑatorẽ ipm taxabãt. Idẽ i Domiti. Hermogenẽ tarsensẽ occidit ꝑꝑ quasdã in historia figuras: librariis ẽt qui eã descripserãt crucifixis. Ruffinus cõtra Hiero. scribẽs: nã & sanctũ (inqt) Ambrosiũ episcopũ qualibꝰ figuris laceret: qualibꝰ abtrectatiõibus secet: in iis ipis in qbus laudet Origenẽ: ex ꝑfatiõibꝰ eiꝰ edocebo. & Hiero. ad Ruffinũ. Iã tuę moderatiõis est & tuorũ nullã occasionẽ ipatiẽ-

Figuratæ Laudes. Schema

tibꝰ dare: ne nõ oẽs silẽs mei inuenias q possint figuratis laudibꝰ delectari. Et apud eundem figuratę controuersię in eundem sensum intelligendę. Martialis lib. iii. epigrã. Schemate nec dubio: sed aperte nominat illam Quã recipit sexto mense superba venus. Vt ad rem longiuscule digressi redeamus: res omnis in assis partes facile diuiditur. Plin. libro secundo: lunam haud dubium est lucere dodrantes semuncias horarum ab

Locus Plinii aiaduersiõe dignus.

secunda adiicientem ad plenum orbem: detrahentemq; in diminutionẽ. Cuius dicti subobscuri huiuscemodi sensus est. lunã cum a coitu quod interlunium dicitur emergit: id quod fit secunda statim die: lucere primum tres partes vnius horę nocturnę: & insuꝑ quartã & vicesimã horę partẽ.

ſeu mauis vndeuiginti viceſimas quartas horæ:a ſecũda deinceps ad ple niluniũ die quolibet tantundem incrementi lucendo adiicere. Et rurſus a plenilunio eadem ratione eodẽq; modo decremẽti lucere minus minuſq; quotidie vſq; ad intermeſtrem lunam:quo tempore cum ſole coit. Idem li bro.xviii.de eadem luna loquens.ſupra terras autem erit q̃diu & ſol inter lunio & prima tota die:ſecunda horæ noctis vnius dextante ſiciliquo. ac deinde tertia vſq; ad quintamdecimam multiplicatis horarum iiſdem por tionibus. Quintadecima tota ſupra terras noctu erit:eadem ſub terris to ta: die decimaſexta ad primæ horæ nocturnæ dextantem ſiciliquum ſub terra aget.eaſdem portiones horarum per ſingulos dies adiicit vſq; ad in terlunium.& q̃tum primis partibus noctis detraxerit q̃d ſub terris agat: tantundem nouiſſimis ex die adiiciet ſuper terram. Dextantem & ſicili quum decem eſſe vncias cum quarta parte vnciæ nemo eſt qui ignoret. ita quod Plinius libro ſecundo vndeuiginti quartas & viceſimas horæ di xerat creſcenti lunæ quotidie accreſcere amplius deinceps ampliuſq; lu cendo:& viceuerſa decreſcenti ratione eadem moduloq; eodem decede re:libro.viii.quaſi eorum immemor quæ ſecundo volumine dixerat: vi ginti quartas & viceſimas & ſemis præterea dixit: id eſt vnam quadrage ſimam octauam. dextans enim viginti viceſimas quartas valet: & ſicili

Plinius in terdũ me moria de fect9 eſt:

quus vnam duodequinquageſimam. vt ſuſpicari ſubeat Plinium vtrobiq; non eundem auctorem eandẽq; obſeruationem ſecutum. q̃q̃ in nonnullis aliis quoq; locis vel amanuẽſium culpa vel propria hallucinatione (vt fit in varia ac multiplici lectione) lapſus eſt.tametſi id fidem excedere vide tur:virum vſq; adeo & ingenio acrem & induſtria accuratum apertis in terdum in rebus lapſum eſſe.ac ne id quidẽ modo: ſed eidem etiam obli uionem antedictorum obrepſiſſe. præſertim cum ad principẽ ſcriberet: & obſeruari præterea ſe acribus obtrectatorum oculis captariq; nõ neſci ret.id quod facile intelligimus ex librorum præfationibus interdũ ama rulentis. Proinde apologiam Plinii licet quis meditetur qui hæc & huiuſ cemodi diluere ſe poſſe ſperet:Ego (q̃d ad me attinet) non vſq; adeo ſa croſanctã Plinii auctoritatẽ(ac ne cuiuſq; q̃dẽ ãtiquoꝝ) debere eẽ cẽſeo: vt non pręſentiſſimũ veritatis numen fuiſſe ſemper apud ęquos bonoſq; iudices meminerimus.cuius vt ſacerdotes multi olim fuerũt: ſic Plinius ipſe antiſtes mihi fuiſſe videtur.non eñ tantum maioribus ipſe tribuiſſe comperietur:vt eorum quaq; in parte culpã obruendã ſilentio cenſuerit poſteritati diſpendioſo:nedũ vt cuiuſq̃ errata quo iure quaq; iniuria tueri inſtiterit.In quo mihi noſtrę memorię hoĩes doctiſſimi abſurdula quadã religione obſtrinxiſſe æqualiũ ſuorũ & poſteroꝝ iudicia videtur:qui q̃dẽ eorũ exẽplo antiq̃tatis nomẽ nudũ venerandũ eſſe numinis inſtar putãt. Ego antiquos quoq; illos hoĩes vt nos fuiſſe puto: & aliqua etiã ſcripſiſſe quę parũ intelligerẽt.nec ita annoſi æui ꝓrogatiuã ſequor:vt nõ in opus hoc Plinianũ eximiũ oĩno & rerũ ꝑpe omniũ vt digeſtione cõſertũ: ſic va rietate diſtinctũ:errores quoſdã irrepſiſſe affirmare præfidenter auſim: quos nemo q̃tũuis acer modo nõ impudẽs ſit:defendẽdos recipere libẽs velit. ſiq̃dẽ(vt nũc mittã ea quæ in ſtirpibus:quæ in herbis quę in medici nis:e x Dioſcoride & Theophraſto docti quidã & diligentes harũ rerum

obſeruatores adnotauerũt:in quibus ſępe Pli.nunc exẽplariũ vitio: nunc æquiuocatione falſus eſt: dum vel opus immenſum lectioniſq; multipli cis vrgeret: vel iudiciũ ipẽ certum iis rebus deſcribendis adhibere nequi ret quę oculis non ſubiecerat:aut nõ ſatis meminerat. Vt igitur illa mit tam quę culpę magis q̃ crimini dari poſſunt: neminẽ eſſe arbitror eorũ qui Plinii ſtudioſi ſunt: qui Plinio patrocinari in eo velit quod lib.iiii. de

Plinii er ratum.

hyperboreis dixit. Pone eos (inquit) montes vltraq; aquilonẽ gens fe lix(ſi credimus)quos hyperboreos appellauere:annoſo degit æuo:fabu loſis celebrata miraculis . ibi credũtur eſſe cardines mũdi:extremiq; ſide rũ ambitus: ſemeſtri luce & vna die ſolis auerſi:non(vt imperiti dixere) æquinoctio verno in autumnũ.ſemel in anno oriuntur iis ſoles : brumaq; ſemel occidunt.& libr.ii.In Britãnia lucidę noctes haud dubie repromit tunt id quod cogit ratio credi:ſolſtitialibus diebus accedente ſole propi us verticem mundi:anguſto lucis ambitu ſubiectæ terræ: continuos di es haberi ſenis menſibus:noctesq; e diuerſo ad brumam remoto. quod fie ri in inſula Thyle pytheas maſſilieñ.prodidit. Quęro quonãmodo hoc di ctum tueri poſſemus etiam ſi ab Eudoxo dictum eſſet:cum ratio ſpheri ca haud dubie deprąhendat eos qui polum arcticum pro vertice habent: etiam ęquinoctialem habere pro circulo finitore? Atqui qui ęquinoctia lem pro finitore habent:eos neceſſe eſt nullam noctem habere : ſed diem perpetuum quoad ſol fertur per ſigna ſeptentrionalia:id quod fit ab arie te ad libram.i.ab æquinoctio verno ad alterum æquinoctium. & viceuer ſa perpetuam noctem:quoad ſol per ſigna auſtralia viam facit.i.a libra ad arietem:ita vt illis annus vertẽs ſemeſtri luce & æquali nocte trãſigatur: vnico per annum ortu & occaſu ſolis.at hoc Pli.non ab æquinoctio ver no ad autumnũ: ſed a ſolſtitio ad brumam fieri locis prędictis contendit. qui rurſus libr.iiii.quaſi parum ſibi in ea re cõſtans ita inquit. Vltima om nium quæ moratur Thyle:in qua ſolſtitio nullas eſſe noctes indicauimus cancri ſignum ſole tranſeunte:nulloſq; contra per brumam dies.hæc qui dam ſenis menſibus continuis fieri arbitrantur. Ex quibus verbis con iicio Plinium quod Pytheas Maſſilieñ.de ſolſtitio & bruma dixerat.i.de duobus tantum diebus: de ſenis mẽſibus dixiſſe : propterea ꝗ ſpherici auctores rationibus id demonſtrant. quare Plinius in hoc hallucinatus vi detur:qui quod ab æquinoctio in æquinoctium fit:a ſolſtitio ad ſolſtitiũ fieri ſcripſit. Strabo libro ſeptimo de ſauromatis loquẽs q & ſarmatę di cuntur.διὰ δὲ τὴν ἄγνοιαν τῶν τόπων τούτων οἱ τὰ ῥίπαια ὄρη καὶ τοὺς ὑπερβορέους μυθοποιοῦντες: λόγου ἠξίωνται. καὶ πυθέας ὁ μασσιλιώτης κατεψεύσατο ταῦτα τὰ τῆς παρωκεανίτιδος. προσχήματι χρώμενος τῇ περὶ τὰ οὐράνια καὶ τὰ μαθηματικὰ ἱστορίᾳ: Propter horum autem (inquit) locorum ignorantiam ii qui riphæos montes et populos hyperboreos fabulati ſunt:in hominum exiſtimatio nem venerunt . & ipſe Pytheas maſſilienſis mendaciter hæc ſcripſit quæ ad Oceani littus pertinent : illo vſus prætextu ꝗ cæleſtium et ma thematicarum rerum hiſtoriam ſcriberet . Martianus (quod miror) Plinium in hoc ſequutus eſt his verbis in ſexto. In Britamnia (inquit) noctes decem & ſeptem horarum:ſolſtitiali vero tempore cum cœli ver ticem ſol inuectus ſubiectas læuorſum terras ꝑpetui diei continuatione

colluſtrat. Itemq; brumali deſcenſu ſemiannuam facit horrere noctem. quod in inſula thyle compertum Pytheas Maſſilieñ. aſſeruit. Pomponius mella de his loquens li. iii. ita inquit. In Aſiatico littore primi hyperborei ſuper aquilonem riphæoſq; montes ſub ipſo ſiderũ cardine iacent. vbi ſol quotidie vt nobis: ſed primũ verno equinoctio exortus: autumnali demũ occidit. & ideo ſex menſibus dies: & totidem aliis nox vſq; continua eſt. ſi verum eſt Plinii dictum neceſſe eſt vt mella auctor probatiſſimus ignarus ſphericæ rationis fuerit: & vnus eorum quos Pli. imperitos appellauit. Enimuero in ſupradictis lapſum eſſe Pli. per rerum mathematicarum ignorantiam: vt perſuadere mihi nolim: ſic nequeam ſi velim. non enim rudimenta tantum mathematicarũ artiũ perdidiciſſe Plinius videtur: id eſt ſphericæ diſciplinæ rationem: quam neceſſariam eſſe de ſitu orbis ſcribentibus Strabo nobilis geographus libro primo docuit. Sed etiam aſtronomiam ipſam non leuiter attigiſſe: eiuſq; aſſeclam diopticam. nam abſq; harum rerum peritia quonammodo ſtellarum erraticarum circulos: curſus: ſtationes: retrogreſſus: acceſſus terræ citimos: receſſuſq; vltimos: res omnino perplexas explicare inaudita breuitate quiret? adde triplicem vmbrarum rationem luculenter ab eo ſciteq; expeditam: nam ſolis lunæq; magnitudinem & eorum deliquia ecquis enarrare expeditius aut docere potuit? ambages certe lunares: & deſultorii ſideris mirificas viciſſitudines nec elegantius quiſq; priſcorũ nec explanatius totidem verbis complecti potuiſſet. tametſi rurſus in magnitudine lunæ etiam ſuo ſibi teſtimonio reprehẽditur: quũ mucrone vmbræ terræ luna in deliquio obſcuretur eodem ipſo auctore: & ipſe tamen lunam maiorem eſſe terra dixerit. quæ duo dicta colliduntur inuicem. ſed ſic ſunt res mathematicę. Neq; vero legitimam ipſam harum rerum ſcientiã nouiſſe tantũ Plinius videtur: ſed etiam genethliologorum commenta non ignoraſſe. id quod ex libro eius ſeptimo intelligere poſſumus: quo in loco de ſpatiis vitæ longiſſimis loquens: poſcere (inquit) videtur locus ipſe ſideralis ſcientiæ ſententiam. Epigenes. cxxii. annos impleri negauit poſſe: Beroſus excedi. cxvii. durat & ea ratio quam Petoſyris & Necepſos tradiderũt: & trimorion appellant a trium ſignorum portione: qua poſſe in Italiæ tractu cxxvi. annos vitæ contingere apparet. negauere illi quẽq; nonaginta partiũ exortiuã menſurã qd̃ anaphoras vocant tranſgredi: & eas ipſas incidi occurſu maleficorum ſiderum. Quo in loco nõ trimorion vt male emendatum eſt ſed tetartemorion lego: ex antiquis exẽplaribus in quibus artemorion legitur. Eſt autẽ tetartemorion græce qui latine quadrans dicit: id eſt quarta pars ſigniferi circuli: hoc eſt tria ſigna. Ad cuius rei intelligẽtiam ſciendũ q̃ numerus duodenarius & aſtronomicis & genethliacis familiaris & accommodatus eſt. vnde & aſpectus quadrantales obſeruant & trientales ſextanteſq; hos duos extremos trinos & ſextiles vulgo vocant. Quadrantalis aſpectus qui quadratus etiam appellatur: fit per trium ſignorum interſtitium: & gradus nonaginta. ob id nonagenarius appellatus. Plinius libro ſecundo Martis (inquit) ſtella vt propior etiam ex quadrato ſentit radios ab nonaginta partibus: vnde & nomen accepit. is motus primus & ſecũdus nonagenarius dictus ab vtroq; exortu.

Tetartemorion.

Nonagenarij aſpectus.

Trientalis eſt aſpectus qui in quatuor fit ſignis hoc eſt in tertia parte ſigniferi quæ conſtat centum & viginti gradibus. Hunc triquetrum Pli. vocat. Sextans autem fit in ſexta parte ſigniferi hoc eſt. lx. gradibus & ſignis duobus. ob id ſexagenarius dictus. Semiſſis aſpectus eſt q fit per diametrum: id eſt per lineam circuli dimetientem. Hanc radiationem mathematici: id eſt Chaldæi minacem malignãq; eſſe dicunt: hęc fit a ſigno vno ad aliud ſignum quod ab eo ordine ſit ſeptimũ: vt ab ariete ad libram. Triquetrus aſpectus id eſt trigonus qui triẽtem ſigniferi capit: quinto ſigno fit. vt (verbi gratia) in duobus ſignis quæ tantum inter ſe diſtent quantum aries & leo. huiuſmodi radiatio læta felixq; eſſe dictitatur. Tetragonus id eſt quadratus fit in quarto ab eo a quo inchoatur ſigno: id eſt ab horoſcopo: vt ab leone in ſcorpium. Hãc raditionem triſtem putant. Hexagona eſt quam ſextantem diximus: quæ fit in tertio ſigno: eadẽ benignitate cum trigona prædita. Propterea Pli. de ſexagenario aſpectu loquens: hic numerus (inquit) ſexangulas mũdi efficit formas. Prædictis quatuor genethliaci etiam cardines quatuor addunt: ortum ſcilicet & occaſum: & meſuranium quod & meſuranema dicitur (vocabulum vbiq; in Firmico deprauatũ) hoc eſt locus medii cœli: & huic oppoſitum locum quod hypogeon dicitur: hoc eſt punctum ſubterraneum inter ortum occaſumq; medium. Vt autem as ipſe mathematicus impleatur: & omneis ſuas partes habeat: addunt & alia quatuor loca: quæ pigra deiectaq; eſſe dicunt: q̃ nullo ferme radiationis fœdere cum ortu id eſt cum horoſcopo coniungantur. Hæc ſunt in. ii. vi. viii. & xii. ab horoſcopo ſigno. Horoſcopus eſt ea pars cœli quæ geniturę tempore ab oriẽtali parte cœli emergit in hemiſpherium noſtrum: & ortus appellatur. Huic pars per diametrũ oppoſita in. vii. (vt diximus) ſigno in occidua cœli parte: occaſus appellatur. Ea autẽ pars cœli quæ trigintą partibus ab horoſcopo diſtat: in ſecundo ſigno exiſtens ab eo in quo horoſcopus inchoatur: anaphora appellatur & interdum epanaphora: quaſi pars iam iam emerſura. Quæ autem pars ſigniferi totidẽ partib̃ in demerſu occiduum punctum ſigniferi præceſſerit: quot partibus in emerſu anaphora ab horoſcopo relinquitur: ea pars cœli a mathematicis epicataphora dicitur: quod ſignificat pręcipitem locum cœli. in. viii. ab horoſcopo ſigno. reliqua duo loca nomina habent malæ fortunæ & cacodæmonis. Hæc tametſi vaniſſime a mathematicis diſputãtur: ideo tamen vtilia ſunt cognitu: q̃ & aſpectuũ radiationũq; adnotatio: aſtronomiæ etiam cum genethliologia cõmunis eſt. vt autẽ ex prædictis apparet: non trimorion: quod nihil (vt arbitror) apud græcos ſignificat: (trimœron enim græcum eſt non trimorion) ſed tetartemorium legendum eſt: ita verba illa Plinii ſupradicta intelligere me non potuiſſe fateor: negauere illi quẽq; nonaginta partiũ exortiuam meſuram quod anaphoras vocant: tranſgredi: Hermolaus Barbarus neutrum hulcus attigit. Proinde cum Plinius huiuſcemodi multa & ſcite & concinne de rebus mathematicis ſcripſerit: nec candidi profecto eſt nec recti iudicii ob vnũ & alterum incommodius dictum: dicam ipſi imperitiæ velut ad tribunal rhadamanthi ſcribere: aut quãuis aliã formulam intẽdere quæ

Triẽtalis aſpect9 q & Triquetrus.

Sextans aſpectus.

Sexagenarius.

Semiſſis aſpectus.

Quadratus & Tetragon9 aſpectus.

Hexagonus & Sexagenarius.

Cardines mathematici.

Meſuranium.

Hypogeon.

Horoſcopus.

Anaphora & Epanaphora.

Epicataphora.

tãtæ auctoritati ignominiosa esse possit.petita tamen venia cũ eo age
re pscriptis verbis honorẽ pfantibus licet:ne iure nostro cedamꝰ asserẽ
dę veritatis:cui nec tẽporis spatio:nec auctoritate cuiusq̃ nois pscribit.
Nec.n.ętati nostrę hãc legẽ pmulgauerĩ:qd̃ Pli.qd̃ prisci:qd̃ primi meri
ti scriptores:dixerint:scripserint:quã rẽ cũq; inter monumẽta sua reliq̃
rint:eiusce rei æterna ac sacrosancta auctoritas esto. qui huic velut cõse
cratę sentẽtię derogauerit:abrogauerit:obrogauerit:ob eã rẽ intestabi
lis:& sacer esto.hũc literati oẽs ex cõuẽtu certatim exigũto.Illã.n.potius
legẽ suaserim:qui discẽdi cupidi sint:iuratissimi cuiusq; scriptoris maie
statẽ comiter cõseruãto.qd̃ secus (vt sunt humana) dictũ ĩ eoꝝ cuiusq;
libros irrepserit:obrepserit:fefellerit: qui de eo dicto ĩdagãdę veritatis
ergo addubitet:addubitauerit:quęstionẽ referat:retulerit:qd̃ eoꝝ absq;
dolo malo aut liuore animi factũ sit:eius rei mulcta ne sit:nec bonoꝝ of
fensio:qd̃ instar ẽ extremi supplicii.Proide adnotatis locis hęrẽdũ eẽ cẽ
seo:vt eoꝝ more philosophorũ:qui ephecticĩ dicunt (nos cũctatores ap
pellare possumꝰ) iudiciũ sustineamꝰ:potiꝰq̃ vt qcq̃ arrogãtia critica sta
tuamus de classicis auctoribꝰ & citra cõtrouersiã receptæ auctoritatis.
Sũt q Pliniũ multa ĩ mathematicis nõ intellexisse affirmãt:q̃ qdẽ ex grę
cis trãscripserit.quale ẽ illud qd̃ de signifero dicit ca.xvi.sc̃di lib.qd̃ oĩno
explanatiꝰ dici debuit etiã si vere dictũ eẽ videt:& acute.id qd̃ vix mihi
persuaserim.Eiusdẽ notę cũ supioribꝰ est illa entelechia Ciceronis : cuiꝰ
hęc sunt verba ĩ pri.tusculanarũ.Aristoteles lõge oĩbꝰ (Platonẽ semp ex
cipio) pstãs & ĩgenio & diligẽtia:cũ quatuor illa genera principiorũ eẽt
cõplexus e qbus oĩa orirent:quintã quãdã naturã cẽset eẽ e qua sit mẽs.
cogitare.n.& prouidere & discere & docere & iuenire aliquid & tã mul
ta meminisse:amare: odisse: cupere: timere:angi: lætari : hæc & similia
eorũ in horum quatuor generũ nullo inesse putat. Quintũ genus adhi
bet vacãs nomine:& sic ipsum animũ entelechiã appellat:nouo nomine
quasi quandã cõtinuatã motionẽ & perennẽ.Entelechiam Cicero conti
nuũ motũ intellexit:quasi Aristoteles endelechiã per d literam scripse
rit.i.continuationẽ:& nõ entelechiã potius quã actũ & perfectionẽ do
ctissimi gręcorũ interpretãtur.ob id Ciceronẽ a græcis accusatũ nõ ma
gnopere miror:vtpote quos ĩ libris & orationibus suis exagitare nõ de
linit:q̃q̃ ab ipsis præclara illa ingenii ornamenta philosophiã & oratoriã
facultatẽ accepisse se nõ dissimulat.Quare si verum fateri volumus:elo
quentiæ latinæ princeps parensq; a Plinio iure ac merito dictus : diserti
nõnũq̃ magis viri q̃ oratoris officio functus esse iudicandus est.Si quidẽ
eius ipsius auctoritati credimus:oratorem eũ esse nõ posse qui nõ idem
vir bonus sit: Viri autẽ boni esse persuadere mihi nequeo:nõ modo græ
cos viros:sed etiã græcam ipsam linguã latinæ eloquẽtiæ auctorem : vt
inopem & ieiunã conuiciose vocitare:& latinæ linguæ veluti exuberan
tem copiã præ illius inopia admirari.nisi vero credimus Ciceronẽ recta
fretum conscientia:& ex animi sui sententia id dixisse: & non plane aurę
populari Romanorum suorum inseruisse:cuius populi gratia nullũ vn
q̃ numen præsentius esse credidit . Calumniæ igitur Cicero excusari
non potest: quasi ita existimauerit.nam præterq̃ q; græcam omnem fa

Ephecti
ci.

Entele
chia.

Cicero
merito a
grecis ac
cusatus.

cundiam pernouerat:vt vel eo nomine græcis ipsis æqualibus admirã
dus esset.Si cui etiam eloquentiæ græcę elogia ex eius scriptis collige
re vacet:& libeat:eum aliter censuisse haud dubie iudicabit.Fabius li.x.
de comparatione Demosthenis & Ciceronis loquens : cedendum vero
in hoc:(inqt) q; & ille prior fuit:& ex magna parte Ciceronẽ q̃tus est fe
cit. Nam mihi videtur. M.Tullius cum se totum ad imitationẽ græco
rum contulisset:effinxisse vim Demosthenis:copiam Platonis:iucundi
tatem Isocratis.Idem li.xii.Latina mihi facundia:vt inuentione:dispoſi
tione:consilio:cæterisq; huius generis artibus similis græcę ac prorsus
discipula eius videtur:ita circa rationem eloquendi vix habere imitatio
nis locũ.Si igitur teste Fabio:id est altero Cicerone: lingua latina disci
pula & imitatrix linguæ græcę:cum se totam ad præscriptum parentis
suæ componere effingereq; instituisset:in ea parte artis oratoriæ a qua
eloquentia nomen accepit:imitationem implere non potuit:id est in elo
quendi magnificentia & sublimitate:quonam modo præferendam hãc
illi.M.Tullius vtriusq; peritissimus existimare potuit? Ceu vero si quam
Protogenes tabulã ex nobili illa Apellis Anadyomene effingere statuis
set:omniaq; liniamenta ad præscriptum ducere:tuq; id apographum p̃
stantius esse exemplari suo contenderes: non aut improbus esse aut ridi
culus videreret. At enim Venere nos græci & verborum suauitate non
etiam copia superauerunt.Hoc rursus iudicandum ad Fabium reiicia
mus.apud quem lib.eodem sic legitur.Itaq; tanto est sermo græcus lati
no iucundior:vt nostri poetæ quoties dulce carmen esse voluerunt:illo
rum id nominibus exornent. His illa potentiora q; res plurimæ carent
appellationibus: vt eas necesse sit transferre aut circũire . etiam in iis
quæ denominata sunt:summa paupertas in eadem nos frequentissime
reuoluit . at illis non verborum modo:sed linguarum etiam inter se dif
ferentium copia.Quare qui a latinis exigit illam gratiam sermonis atti
ci:det mihi in loquẽdo eãdem iucunditatem & parem copiam:qd̃ si ne
gatum est:sententias aptabimus iis vocibꝰ quas habemus. Qz̃ pugnãtia
sint hæc verba Fabii cum verbis Ciceronis: nemo non videt. qui etiam
(si diis placet) alibi vociferatur omnia per se melius Romanos & sapiẽ
tius q̃ græcos inuenisse:aut ab eis accepta meliora fecisse. Et rursus : vt
omnia (inquit) græcorum perquiras:quid sit ineptus non inuenies . &
innocentiæ verbũ græce dici non potest.equidẽ apirocalũ apud illos tã
significãs esse puto q̃ apud nos ineptũ. nec minꝰ fortasse apithanum. &
innocentẽ non meliorẽ acaco esse iudico.quo verbo areopagita & literę
sacræ vtũtur.Meliora etiã his alia Cicero apud gręcos inuenisset:si grę
corũ ptes tuẽdas suscepisset.Has ob causas & alias huiuscemodi viuus
adhuc (vt auctor est Fabiꝰ) obtrectatoꝝ sermonibꝰ sępe exagitatꝰ fuit.
Ingrati pfecto est animi cũ gręcia latinos nõ mõ disciplinis:sed etiã suis
verbis locupletauerit:eaq; adhuc teneãt:nec beneficium : nec debitum
agnoscere.Præsertim cũ gręcia id nũq̃ repetitura sit mutuum quod vsu
diuturno nostrum fecimus.Mihi aũt videtur (ingenue enim ploquar)
lingua græca ad latinam relata:poetæ.i.tragici auctoris aut comici ra
tionem habere, Latina aũt actoris tantũ scenici qui fabulã a poeta in-

Latina
lingua
discipula
linguæ
græcę.

Ineptus
græce.
& inocẽs

Græca
quid lati
næ pstet.

uentam & emodulate ſcriptam:artifici ac numeroſa pronunciatione in theatralem cõſeſſum profert.Quid enim aliud & poetæ & oratores noſtri q̃ poeſi & orationi ciuitatem(vt ita dicam) Romanam dederũt? A Græcis igitur neotericis entelechiæ interpretatio Ciceroni criminoſe obiecta eſt:idq; meritiſſimo.cuius defenſionem Politianus ad ſui magis oſtentationem ſuſcepiſſe mihi videtur:q̃ diluendi criminis fidutiam habuiſſe.Nam vt in omnia ſeſe verſet Politianus:cauſam haud dicere poterit: quin ſi Cicero ita verba ſcripta reliquit: vt nunc in exemplaribus leguntur:non ille longe ab Ariſtotelis ſententia aberrauerit. quod vt intelligatur: Ariſtotelem ipſum auctorem entelechiæ teſtem dicti noſtri futurum laudabimus.qui in principio ſtatim ſecundi voluminis de anima ita inquit λέγομεν δὴ ἔντι γένοσ τῶν οὔτων τὴν οὐσίαν. ταύτησ δὲ τὸ μὲν ὡσ ὕλη ὃ καθ᾽ αὑτὸ μὲν οὐκ ἔσι τόδε τι. ἕτερον δὲ μορφὴν καὶ εἶδοσ. καθ᾽ ἣν ἤδη λέγεται τόδε τι.καὶ τρίτον:τὸ ἐκ τούτων. ἔσι δὲ ἡ μὲν ὕλη δύναμισ τόδε εἶδοσ ἐντελέχεια. id eſt. Dicimus igitur vnũ genus entium eſſe ſubſtantiam: hæc autẽ partim materia eſt:quæ per ſe quidem ipſa non eſt hoc aliquid. altera pars eius forma & ſpecies: ſecundum quam iam dicitur hoc aliquid. ab his tertium eſt quod ex ambobus confit.porro materia potentia eſt: forma autem entelechia.Idem libro eodem oſtendere clarius volens quid ſit anima.διό ψυχὴ ἔσιν ἐντελέχεια ἡ πρώτη σώματοσ φυσικοῦ ζωὴν ἔχοντοσ δυνάμει.τοι οὗτον δὲ ὅ ἂν ᾖ ὀργανικόν.ideo anima eſt entelechia prima corporis naturalis vitam habentis poteſtate.tale autem eſt quodcunq; organicũ eſt.Poteſtate vitam habens appellat:quod actu vitam non habet:vt dormiens qui habitum tantum habet.plus eſt enim actu habere:qualis eſt vigilãs. & paulo inferius εἰ δὲ τι κοινὸν ἐπὶ πάσησ ψυχῆσ δεῖ λέγειν: εἰκὼν ἡ πρώτη ἐντελέχεια σώματοσ φυσικοῦ ὀργανικοῦ. Q; ſi commune aliquid in omni anima dicere oportet:erit quidem prima corporis entelechia corporis naturalis organici.Entelechiam vbiq; pro perfectiõe & actu ponit.duo enim ſunt in rebus:actus.i.entelechia:quæ etiam interdum ab eo energia appellatur:& dynamis.i.potẽtia Organicum appellat corpus quod ad aliquid conditum eſt:vt oculus ad viſum:& auris ad auditum. naturale autem dixit ad differentiã opificialis & manu facti. Summa igitur prædictorũ hæc eſt vt ex Themiſtio Ariſtotelis clariſſimo paraphraſte intelligi facile poteſt. animam primam eſſe perfectionem corporis .i. entelechiam: quod quidem corpus poteſtate in actum prodeunte vitam habeat. atq; id quod ex duobus conditum eſt & concretum: iam integrum factum: animal eſt.forma enim id eſt entelechia:licet in materia edatur:non tamen materiæ forma eſt: ſed eius forma eſt quod græce ſynholon dicitur:id eſt ex ambobus concretum.omne enim tale ſimul atq; in aliquam ſpeciem formatum eſt:hoc aliquid eſſe cœpit. id vt facilius intelligeretur:hoc(inqt Ariſtoteles)ſpecularí partium exẽplo conuenit. Eſto igitẽ vt oculus ſit animal.animã eius eſſe.i. entelechiã aſpectũ oportebit: cũ ſit viſus ſua oculis ſubſtantiæ ratio.i.forma & perfectio.ſic em̃ appellare ſolet rationẽ ſuſtãtiæ. εἰ γὰρ ἦν ὁ ὀφθαλμὸσ ζῶον:ψυχὴ ἂν αὐτῶ ἦν ἡ ὄψισ.αὐτὴ γὰρ οὐσία ὀφθαλμοῦ ἡ κατὰ λόγον.at vero oculus:materia eſt viſus. quo defectus oculus:iã nõ eſt oculus niſi æquiuoce:quõ oculꝰ lapideus aut pictus

ὁ δὲ ὀφθαλμὸσ ὕλη ὄψεωσ. ἧσ ἀπολειπούσησ οὐκ ἔσιν ὀφθαλμὸσ:πλὴν ὁμωνύμωσ. Proinde Ariſtotelis entelechia perfectio eſt & forma:cum corpus naturalea poteſtate.i.a materia nuda in actum prodiit: & animal eſſe cœpit: vel viuũ eſſe.quare entelechia etiã brutorum eſt & etiã ſtirpium. & eorum corporum quæ vegetabilia ſunt.eſtq; entelechia non continua motio:ſed perfecti corporis comphenſio id eſt τοῦ ἐντελοῦσ συνοχὴ. Hoc em̃ etymũ eius verbi ſignificat.Quare liquido(vt arbitror) conſtat verba illa Ciceronis de animo humano non eſſe conſentanea cum entelechia Ariſtotelis.Quid illa quæ alio loco eiuſdẽ libri ſubidit:diuinitatẽ animis humanis aſſerere volens.ſinautẽ eſt (inquit) quinta quædã natura ab Ariſtotele inducta:primũ hæc & deorum eſt & animorũ.Hanc nos ſententiam ſecuti his verbis in conſolatione hæc expreſſimus. animorum nulla in terris origo inueniri poteſt. nihil eſt enim in animis mixtũ atq; concretũ.aut quod ex terra natũ atq; fictũ eſſe videatur:nihilve aut humidum quidẽ aut flabile aut igneũ. His enim ĩ naturis nihil ineſt quod vim memoriæ:mentis: cogitationis habeat. quod & præterita teneat: & complecti poſſit præſentia.quæ ſola diuina ſint. nec inuenietur vnq; vnde ad hominem venire poſſit niſi a deo. Singularis eſt igitur quædã natura atq; vis animi ſeiũcta ab his vſitatis notiſq; naturis.Ita quicquid eſt illud quod ſentit:quod ſapit:quod vult:quod viget:cœleſte & diuinũ eſt:ob eãq; rem æternũ ſit neceſſe eſt. Hæc vt præclare dicta ſunt a Cicerone de immortalitate animæ:ita referri nequeunt ad ea quæ Ariſtoteles de anima dixit quam entelechiam appellat. Sed ad ea potius quæ de intellectu vel mente Ariſtoteles mirifice diſſerit in.iii.de anima.quę mens ab eo non entelechia ſed nus dicitur. Entelechiam enim ſuam.i. animam Ariſtoteles interituram eſſe credidit. Quapropter Iuſtinus philoſophus idem & martyr in parænetico loquens de placitis philoſophorum:ita inquit.καὶ ὁ μὲν πλάτων ψυχὴν πᾶσα ἀθάνατοσ κέκραγε λέγων.ἀριςοτέλησ δὲ ἐντελέχειαν αὐτὴν ὁμομάζων:οὐκ ἀθάνατον.ἀμὰ θνητὴν αὐτὴν εἶναι βούλεται.καὶ ὁ μὲν ἀεικίνητον αὐτὴν εἶναι λέγει.ἀριςοτέλησ δὲ ἀκίνητον αὐτὴν εἶναι φησὶ ἁπάσησ κινήσεωσ προηγουμένην.& Plato quidem animam omnem immortalem eſſe non tam dicit q̃ clamitat. Ariſtoteles autem entelechiam ipſam nominans:non immortalem ſed mortalem ipſam eſſe vult. Rurſus ille nunq̃ non mobilem eam eſſe tradit:Ariſtoteles etiam immobilem:licet ad omnem motum præeuntem.Plutarchus in quarto placitorum.πλάτων ἀεικίνητον τὴν ψυχὴν τὸν δὲ νοῦν ἀκίνητον τῆσ μεταβατικῆσ κινήσεωσ. ἀριςοτέλησ ἀκίνητον τὴν ψυχὴν πάσησ κινήσεωσ προηγουμένην. τῆσ δὲ κατὰ συμβεβηκὸσ μετέχειν καθάπερ τὰ εἴδη τῶν σωμάτων. Plato (inquit) nunq̃ non mouentem animam exiſtimauit. intellectum autem im motum dũtaxat tranſgreſſili motu.Ariſtoteles immobilem animam eſſe cenſuit: & eandem motus omnis auctorem:& motionis tamẽ accidentariæ. librũ nõ exortem quo modo & formas corporum.Eum cum verteremus aliter hunc locum traduximus aliud exemplar ſecuti. Verum his auctoribus planum fit: illud Ciceronis dictum non poſſe ad Ariſtotelem referri:qui entelechiam pro aia & forma:nõ pro mẽte & aio intellexit:nec entelechiã perpetẽ quãdã motionẽ ſignificare: cũ Ariſtoteles imobilẽ entelechiã eſſe dixerit mo-

tu ſuo & proprio. idem Plutar. eodem in libro hoc verbum exponẽs ab Ariſtotele de anima prolatum ita ſubdit. τὴν δὲ ἐντελέχειαν ἀκουστέον ἀντὶ τῆς ἐνεργείας. Entelechiam autem pro actu exaudire oportet. de quinta autẽ natura ab Ariſtotele inducta: Laertius ita inqt. εἶναι δὲ παρὰ τὰ τέσσαρα στοιχεῖα καὶ ἄλλο πέμπτον ἐξ οὗ τὰ αἰθέρια συνεστάναι. ἀλλοίαν δὲ αὐτοῦ τὴν κίνησιν εἶναι, κυκλοφορικὴν γάρ. καὶ τὴν ψυχὴν δὲ ἀσώματον: ἐντελέχειαν οὖσαν τὴν πρώτην σώματος φυσικοῦ καὶ ὀργανικοῦ δυνάμει ζωὴν ἔχοντος. Eſſe autem pręter quatuor elementa & aliud quintum cenſuit: ex quo ætheria omnia conſtituta ſint. Sed & eius alium eſſe motum vtpote circularem. Animam etiam incorpoream eſſe voluit: & entelechiam primam corporis naturalis organici poteſtate vitam habentis. Ex quibus verbis apparet entelechiã nõ eſſe ab Ariſtotele in quinta natura poſitam. id autem de intellectu & mente cenſuiſſe Ariſtotelem melius dici poſſet: de quo cum multifarie ac ſubtiliter Ariſtoteles & Themiſtius diſſeruerunt: vnũ ex vtroq; locum aſſumã qui id planũ fieri poſſit. ne ſi iuſta diſputatione id probare conemur: in tedium abeat longior hæc multo digreſſio q̃ initio deſtinauerimus. ἐπεὶ δὲ ὥσπερ ἐν ἁπάσῃ τῇ φύσει ἐστί τι: τὸ μὲν: ὕλη ἑκάστῳ γένει. τοῦτο δὲ ὅ τι πάντα δυνάμει ἐκεῖνα. ἕτερον δὲ τὸ αἴτιον καὶ ποιητικόν: τῷ ποιεῖν πάντα. οἷον ἡ τέχνη πρὸς τὴν ὕλην πέπονθεν: ἀνάγκη καὶ ἐν τῇ ψυχῇ ὑπάρχειν ταύτας τὰς διαφοράς. καὶ ἔστιν ὁ μὲν τοιοῦτος νοῦς: τῷ πάντα γίνεσθαι. ὁ δὲ: τῷ πάντα ποιεῖν: ὡς ἕξις τις: οἷον τὸ φῶς. τρόπον γάρ τινα καὶ τὸ φῶς ποιεῖ τὰ δυνάμει ὄντα χρώματα: ἐνεργείᾳ χρώματα. καὶ οὗτος ὁ νοῦς χωριστὸς καὶ ἀμιγὴς καὶ ἀπαθής: τῇ οὐσίᾳ ὢν ἐνέργεια. Locꝰ hic vnꝰ eſt eorum quos Ariſtoteles offuſa caligine obſcuraſſe dictus eſt: vt a ſuis tãtũ intelligi poſſet. nos tamẽ q̃ poterimus explanatiſſime vertemus. Quoniã vero (inqt ille) vt in vniuerſitate naturæ eſt aliquid: cuius altera pars vnicuiq; generi materia ſit. eaq; idcirco ſic eſt: ꝙ omnia illa ẽ dũtaxat potentia. altera pars eſt: quæ cauſa eſt & effectrix: vt quæ omnia faciat: cuius modi rationem ars ad materiam obtinet: neceſſe eſt in anima quoq; has differentias eſſe. eſtq; intellectus quidã huiuſmodi vt omnia ſit. alter vero vt omnia faciat: qui velut habitus aliquis eſt: perinde ac lumen. Siquidem modo quodam lumen actu colores efficit: qui potẽtia colores ſunt. & ſic intellectus abſtractus. & nulla concretione permixtus impatibiliſq;: ſubſtãtia ſua actus exiſtens. & paulo inferius. ἀλλ᾽ οὐχ ὁτὲ μὲν νοεῖ ὁτὲ δὲ οὐ νοεῖ χωρισθεὶς δὲ ἐστὶ μόνον τοῦθ᾽ ὅπερ ἐστί. καὶ τοῦτο μόνον ἀθάνατον. καὶ ἀΐδιον. Sed nec interdum intelligit: & interdum non intelligit. Separatus vero id eſt demũ quod eſt: & hoc ſolũ immortale eſt & æternum. Hæc verba paraphraſtice enarrans Themiſtius lib. eodem ita inquit. Quum enim ſtatuiſſet Ariſtoteles in omni natura alterum pro materia haberi: alterum pro forma mouente perficienteq;: neceſſe (iquit) eſt eaſdem differentias in anima reperiri: & talem aliquem intellectum adeſſe qui pars animæ rationalis preſtãtiſſima ſit. Atq; hoc quoq; ex illis verbis clariſſime innoteſcit quorũ paulo ante mẽtionẽ fecimus. de intellectu (inquit) & vi ea q̃ cõmẽtatur cõtẽplaturq;: nihil adhuc liquet. Sed videtur diuerſum animæ genus eſſe. ſoluq; id abiungi & ſeparari cõtingere: tãq̃ perpetuũ a morticinio caducoq;. Hactenus Themiſtius. hoc vltimũ dictũ ideo addidimꝰ: primũ vt planũ fieret: id qđ Cicero ẽtelechiæ

tribuit: Ariſtotelẽ non animæ: quã formã. i. ſubſtantię ratiõnẽ eſſe vult: ſed intellectui tribuiſſe: dũtaxat agẽti: qui ab intellectu potentiæ differt: vt ars a materia. & hunc impatibilẽ eſſe immortaleq;. animã autẽ mortalem. ſiue Ariſtoteles intellectũ & mentẽ: partẽ eſſe animæ diuinã pſtantiſſimãq; intellexerit: ſiue aliud ab anima formalẽ rationẽ obtinente quam entelechiam vocat. Sed maior illa quæſtio exiſtit vtrum intellectũ illum ſingulorũ eſſe hominũ ita exiſtimauerit: vt homo poſt obitũ ſuũ immortalis futurus ſit: an vnũ vniuerſorũ. Ita enim hoc implicuiſſe diſputationũ ambage exiſtimatur: vt ingenia ſui ſtudioſorũ torſerit potius q̃ certũ aliquid fixũq; reliquerit. Sũt tamẽ nihilo ſecius qui exiſtimẽt entelechiã duplicẽ eſſe. vnã illã quã diximus ex ſententia Themiſtii: Laertii & Plutarchi: quæ nomen eſt animæ nõ modo irrationalis: ſed etiã phyſicæ. & hæc a corpore naturali organico inſeparabilis eſt. alterã dixerunt a corpore ita ſeparabilẽ [redacted]. ἥτις ἐντελέχεια ἔξωθεν οὖσα ταῖς τε καὶ διακοσμεῖ καὶ τελειοῖ τὸ ὑποκείμενον. ὅταν οὖν λέγῃ τις τὴν λογικὴν ψυχὴν ἐντελέχειαν: τὸ κεχωρισμένον εἶδος τοῦ σώματος λέγει. Secundũ hoc nonnulla ex parte Ciceronis dictũ defendi poſſet. qui fortaſſe quod apud aliquem philoſophũ legerat de entelechia: hoc Ariſtoteli tribuit eius nominis auctori: vt ſurrepere ſolet ſcribentibus obliuio. vtcũq; quiduis potius cõminiſci par eſt: q̃ vt inter reos eius nomen auctoris a nobis recipiatur: qui extra omnem ingenii aleam. i. extra omne diſcrimen iudiciorum Plinii ſentẽtia poſitus eſt: iudicis ingeniorum ſummi. Verũ vt notę & Ciceronẽ & Plinium eximimus: idq; meritiſſimo: ſic humana Minerua ſcripſiſſe eos meminiſſe debemus: non numine inſtinctos: ne muſas inſectatus eſſe videatur: qui eius notæ auctores ſemel atq; iterum ad diſquiſitionem conſultorum candido propoſito reuocauerit. nec mihi ob id videor litẽ meã facere: ꝙ controuerſiam tanto auctori intentatam veritatis indagandæ ſtudio cõmemoraui: cũ mihi Angelus Politianus vir egregie doctus obtuliſſe ſe liti haud magna cauſę fiducia viſus eſſet. Sed redeamꝰ tandẽ ad inſtitutũ opus. His noibꝰ antiqui nõ ſolũ vſq; ad aſſem: ſed etiã vltra vſi ſunt. Columel. li. iiii. auarius qdã dipondio & dodrãte altũ ſulcũ latũ pedũ quinq; faciũt. dipondiũ & dodrantẽ dixit pro pedibꝰ duobꝰ & digitis. xii. Et lib. iii. Ab ipſo arboris crure pedale ſpatium intermittito: deinde ſulcum in quatuor pedes longum: in tres altũ: in dipondium ſemiſſem latum cum feceris: patiere minime duobus menſibus eum tempeſtatibus verberari. Vtuntur etiam hiſtorici. vt Liuius lib. viii. ab vrbe condita. Latinus ager & Falernus qui populi Campani fuerat: vſq; ad Vulturnum flumen plebi Romanæ diuiduntur. bina in latio iugera: ita vt dodrantem ex priuernati complerent data: terna in falerno. quadrãtibus etiã pro longinquitate adiectis. Col. li. ii. Sed iugerũ talis agri quatuor opis expeditur. nã cõmode pſcinditur duabus. vna iteratur: tertiatur dodrante. in lirã ſtatim redigitur quadrante operę. Dodrãtẽ opę p tribus ptibus diei artificialis dixit. vt quadrãtẽ p quarta hoc eſt p nouẽ horis & p tribus. Pli. li. xviii. iuſtũ eſt proſcindi ſulco dodrãtali iugerum

Entelechia duplex.

vno die: iterari sesquiiugerũ: si sit facultas soli. si minus: proscindi semissem: iterari assem: quãdo & animaliũ labori natura leges statuit. quadrãtem græci τετάρτημόριον dicunt: & τριτημόριον trientem ἡμίμοιρον bessem. dodrantem τρίμοιρον. Sunt & hæc vocabula signatæ pecunię nomina: vt docet Varro. As nũmus erat libralis: dupondius nũmus bilibris. sestertius nũm9 duarũ & semis librarũ dictus quasi semistertius: græcorũ imitatione qui τρίτον ἡμιδραχμον dicunt duas drachmas & semis. & ἕβδομον ἡμιτάλαντον pro talentis sex & semis. Herod. in pri. ἕλκων σταθμὸν ἕβδομον ἡμιτάαλντον pollux. τρίτον ἡμιδραχμον ἀι δύο ἡμιοτεῖαι δραχμαὶ: id est pẽdẽs sex taléta & semissem & apud eũdẽ τέταρτον ἡμιτάλαντον. i. quartũ semitalétũ, p eo qd̃ est tria & semis taléta. Denarius decẽ librarũ nũmus erat: cui9 quarta pars sestertius: eo tpe scilicet quo denarius decussi valebat. erat autẽ denarius argẽteus nũmus quatuor & viginti siliquas pẽdẽs. Apud Priscianũ ita legitur. Siliquæ tres oboli faciũt duo autẽ oboli scrupulũ. tria scrupula drachmã. ita duodeuiginti siliquæ in drachma. sic quatuor drachmæ in tribus denariis: hoc est duæ & septuaginta siliquæ. Hactenus apud Priscianũ legitur. Quadrãs etiã nũmus erat vt apud Iuuenalẽ Cẽdere syluano porcũ: quadrãte lauare. & centũ quadrantes sępe apud Martialẽ. sic etiã sextãs nũmus erat: cũ popul9 Roman9 in funere Menenii sextãtes cõtulisse dicatur a Valerio & Pli. Sũt & vasorũ noia: vt apud Persiũ: calidũq; triẽtẽ excutit e manibus. sunt & põderũ Pli. li. xxvii. Bibitur ad dolorẽ vuluæ & vitia. macerari oportet in sextariis trib9 quadrãtẽ radicis tusæ p noctẽ & diem. & li. xxviii. ad tussim veterem recens decoquitur quadrantis pondere: in vini sextariis tribus. Idem ad hocvitiũ immittitur butyrum heminis Quatuor cum rhesinæ terebinthinæ sextante. Nec mirum est tã late verborũ istorũ significationẽ patere: cum cognata sit & cõnexa ponderũ ratio cũ mẽsurarũ ac numerorũ rationibus. & vt aiũt illa carmina quę Fauini esse dicũtur: si pondus mẽsuræ cõponimus: eadẽ est pars cyathi in sextario quæ est in libra vnciæ. & vt in ponderũ minutiis ad scrupulũ peruenimus: sic in mensuris ad cochlear. Quinquũcialis aũt ordinũ ratio in arbustis & vineis & in quinquũcem arbores dispositæ cur dicãtur: cõminisci non potui: quid tamẽ sit ex Fabio facile intelligimus: apud quẽ hęc verba li. viii. legunt. Nullus ne etiã frugiferis adhibendus decor? Quis negat? nã & in ordinẽ certaq; interualla redigã eas arbores. Quid illo quinquũce speciosius? qui in quãcũq; partẽ spectaueris rectus est. Sed protinus in id quoq; pdest vt terrę succũ æqualiter trahãt. Cicero in Catone. Cũ aũt miraret Lysander & pcerítatẽ arborũ & directos in quinquũcẽ ordines: & humũ subactã atq; purã & suauitatẽ odorũ qui afflarẽtur e floribus: tũ eũ dixisse mirari se nõ modo diligẽtiã: sed etiam solertiã eius. col. li. iiii. hæc in quinquũcẽ vinearũ metatio expeditissima ratiõe cõficit. Huiusmodi ordinũ obseruatio Normãnis solẽnis est instituẽdis pomariis. quorũ arboratores e seminariis plantulas trãsferẽtes: ita stellatim decussare norũt ordines: vt i quãcũq; partẽ te verses rectam semper seriẽ videas nusq̃ obliquante prospectu in longinquum. Hæc habui de his vocabulis quæ strictim primum dicerem: quæq; velut procemium huius operis esse volumus. Itaq;

Signatæ pecuniæ vocabula

Denari9 Sestertiũ

Quadrãs nũmus. Sestans. Vasorũ nomina Triẽs & Quadrãs

Quinquũcialis ordinũ ratio.

Arbores in qnquũcem digestæ.

quãdo de integro sermonẽ instauraturi hac eadẽ de re sumus: vt eorum vocabulorũ vsum magna ex parte obsoletum latinitati reddam9 (Sic. n. futurũ spero) facturum me operæ precium existimaui: si non modo rem hanc totam: latis per se satis finibus patentẽ prosequerer: Sed etiã si disputationẽ aliam ad hunc locũ non nihil pertinentẽ & veluti cognatã adiungerẽ: tametsi iam alto situ obscuritatis errorisq; squalentẽ: vix vt nito rem pristinum lingua latina hac in parte receptura videretur. Cũ. n. de asse & libra põdoq; & rei nũmarię vocabulis multa ab enarratorib9 neotericis dicta sint: antiquorũq; monumenta hisdẽ vocabulis scateant: nondum (quod sciã) a quoq̃ scriptoꝝ nostrę aut auorũ memoriæ deprehendi potuit: quem modũ pecuniæ his verbis statuere debeamus. Proinde ita tulit animus vt rem per se subobscurã: & cũ multa ambage auctoritatum implicitam: tũ vero glossematariorũ errore perplexiorem factam: si mul corruptis exemplaribus propẽmodum comploratã: explicare nihilo seci9 improbo labore aggrederer. siquidẽ scitũ illud comici poetę meminerã: nihil tam difficile esse quin quærendo inuestigari possit. & dignam rem prorsus existimabam in quam toto pectore incũberẽ. Atqui cũ ad hãc ætatẽ ex quo post tenebricosa sæcula literis lux affulgere sensim cœpit: co iam profectus labores eruditorũ hominũ euaserint: vt ad linguæ latinę instaurationẽ perpauca desiderentur: nemo tã (vt spero) inficiabitur hanc operã adhuc desideratã esse. Planũ. n. facturũ me confido neminem intra octingentos annos ac plures fortasse recte hæc vocabula intellexisse: duntaxat eorũ qui cõmentarios ediderunt qui in vulgus emanarint. An autẽ id assecutus sim quod anxie perquisiui: lectorũ erit iudiciũ. Verũ. n. vero eã a me suspicionẽ lõge amoliri velim: quasi aut ingenii singulari quodam acumine fretus: aut reconditę doctrinæ fiducia eã rẽ totam susceperim: quã viri tot doctissimi ne primorib9 quidẽ digitis sine noxa tractauerũt: id quod mox apparebit: Sed vt inter eximios locũ mihi non arrogẽ: sic in ordinẽ studiosorũ redigi me postulẽ: quibus aliqũ ipsis liceat post emerita audiendi vel legendi potius stipendia: (non. n. tam fortunatus fui vt vocalem pręceptorẽ in Gallia saltem haberẽ) stilo specimen sui facere. Proinde cũ aliorũ scriptis his in rebus adiut9 sim: quas ipse per me assequi non potuissem: & in id videã lratos fere conspirasse: vt velut symbolã quisq; q̃ posset lautissimam in medium conferret quasiq; in museo donariũ aliquod posteritati visendũ cõsecraret: cõmotus & ipse sum & æmulationis stimulis vsq; adeo exagitat9 (neq; nũc primũ) vt impensiore studio eũ locũ inter scribentes tenere posse non diffiderem: quẽ multi, aut ingenii pstantia freti aut ingenti aliquo studiorũ adminiculo subnixi: certatim sibi asserere quotidie videbantur. Itaq; alterã iã aleã iacimus: qñ quidẽ prior illa (de annotationibus nostris loquor) nõ incommodissime cecidit. tametsi incursura ipsa in primorũ ordinũ offensionem videbatur. Quippe rem per se inuidiosam: ferocius q̃ par erat in iudiciũ quasi in theatrũ adduximus. id quod tum demũ sensimus cũ iam opere edito (quod domi simul nostrę. & i officina chalcographaria cudebatur) qui inferbuerat, animus paulatim deflagrauit. & hactenus tã impune ferre nobis contigit ab iis etiã ad quos ea res maxime

pertinebat:nedũ ab illis hoibus quiscũ necessitudo nobis humaniorum
nomine literarũ intercedit. ꝗꝗ impunitatẽ mihi stolide fortasse promit-
terem:nisi etiam gratiam me inisse iisdẽ ab ipsis iuris peritissimis expe-
rimento didicissem.vsq;adeo quod cãdido atq; ingenuo proposito susce
peris:etiã si in eo transigendo(vt est humana conditio)secus non nihil
imprudens admiseris:non solet id fere non bene tandẽ vertere.nisi si for
san id est veritatis numen vt rẽ principio inuisam:& obstrepero rumore
explosam:ad extremũ etiã popularẽ reddere plausibileq; potuerit.Quo-
rũ.n.hominũ odiũ inexpiabile contraxisse musteo adhuc opere videbar
eorũ nunc occursum vix fero::de pollicitatione reliqui voluminis conui-
ciose me appellantiũ.Quorũ auctoritati tantũ tribuo vt rẽ depositã ne-
scio an abiectã retractare denuo coactus sim.In qua ipsa cum occupatus
essem:animi causa(vt fit)auocamentum quærentis:parergon hoc arri
pui:initio quidem modulis diuerticuli destinatũ:Sed rerũ serie ꝑpetua
aliã atq; aliã deinceps cõmentationẽ ingerente:eo vsq; ꝓgressum me es-
se sensi:vt ex parergo id est operis instituti diuerticulo plenũ opus factũ
sit:vt græci dicũt ὥστε καὶ τὸ πάρεργον ἔργον γέγονε. ¶ Hæc satis ad exteros:
Italos & alios vbicũq; gentiũ literatos:quibuscũ sacris iisdẽ initiati sumꝰ
Quibus quidẽ ipsis in musæi cella contigit incubare:non etiã qui ex pro
nao(vt aiunt)musas salutauere.Eorũ enim nullum ex albo reiicimꝰ:qñ
id fieri non posse putamꝰ:vt qui lrarũ humaniorũ studio sint expoliti:nõ
iidem quoq; sint iudices æqui.Ab nostris aũt metuendum nihil erat:nisi
quosdam homines primariæ auctoritatis aut dictitare aut mussitare cõ
perissem:cum vnũ tñ genus hominũ literarũ bonarũ studio aptum atq;
etiam natum esse:tum vero nos operam & oleũ perdere qui in eo vitę in
stituto ingenia exerceamus:nõ aliter ac lienosos qui instituantur ad cur
sum.Hoc quũ nostratiũ quidã rescissent:primũ mirari auctores:deinde
eo magis succensere:postremo re plane intellecta fremere. Sed reliqua
(vt arbitror)silentio nunc premenda:vt oĩa in potestate habeamus si
forte resipiscant.nisi vero obscurũ esse possit:cur homines franci exoti-
ca ingenia sese exosculari dictitent:& stomachi sui lratos in Gallia nõ vi-
disse.Quos si veritati inseruire potius:ꝗ animo suo indulgere existima-
rem:aut ea esse eruditione vt latine loquentes intelligere sine magistri
Dicendi facultas Gallis oli vernacula.
opera possent:facile(nisi fallor)ostenderẽ cur adhuc factũ sit:vt dicẽdi
facultas olim vernacula Galliarũ:lrĩs iandiu in Italia illustratis:in Galliã
non reuersa sit:transalpinaꝝ ipsam rerũ plus ꝗ par est cupidã.Qua(ma-
lũ)opiniõe fallere sese in re tam clara hoim iudiciũ credunt:qui ne in iis
quidẽ fefellerũt ꝗ integumentis oibus compositi vultꝰ & speciosi sermo
nis egerunt? Vsqueadeo.n.oẽs hoim sensus innotuere in vulgus:vt fi-
dẽ quidam nõ faciant vel si aram vtrinq; tenẽtes ausi sint sanctissime de
ierare.Ita ne vero si franci quidã homines aut male obsequiosi:aut ex in
genio suo viuentes nec per istorũ geniũ iurare didicerũt:nec solitis hac
ætate lenociniis eorũ se potẽtię venditare:satis digna causa fuit quãob-
rem calcata charitate patriæ odio transuersi aut liuore raperentur?mihi
certe nõ videtur.Atqui si ingeniorũ ipsi & doctrinę(quę nos quoq; i ex-
ternis agnoscimus)admiratores veros credi sese volebant.Benigne igi

tur vel exteris facerent:idq; eo nomine vt intelligeret̃:cur viros ipsi do-
ctos pręmiis asciscerent.Sic enim eloquentiam & poeticam & literas ele
gantiores patriæ dicerent̃ vel dedisse vel reddidisse.Nunc cũ id non fa
ciunt:videant quæso ne externis verba dare potius ꝗ nobis facundiam
optare videantur:immo(vt plane loquar)ne subdolam mentẽ prodãt:
aut certe maleuolam:qui priuato vel studio vel odio instincti:suggilatio
nẽ patriæ inurere nõ timeant.De qua ꝗ bene alioqui sint meriti publica
fama viderit.Sed criticã seueritatẽ cognoscere precium est operę:Galli
omnino homines nec ad poeticam artẽ nec ad oratoriã nati:Quis hoc iu
diciũ facit?hoĩes germana ĩ francia nati:in sinu franciæ aliti:& educati:
& nunc in gremio eiusdem hoc dictitãtes.Qua igitur tandẽ fidutia hoc
iudicare præsumunt?quid tum postea.Qui a patria honestissimũ quod-
q; decus meriti.immeriti tulerũt:egregios ciues & patriæ amãtissimos.
Audiamꝰ porro:solis hoim Italis hęc studia capessere licet.Sic.n.fert cœ
li soliq; natura vt infantes etiã illic diserte numeroseq; vagiãt.O acre iu-
diciũ hoim:quibus tamen ipsis inter classica recitanteis Italos exaudire
tantũ vacauit.Siccine francos homines pituitosum fel iræ habere putãt
vt crassa quoq; studio præcordia:vt eorũ stomachũ vltro ꝓuocare gau
deant?ꝗꝗ latius patet hęc contumelia:ꝗ vt in lrarum studiosis cõsumat̃.
Ad eos em̃ etiã pertinet qui literarum ipsi imperiti:ingeniosos tñ libe-
ros & spei magnæ genuisse arbitrantur.Porro etiam patet.Solis.n.Ita-
lis doctos licet ac disertos per nostros iudices esse:musarum(credo)&
Apollinis sctissimos antistites.Qui ea fidutia vtriusq; facultatis atq; etiã
linguæ vtriusq; iudiciũ præsumunt:ꝙ vt ascræus olim poeta factus ad
fontem pegaseium creditur:Sic se anno vno aut altero cũ doctis super
mensam loquitando vberem harum rerum scientiã hausisse credi volũt.
Quippe qui nasci in Italia doctos non studio fieri annorũ triginta putẽt.
En quibus te approbes:si mineruæ suffragio doctꝰ haberi velis.Heu mi
seram conditionem nostram:qui intabescimus lrĩs:hasq; ĩdignitates ex-
orbere cogimur:sane concoctu difficiles stomachis biliosis.Eo magis ꝙ
ius nobis non est ad primores aut principem prouocãdi:quoꝝ isti igno-
rantiæ imposturã ex animi sui sentẽtia factitant. Illa autẽ illa singularis
esset temeritas vel amentia:obtrectatiõis(vt ita dicam)tragulas ĩ vni-
uersos intorquere.Si quosdam forte priuatim incõmodos obstinaris fe-
rire:illi ne vt irato animo ttantum indulgendũ putent esse:vt propter
vnum aut alterum expungendos a Caluo(vt dicitur)ad caluum e nu-
meris eximãt?vel ꝙ quidã eorum huius calumnię architecti aiũt:se cũ
omnia stustiosorum diuersoria lustrarint:adhuc tñ quod quærunt extra
illam gentẽ desiderare.Ecquod igitur capitalius verbũ vllũ hoc esse po-
test?Quasi vero qsꝗ ignoret sic eos bonos doctosq; cis alpes inqrere:vt
q diuersissima via congredi cũ hostibus festinant. Deus te perdat simul
tas:quæ sic oculis clausis in hominũ obtrectationem impingis:& velut
mente capta propositũ maleuolũ prodis.Tu vt tuorũ ingenia damnes:
quorum partim nec periculum feceris:nec aliumqueꝗ fecisse noris?par
tim ne facere quidẽ tu animo offirmaris:nec faciendũ curare cum tu id
si velis:facere fortasse non possis?tum deinde exteros(si diis placet)cõ

mendatione inani quassaq; prosequare: vt licentiore calumnia possis in quos velis desæuire? Hic hic nigræ succus lolignis vt perlepidus inquit Poeta. Cedo igitur cui vnq̃ doctrinæ noie benigne feceris: aut cui tu oino non tua causa bene tm̃ cupiueris? Heu candor mecœnatũ eoꝝ quos et videre nobis & obseruare contigit: qui simul & studiosis sunt & reipublicę desiderati: insigni ad posteros inclinatione rerum. superi immortales quantũ inter aios hominum interesse dicemus: illos vt heroicis annis editos: quid aliud q̃ viscera charitatis appelles? Ita vniuersas cogitationes suas ad homines nostros iuuandos contulerãt. Isti huiusmodi animum rebꝰ nostris exhibent: vt ad delendũ francici nominis splendorem incubuisse videantur: quos tũ & ipsos non adeo liuidos esse crediderim: vt nisi transalpinis rebus oculos cupidius adiecissent: premẽdi nostrorum? gra in cœlũ Italos laudibus ferrent. Quid. n. consilii eos cepisse dicam: vt eloquentiæ gloriã desperare nos cogant? quid id eorũ refert? qñ quidem huiꝰ ętatis decreto nihil cũ lris aulę. an vt gratiã ab Italis ineãt? Sed quo inter Gallos ab Italis gratiam? Restat igitur vt aut priuatis studiis indulserint: aut non modo proterui: sed etiam prope modũ amẽtes iudicentur. Equidem libens ab ipsis audierim: vtrũ ne studia literarũ bonarũ hodie flagrãtissima q̃libet iniquo tẽpore: restinguere illa sua obtrectatione sperarint: an oblectandi sui gratia potius ingenia prouocarint. Illud certe obtinere nulla auctoritate possunt: vt oratorũ vel poetarum & historicorũ libros nobis e manibus ut prophanis excutiant: q̃s bonis iamdudũ auctoribus cõtrectandis inauguratas habemus. Nã qui famæ dudũ per ora hoim iure vel iniuria obstrepenti moderari nequierunt: quominus in circulis: in ambulationibus & sobriis & basilicanis: p castris: pro cõcione: deniq; nusq̃ nõ actꝰ eorũ obtrectaret: nõ cauillabunde modo sed etiam tumultuose: ecquid se illi iuris habituros putant ĩ eorũ mineruam qui literas didicerunt? scilicet hoc illud est: hoibꝰ venustis cupido incessit gallicũ stilum prouocandi: a quo sibi metuendũ nihil putant: vt quem hebetẽ esse & plumbeũ dictitẽt. Nẽpe hac fidutia illudũt: francicãq; mineruã: vt infantẽ nec ægide terribilẽ despicãtur. At ego vt Italos nostris ingeniorũ acumine prestare nũc inficiari nolim: sic nõ facile concesserim vt prestent etiam docilitate. Quippe vt primis oim latinorũ Italis post annos centũ licuit stilum suum ad cotẽ priscę venę exactũ: scribendo dicendoq; explorare: sic nostris obuium est vt oibus & antiquos & recentiores scribendo auctores æmulari: nam salem eodem nobis ꝓcio quo Italis præberi: docere istos potuerunt actores theatrici: qui satyricis salibus totos sæpe perfricãt: quis acriores non puto vltra alpẽ aut pyrenẽ inueniri. At enim innocentia succinctis oim rerum securis esse licet. Equidẽ hoc fatebor: si intra id vallum statiua se semp habuisse rebus auspiciis suis gerendis ductuq; contenderint. Dicere igit̃ hoc audeant: & ego illis ordines omneis iudices ferã: vt ne ad populũ quidẽ ꝓuocare audeãt. Quare ego sua serim eis potius (si me auctorem non respuant) vt infenso animo vel alias male affecto vsq; adeo ne obsequant̃: quin sese suumq; etiam fastigiũ respiciant: rationẽ anteactę vitę habeãt: nec in extremo summoq; actu sub persona primarũ partiũ indecorũ alí-

quid aut proloquãtur: aut agant. Etenim quũ sint eorũ nonnulli præteriti temporis continentia & grauitate ita obstricti: vt peccare ne tãtulum quidẽ sine crimine maximo nequeant: ii meminisse debent vitæ suę cursum non ad amussim popularem exigi: sed ad eam quã sibi ipsi in mediocri fortuna præstituisse credunt̃. Vt si a pristinæ ꝓbitatis & itegritatis orbita ingressum detorquere videantur: quicquid recte ac pręclare ante fecerunt: protinus nõ virtutis fuisse sed ambitionis existimet̃. Nã qui aliis moribus viuere: ꝓuecta tã ętate & ad instituta transire videnť vtilitati seruientiũ: vltimum vtiq; salutasse recta cõsilia atq; honesta dicũtur: perinde atq; ii solẽt qui ad temporariam modestiã bellissime cõpositi: simul ac se euasisse ad res secundas sentiũt: tanq̃ emeritis simulationis stipendiis: ambitũ & cupiditatẽ profiteri perfricta fronte nõ verẽtur. Aut igit̃ sibi posthac imperent studiosos galliæ nõ odisse: procul ambitione summotos: aut si male loqui pergant: & vtcũq; doctis incõmodare: quosdam etiam expectent iusto dolori tandẽ obsecuturos. nec sibi noie blandiantur quasi in sinu Iouis positi male audire nequeant: aut quasi dolorẽ animo quantũnis inustum Gallica ingenia stilo exigere nõ possint. Qui. n. architectos se orationis latinę tulerũt: quum minime ipsi esse didicissent artifices dicendi Gallicæ fortasse doctrinæ: Italiæ discipulæ: extremã propediem manũ accessisse sentient: quũ ex atrio libertatis suis ipsi maledictis respondentes audiẽt. Neq;. n. ex vno aut altero opere debuerunt oñe genus structuræ omniũq; æstimare. Sed quid hoc crimẽ persequor: quũ iidẽ ipsi qui literas Gallis adimunt: nõ iã scientiã nobis elegãtiorũ artiũ: sed etiam prudentiam omnino quasi sensum cõmunẽ abstulerint? Quæ cõtumelia non ad vnũ tm̃ eundemq; neglectũ ordinem: sed ad singulos vniuersosq; ꝓtinet. Notum est enim ꝙ eius societatis mancipes (quos minime decebat) nihil pensi habere dicũtur: quo minus errata sua luculenta clauo admissa ductitando: ignominia patriæ oblitera re nitantur. Proh supreme seruator! nõne satius erat nos culpam agnoscere quæ negari non potest: q̃ clauũ (vt dicitur) clauo ꝓtrudere: & culpam crimine expungere? Antiqui Romani dixerunt maiestatẽ in populo: auctoritatem in senatu esse: ide crimina maiestatis appellata lęsę aut imminutæ: at nunc inuenti esse dicuntur qui non contenti remp. nõ iuuisse: iminuere etiam maiestatem gentis clarissimæ velint: & qui quum doctos posse Gallos fieri negassent: insuper prudentes in Gallia nec reperiri contendant nec inueniri. Qui quũ hęc dicunt: inexpiabili se inuidia flagrare non animaduertũt. Quasi vero cuiq̃ persuaderi possit: q̃stionẽ decretã de viris bonis ę prudẽtib9 hoc tpe fuisse: quos velut optiões rebus ipsi transigendis cooptarent. Verũ hos paulisper transmittamus quibuscũ ex æquo nõ licet hãc iniuriam expostulare: ac videamus cuiusmodi. Homerus Poetarum sapientissimꝰ Achillem suum finxerit: vt ex eo scire possimus an res nostra publica recte atq; ordine hoc tempore cõstituta sit: & mirari homines desinant: ꝙ per hosce annos primum hominibus Francis animus cum re simul cõcidisse visus est. Ille igitur rerꝝ humanarum perspicacissimus æstimator: quũ sub Achillis persona fortem ac strennuũ militem eundẽq; ducem formare statuisset: deã illi Mí-

neruam instantem identidem finxit: quasiq; condocefacientē monitiōē postica: nonnūq; cęsarie repręhensantē cū p̄cipitem eū ferri ira excādescente sensit. Achillem autem inducit inter iram & ratiocinationē alternantis: Mineruæ tandē monitis obtēperantē: atq; etiā strictū ensem in vaginam recondētem. Videre est illā quidē imperiose vetantem: hūc autem irā obsequiose prementē. Illa ni pareat ipse numini vindictam interminat: hic ponit vim animi: ne non paruisse dicatur. Memorabile figmētum: ac memoria etiam atq; etiam tenēdū: quo quid aliud poetam significasse arbitremur: q̄ animæ duas partes iram & rationem? siquidem ille iræ furorem ac ferociam animi ratus circa præcordia grassari: rationis principatum ac moderamē animi in parte summa capitis sedere censuit velut speculatorem a natura p̄fectū: qui omnia circūspectaret: & vt auriga quadrigis: sic feruori animi atq; alacritati moderaretur. Proinde quū ille poeta fons ingeniorū dictus: talem strenuū militem: eundemq; ducem fortissimū inducat: vt nusq; ita deph̄ēsus sit quin p̄sto cōsiliū & rationem habeat: (hoc est em̄ Mineruā velut præstitem habere vl astitē) planum fit vtiq; qui sapientia & prudētia careat: res ab iis maximas nec bello nec pace geri posse. Porro prudentia ipsa aut summa dote naturæ datur: aut lr̄arum cognitione cū sapiētia cōparat: at vtrūq; nobis adimūt q̄ nos nec natura imbui: nec studio institui concedunt. Caput vero erroris est: q̄ nobilium natio indecoram esse literarū cognitionē claris penatibus ortis semper existimauit. Hac.n. opinione effectum est: vt rerum nostrarū summa in tenebris plærūq; densissimis agat. Nā quum primores procerū ignorantiā literarū percupide sibi vendicent: ac nihil sui muneris esse in pacis artibus putent: euenit vt plurima aulæ cōsulta paucorū cōmodo fiant: qui in rem ipsi suam suarūq; necessitudinū concipere edicta principis norunt. Sic fit vt regio noie paucorū regimen obumbret: nomen olim inuisum apud eos qui respublicas in populis & ciuitatibus condiderunt. At em̄ quosdam regibus subseruire necesse est: qui iis muneribus fungātur q̄ per se reges obire iā nequeūt: quis negat? sed si eo amplius legitimū iam & regiū esse cœpit illis oia credere quibus ab late re & aure principibus esse cōtigit: sint sane oim potentes: quādo eo delitiarū ventum est: sed sint eiusmodi qui optimates vocari & cupiant & debeant: quiq; latus principis cingentes maiestatem eius augustiorem faciant. Nec dicatur vnū omniū Regum maximum solo corporum stipatu: non animorum virtute ac scientia niti. Delectum modo hominū principes habere instituant: literisq; & ingeniis & industriæ fauete: sic fiet vt nec doctorum Francia nec prudentium inops reperiatur. Sed enim eo tempore doctos & sapientes necesse est latere: quo tempore dissimiles iis homines in lucem prodiere. Huius igitur mali causa est nobilium institutum: qui res consentaneas: & mutua ope nixas: generis claritatē & literarum peritiam: collidi inter se & dissidere putant: quo errore factum vt disciplinæ olim ingenuæ appellatæ ad plebem iamdiu transierint: non tantum a nobilibus sed etiam (o mores perditos) a sacricolis repudiatæ: ne non satis generosus esse ordo antistitum & præsulum putaretur. Inde autem illa extitit indignitas: non tantum incommoda: sed

Nobiliū culpa iacēt lr̄æ.

memoria nostra etiam fere dira: q̄ principes natura boni: sed blandimētis incurię capti cui a pueris insueuerunt: auctoritatem suam recte: perperam: digne: indigne factis accommodant: q̄ñ semel omnia amicis permisere. Qui si literas scirent ipsi gentilesq; sceptrorū: nec sacrosancta nomina inuidiæ sic opponerentur: nec tā licēter oboculos principales cercopū præstigiæ ludificari pergerent: quarū semp impunitas moribꝰ nostris fuit vel a iurisdictione summa. Adde q̄ Senatus ille selectorum: interpres principis placitorum: paucis sæpe vel viris vel hominibus constare visus est: partim literarum nesciis: partim iuris sui magis q̄ publici consultis: vnde visi sunt aliquando turbines ex caligine consiliorum oborti: late spes hominum percellere: nequicq; superum hominumq; fidem populo implorante. Quid illud quale est? q̄ cum omnia pro potestate arbitrentur cum comitiis nostris ita pręsint: vt sine eorum auspiciis pauci renuncientur: non satis eorum quidam habuisse dicuntur: meritos & graues permultos: & secundo rumore commendatos: aut aliquo virtutis specimine cognitos pręterire: nisi etiā proterua cōniuētia transmissos: aut ignominia afficere conarēt: aut huiusmodi omino scire se inficiari: præteriisse dico? Quid si etiam obnunciasse constat: quasi latens aliquod vitium obuenisset? siue id simultati datum est: siue vt ii tantum pręficerentur: quos eis commodum fuit. Qui si de cœlo seruassent: vt existimari volunt. perniciosas sæpe renunciationes disturbare potuissent. Quantam autem indignitatē homines haurire coguntur: cum certo certius sit nihil sapere principi posse quod his prægustatoribus non ante placitum sit: quin igitur vrgemus vt confessionem ab inuitis exprimamus? necesse est enim vt vel hebetem linguam se habere fateantur: vel certe amori odioq; seruientem: qui insulsos a sapientibus internoscere: vel nolint vel nequeant. tametsi huiusmodi hominum conatum non magis improbum esse q̄ irritum puto: siquidem studii ardorem restinguere premendo: aut secundæ famæ splendorem obscurare nituntur. Nam vt palma arbor in pondus attolli dictitatur: sic virtus suppressa studio maiore erigetur. Opinionem autem non vanis rumusculis collectā: sed claris industriæ documentis emanantē quis inhibere potest? Splendet em̄ splendet solidæ: & expressæ virtutis existimatio: etiam relictæ in vmbraculis: aut procul ab ambitu remotæ. Vt viceuersa in quibusdam fulgor adumbratæ virtutis aut sapientiæ obruitur plena luce: cum summo magistratu gerendo tanq̄ ad radios solis aut ad faces admouentur. Equidē (vt ad eos redeam quos interim omiseram) libens ipse suaserim aut etiam postularim: si qui sunt ex ea secta Philoxeni superstites: qui rerum Gallicarum transactores ideo in Italiam petendos esse duxit vt nostrates homines rerum actu summoueret: non q̄ eorum solertiam præ nostrorum admiraretur: commodis vt immodicis comiter ornamentisq; perfruentes: quæ nostrarum rerum clade quæsita nullus est qui non norit: externos ita suauientur si placent: vt Francos non despuant: satius id esse censeo q̄ offirmata iniquitate eorum abrumpere patientiam qui res tacendas effari stentorea voce possint. Neq; vero negauerim sæpe e re Gallica fuisse: in rebus transalpinis externorū operam

experiri. Quoſdã.n.aſcititios nouimꝰ nõ modo induſtrios:ſed & explo-
ratę fidei:qui egregiã & ſingularẽ operã & quietis cõſiliis & bellicis re-
bus nauauiſſe dicũt. Sed ſi in rebus domeſticis nõ modo externo milite
vt iam fieri cœpit:ſed etiã in oĩni parte reip.externorũ operã aſciſcendã
putabimus:magis id adeo vt paucorũ cõmodis ſeruiãt:ꝙ vt publice pro
ſint:quæ tandẽ noſtrorũ erit functio:aut qñ ſuæ tutelæ Francia reſtituẽ
da dicetur? O tẽpora? o mores? Francia quę olim ſibi aliiſqꝫ & ſummæ rei
chriſtianæ ſupereſſe viſa eſt:nunc degener & infans:ne ſuis quidem re-
bus ſatis eſt:vel agendis vel eloquendis. Rem ſuapte natura indignã:au
ctores eius etiam fecerunt atrocem:indigni oĩno ipſi qui vel intra verba
peccarent:nedũ vt viris ſtudioſis oĩni ope incõmodarẽt: quos ſuffragio
ſuo (vt ſcimus) prærogatiuo ſubleuare debebant. Qꝫ ſi homines inno-
center induſtrios teſtimonio ſuo fraudaſſe:viri boni exiſtimatur officio
nõ cõuenire:quid cauſæ eſt quin magnũ in ſeſe dedecus admiſiſſe videã
tur:qui etiã cupide fecerũt vt odiſſe crederent? vtinam autẽ fieri poſſet
vt cæcę noſtræ querelę in eos tm̃ impingerẽt:qui culpę auctores aut af-
fines eſſe dicũtur:liberius oĩno nobis deſtomachari liceret:nũc autẽ ve-
reri ſubinde mihi ſuccurrit:ne aberrante hoĩm coniectura in eos vis do-
loris incumbat quos minime vellemus. Sũt.n.in quibus ne guttam qui-
dẽ criminis huius hærere velim:tametſi eorũ culpa tolerabilior fuiſſet.
ſed & eiuſmodi nonnulli ferũtur:vt ſi ſtomachũ rurſus mouerint:patien
tiam tibi imperare non poſſis. Nę ego ſatis admirari nequeo quorundã
hoĩm amentiam:qui in rebus ipſi ſecũdis famę ſuæ cõſulere vel negligũt
vel neſciunt. Nos treis viros vidimus:qui ad magnos honores aſſumpti
cœlũ noſtrũ implerũt noĩm ſuorũ celebritate. Quorũ duo tum æquales:
tũ ſimul in actu ſummo rerũ noſtrarũ fuerũt. Hos ita inter ſe iunctos di-
ceres vt aerem &ætherẽ. Quicquid.n.potentiæ alterutri accedebat:al-
teri id omnino deceſſiſſe videbatur:vt inter illa duo elementa ea eſt vi-
ciſſitudo:quicquid alteri deperit:in alterũ vt inferne ſuperneqꝫ trãſeat.
Verũ æthereus ille ſumma quæqꝫ ſibi vendicans:& ad cœlum voce homi
nũ elatus: tam ꝓxime etiam olympum euaſerat: vt quicquid Iunoni Iu-
piter inter ſuauia diceret latere eũ omnino nõ putaretur. Quũ autem il
le alter faſtigio fortunæ inferior libramento tm̃ ſuo ſtaret: doctrina ſcili
cet & induſtria ſummo paribus magiſtratui: hic vi maiore fatorũ ſupra
omniũ aſpectũ ſublime ferebatur. Qui cũ votis tm̃modo ſuis parcarum
fuſos conuolui exiſtimaret: arrectiſſimã quãqꝫ ceruicẽ ſubmitti ſibi vo-
lebat. Sed cum ille alter eruditiõe Varro:aĩo irrequieto & verſatili Por
cius:& libertate non obnoxia Cato:ſuperioris magis illius ſuccumberet
impotentiæ q̃ animo ſatis æquo cedere videretur:id ad huius felicitatẽ
fortunæ deeſſe viſum eſt:vt ille velut obex e medio tolleret. Id quod de-
cimo magiſtratus anno quum obitu eius contigiſſet:ſatis iam haud du-
bie nobis male cogitantibus:ibi ille Seianus gaudio immodico perfuſus
(quod alacritate futili & geſtiẽte prodebat cũ ſuo comitatu) omnia iam
infra:ſupra:nutu verti ſuo volens:ſuffecit ſtatim in locũ demortui quem
iãdiu deſignatũ inter iuratiſſimos amicorũ habebat:quo facto cũ in om
neis ſeſe partes libere verſare cœpiſſet: (nullum.n. Catonẽ eſſe ſuperſti

tem ſciebat cuius ſuperciliũ ſuprema ſors aulæ vereretur) inde iã aper
te domus eius cupiditatis & ambitionis diuerſorium fuit. Cernere erat
omnium ordinum non colluuionem (nam id tolerabile eſſet) ſed quic
quid pene in quoqꝫ ordine decoris eſſe videbatur:certatim ſeſe addicẽ-
tes aut ſpei alicuius certę:aut repręſentati pręmii auctoramẽto:aut po-
ſtremo noxæ metu:q̃ vt minima numero:ita potiſſima pars erat. Nam
qui omnia in poteſtate habebat quæ tũc erãt ampliſſima:iis vnus omni-
bus ſufficere poſſe merito videbatur. Quem aũt plus iure ac legibus ho
mines poſſe non dubie videbãt:extra eius pręſidia agẽti ſecuro vix eſſe
hominũ opinione fas erat. Quin eouſqꝫ inualuit hominũ opinio:vt huius
impotentia & illius obitu:aculei ſeueritatis ſummæ etiã iuriſdictioni ex
cuſſi viderentur. Habuit pro cohorte prætoria nõ modo cãdidatos prin
cipis:ſed etiam miniatos: quorum ſtipatu ſe maxime mirabatur: fremẽ
te ipſo Ioue hominum miniatore: qui ſibi has operas exprimi ægerri-
me ferebat.id quod eum ipſe vidi audiuiqꝫ dictitãtem.quę res in exitium
pene dñicæ familiæ vertit:euentu quidẽ primordiis cõgruo.quis enim
neſcit velamenta illa beata nõ tam cocco imbuta q̃ cruore fuiſſe? o carã
ſemper franciæ mercem:& bellorũ preciis comparatã. & ſic quoqꝫ nunc
licemur?. Verum in eo eius & in reliquo comitatu literatũ nullum agno
uiſſes:niſi ſi quis erat forte vnus inter externas clientelas.tã procul eñi
id genus hominũ ab eius veſtibulo ſummouebatur: q̃ ipſe lõge aberat ab
eruditione liberali. Et alioquin nullus ei ferme eorũ cordi erat:quos ille
de medio ſublatus fouiſſe viſus erat. Quippe vt ille virtutis ac doctrinæ
columen:iis fauerat pręcipue qui aut ceruicẽ non obnoxiã: aut indolẽ
ingenii præ ſe ferre videbãtur: Ita hic interioris aulæ manceps: in de-
litiis nunq̃ viſus eſt habere quos meritorũ prærogatiua magis q̃ ſuffra-
gio aulicæ obſeruãtiæ fretos eſſe ſuſpicabatur. etenĩ cũ proſtitutę fron
tis homines in fidẽ fere recipiebat: ſicut amare a lenone ſunt qui iucun-
dius eſſe putãt: tum omnia beneficẽtiæ ſuæ accepta ferri volebat: vir cę
tera egregius & in primis cõmẽdabilis animi ſublimitate:tum ſordibus
auaritiæ:tum omni obſcœna voluptate maiore. dignus qui viã veram in
telligeret aſſequẽdæ glĩæ. cęterũ ſoliuagus accipiter:& qui in rerũ actu
parẽ ferre nõ poſſet:nã qui geneſim ſummã habere ſe arbitrabatur:nul-
lum nõ faſtigiũ ſibi ſecũdũ eſſe cẽſuit. hic cũ fortunã perpeti ſibi fauore
aſpirantẽ multũ iam fatigaſſet:tãdem grãdioribus incœptis obrutus: q̃
quibus par eſſe poſſet (& neminem ſolitarius rerũ arbiter in conſortiũ
admittebat) Ipſe quoqꝫ fato conceſſit. Vnus (vt arbitror) omniũ quos
ætas noſtra meminit:æſtu perpetuo iactatus inuſitatę felicitatis:vt præ
ter omniũ ferme opinionẽ acciderit ꝙ ei fortuna ſummam manum ne-
gauit:deſtituta tot hominũ ſpe: & pręſertim cohortis miniatulæ iã ad
comitia feſtinantis. Tantæ autem potentiæ nõ vnum aut alterũ ſed com-
plureis ſucceſſores reliquit ex ſinu tamen ſuo ante mortem productos.
Nullus eñi adhuc poſthumus ſucceſſor mortuo agnatus eſt. verũ eorum
vnus fortunę ſe litaſſe cõfidens cuius alũnus erat:velut ſolus ſummæ re-
rum creuiſſet hęreditatẽ:tãtos repente ſpiritus ſuſtuliſſe viſus eſt:vt prę
ter inſolentiã in vultu eminẽtem ferociam quoqꝫ territantem loquendo

exhalaret.Is in summo magistratu sui dissimillimus factus: vsq; adeo oia sibi suscipere ꝓmisit: & ad extremũ quicqd suscepisset tueri: vt dignos indignos: quos sibi morigeros semel expertus esset: in omni ꝑte reip. pręficiẽdos curarit. moratos vero iuxta ac morosos iutiles reip. putãs: q̃ potuit lõgissime in secessus ablegauit: vtrisq; eñ iratos superos esse credebat. Videlicet fortunę indulgẽtia corrupt9: & ĩmemor ꝑsonę quã gerebat: quod virtuti debebat̃ illiberali obsequio dãdũ esse cẽsuit. Ex quo factum vt quã existimationẽ primis & secũdis vitæ actibus collegerat: eã in vltimo eodẽq; summo totã effudisse videat̃. Aliquãdiu aũt grassatus asseclis suis ꝓmouẽdis: quũ orbis formã nouã mundo stupẽte cœpisset architectari: subita manus iniectiõe vim parcarũ expert9 est: vir (vt oẽs arbitrãtur) summo magistratu dign9: si summũ semꝑ magistratũ sperasset ac nũq̃ adept9 esset: vsq; adeo in secũda ei sorte cõsenuisse pręstabat. Sed qui fortunæ oia tribueret: cui9 pręsentissimũ numẽ in rebus humanis esse existimabat: ne extremũ quidẽ fortunæ obsequiũ remittẽdũ esse censuit. Hic est fere eorũ exit9 qui modũ nõ nouerũt adhibere felicitati. Verũ ille quoq; mortuus est: cũ summi honoris cõuulsa maiestate: tũ vero summę curię lacessita seueritate: seminibus earũ rerũ iactis quę insigni nostrarũ rerũ clade postea expiatę sunt: & ea tamẽ morte felix existimat9. Hoꝝ vero omniũ obit9 vt successorũ gaudio: ita secũdi & vltimi risu & cauillis omniũ except9 est: velut ludos sibi fortuna nobisq; facientę. Nã primus ille & summ9 vita suo nõ nostro tꝑe excedẽs: orbã nõ dubie rempublicã nostrã reliquit. alios vix statuas: vtrũ ex rebus ipsorũ prosperis raptos: an poti9 dedecori impẽdenti exẽptos esse dicas. Tametsi secũdus eo noie desideriũ sui nõ modicũ reliquit: q; eã rerum inclinationẽ quę secuta est morari videbat̃: etiã si ipm ei9 fundamẽta primũ iecisse cõcusso orbe notũ erat. eo enim veluti tibicine fultas res nostras q̃uis inclinatas impulsasq; tñ nondum collapsuras fuisse. Accedit q; grãdiora incepta sic reliquisse videbat̃ vt Apelles Venerẽ: quę manũ nõ iuenit opis inchoati ꝑscriptũ exceptura. O fluxã rerũ humarũ memoria! hic cũ totũ occidẽtẽ noĩs sui vel gloria vel strepitu impleuisset: sic aia repẽte cõcidit exhalata: vt nullius ꝓpemodũ nũc in ore verset̃. In quo ipe mihi post hoc regnũ cõditũ maxie falsus esse opiniõe visus est. Nã qui cedrina familię suę stẽmata q̃siuisse sperabat: ne sui qdẽ memoriã nisi exilẽ atq; fugacẽ reliquit. Sed scilicet cõmuni pricipũ primorũq; gallię errore in q̃rẽdæ veterę glorię curriculo lapsus est. Nã qui beneficẽtia & suffragatione ingenia literatorũ excitare debebat: & ad oia publice cõmoda honestaq; toto pectore incũbere: vt rerũ ꝑclare gestarũ gradib9 velut in cælũ (id quod exoptabat) hominũ ore ferret̃: monumẽtisq; ęternis scriptorũ cõderet̃: is vt Aspẽdius ille citharistes: qui oia sibi int9 cecinisse dicit̃: in libera rerũ amplissimarũ dispẽsatiõe sibi ac suis ꝓlixissime frãgẽs: publicę opulẽtię dispẽdio se suosq; augẽdos eẽ cũ cohorte amicorũ asseclarũq; rat9 ẽ. Atq; etiã (o stultũ hominẽ) libẽs fecit: vt ornãdis assentatoribꝰ: & supprimẽdis doctis & grauib9: auctoritatẽ: & extruẽdis ĩsanis ꝑtoriis opulẽtiã vanissime cõsumeret: illã quidẽ (si supis placet) ex donatiuis venialibus coactã ꝑtextu bellissimo, eorũ nõ absimilis qui ex materia cariosa &

Aspẽdi9 citharistes,

vermiculãte statuas erigẽtes: prorogare sese in ęuum arbitrãtur. Sic bagoarũ apud persas immodica potentia: nihil post obitũ eorum ꝑter memoriã solã eunuchorũ relinq̃bat. Deus immortalis quãtũ interest inter hominũ cogitatiões & actus? Primus ille tot ingenii dotibus instructus: in muneribus obeũdis remissus & compositus (nisi si iracũda seueritas vitio ei data est) ita se in magistratu gessit: vt in ei9 funere summi honoris maiestas: & francici noĩs ꝓplẽdor & claritas elata fuisse credãtur: cui9 rei opinionẽ auxit secuta rerũ inclinatio. At cõtra secũdus incitat9 & vibrãs. Tertius eo ampli9 ꝓceps: eo maxime noie memoriã sui rebus gallicis inussere: q; felicitati & glorię francicę funus indixisse dicuntur. Hęc est eñ omniũ opinio: hic sermo quẽ fama tumultuose hisce annis circuntulit. Cui opinioni etsi iudiciũ meum nõ interpono: me tñ ipsoꝝ miseret. Qui cũ essent in loco pręcelso siti: in sese nõ inquisierũt: nec obseruari se omniũ oculis meminisse potuerũt. Viri alioquin cõmẽdabiles: si ferẽdo ipsi oneri fati pręgrãdis fuissent. Certe alter eorũ qua erat animi ꝑstãtia errore magis q̃ ꝓposito mihi lapsus videtur. pręclarũ eñ sibi vir literarũ nescius existimauit cohorte millenaria futiliũ hominũ stipato vltro ꝑ alpes citroq; cõmeare. Quos partim annuis cõgiariis a rationario pricipali donare instituerat: partim optimo quoq; ꝓmio virtutis sacro ꝓfanoq; ornare. Qui si memoriã sui ꝓpetuã esse cupiebat: monumẽtis reꝝ ꝑclare gestarũ eã fulcire debebat. Ad ea aũt monumẽta cõdenda architectorũ manus adhibẽdas esse intellexisset: nisi plane nescius liberalis doctrinæ atq; elegantis fuisset. Heu vana hominũ opinio: qui eorũ sortẽ suspiciũt vt beatam: qui rerũ in aula potiũtur strepitu plausibili: quũ nullã ipsi sui relinquãt memoriã: post vnũ aut alterũ q̃ moriũtur diem. Ego quidẽ vel miserabiles esse puto: pręsertĩ quũ inclinatiões tẽporum & momẽta rerũ velut Tãtali saxũ capiti ac fortunis eoꝝ ipendeãt. Quin & imperiũ ipm quid ẽ quod tãtoꝑe admiremur: vt numeris oib9 felicitatis coagmentatũ nisi pricipes ipsi memorię posteritatis inseruiẽdũ esse censeãt? Quũ postridie funeris inter regẽ verũ perpetuũq;: & diurnũ ludicrũq; regẽ nihil interesse putẽ: quales sunt aut ꝑsonati reges: aut qui in ꝓuigilo epiphanię regnũ fabę lusu sortiũtur. Refert igitur nõ quãtũ quisq; potẽtiæ assecutus sit: aut q̃ numerosis cultus sit cliẽtelis: sed quid ĩ vita memorabile gessisse: quos mores: quos hoies fouisse ac ꝓmouisse prodatur. Eniuero si & principes & rerũ potiẽtes hoc intelligerent: tñ interesse inter vtrũq; iustitutũ: atq; si per vitę agendę curriculũ hos quadrigis albis sublimes: & ingenti plausu vectos fuisse: illos plebeia & humili rheda nec secũdo populo cursum peregisse diceremus: credo vt est gallorũ animus glorię cupidissimus: nihil vtiq; antiquius habituros fuisse q̃ vt bonorum & grauiũ existimatiõi approbare se possent: & posteritati ostẽtare: quę hoim iudiciũ nec ꝑ sordes facere nec ꝑ ãbitionẽ solet. Ecquẽ eñ eẽ vel pricipẽ vel a principe proximũ aut secũdum putamus: qui si germanę glorię speciẽ intueri ac ꝓspicere posset: eãq; regni vel potẽtię ꝓmiũ vnicũ in hac vita ꝓpositũ esse intelligeret: quiĩ inflexu vel ęqtatis vel inclinationũ rerũ quoquomodo hęreret? Et non ad extremã metã sibi semꝑ instaret? Equidẽ nullũ nec regũ esse arbitror: nec in aula ꝓpotẽtiũ: dũtaxat eorũ:

qui ſimiles ſint animo ꝑdictorũ? Age vero ſi id quoq; ſcirẽt rerũ geſtarũ
prẽmiũ ſolidũ ꝓpetuũq; eſſe nõ poſſe: niſi ab iis decretũ q dicẽdi ꝑconio
laudes ducũ ꝓnũciare didicerũt: nũ etiã tũ Galliã literatis fuiſſe caritu-
rã putam? Ego certe ita exiſtimo noſtros nihil nõ aſſequi poſſe: ſi ſemel
cœperint aſſequi velle. Et rerũ ſuarũ ꝑcones Franciam: nõ quoſlibet: ſed
etiã Talthybiadas ẹditurã: ſi mõ hoc principes itellexerint priſcoꝝ regũ
clariſſima geſta: ideo in obſcuro iacere q; initiatos eloquẽtię ſcriptores
nõ inuenerit nec æqualeis nec poſteros. Quũ aũt ꝑ lr̃arũ ignorãtiã incu
riãq; hoc principibus ſcire vel intelligere nõ liceat: fit vt q̃libet ſublimes
& erecti: hoc ꝑſtare nequeãt qn a recto curſu felicitatis gloriæq; exorbi-
tẽt. Siq dẽ cũ habenas fere ignaris rectoribus cõmittãt: illiq; in temonẽ
peritos admittere raro ĩ animũ inducãt: qui fieri põt vt inoffenſo curſu
ad metã pueniant? ſimul illa res alioqn illuſtres infuſcat indignitas: q; in
currũ ſæpe aſſumptos hmõi videmus: qui ſi res recte atq; ordine ꝓcede-
rẽt pedites ad frenos adambulare deberẽt. Vtinã aũt ex ei⁹ officina quẽ
ſupius diximus vt olim ex equo Troiano primores oẽs viri heroicis ani-
mis viſendi ꝓdiiſſent. Quidã.n. eorũ arduos ei⁹ ſpũs & liuore auaritiaq;
maiores: aliaſq; eius virtutes nõ ẹmulati: vt eſt natura humana docilis in
ſiniſtra: vitiũ illud eiuſdẽ imitati ſunt. Etẽ vir ille animi nimius: admi-
ratione ſummi apicis captus: quũ externarũ tribuũ ſuffragia ĩmẽſis pol-
licitationibus liceri inſtitiſſet: irudines illas bellorũ ærario noſtro admo
uiſſe cõpertus eſt: q̃ exanguẽ rei francicę opulẽtiã ſuctu iugi reddiderũt.
Olim aũt eluſus cũ peteret vt Cęſaris cãdidat⁹: didicit vti foro vt tẽpora
tũ ferebãt. Quã cupiditatẽ nulli nõ notã: vt tñ ꝑtextu aliquo obtegeret
vel plucẽte: quũ emiſſarios emerẽdis cẽturiis ad capita claſſiũ dimittere
ſtatuiſſet: tũ demũ externos admirari: & ꝑmiis aſcitos nr̃is ꝑferre oĩ ope
inſtitit. Ex qb⁹ ĩternũcios: & ſpõſionũ ſeq̃ſtres ꝓpropere delegit: quoſdã
ita futileis: vt q ſtrophis maxime ĩclaruiſſent: eos ipe appoſitiſſimos trãſ
igẽdis negotiis arbitrarẽt. Nec nũc fando audita narram⁹. oculis.n. hãc
indignitatẽ ĩ Italia & ĩ vrbe haurire mihi cõtigit: cũ minime videre puta
rer qd̃ nulli nõ oculato patebat. & ꝑterea irridẽteis videbã gallicã ſimpli
citatẽ hoies ꝓpacutos: q hoim delectũ hr̃e nõ noſſem⁹: quũ copia ĩgenioꝝ
domeſtica nõ carerem⁹. & nos miramur itez nos repulſã tuliſſe? Ex eo iã
tpe motorios oẽis act⁹ atq; ẽt turbulẽtos vidim⁹. O beatã futurã te Frã-
cia ſi itra te tm̃ felix eẽ voluiſſes. Nã ex quo tpe extra fines auitos ꝓſilire
tibi viſũ ẽ: cũ chariſſima pignora lõgiſſime amãdaſti: ad te nũq̃ reditura:
tũ velut abdicatis tuis: alienis ſinũ pãdere deſtinaſti. Q d̃ ſi ĩ rẽ atq; exiſtia
tionẽ tuã futurꝝ videbat: vt ad te aut gẽte aut cognatõe ꝓtinẽteis oĩ ope
repoſceres: idq; qñ niſi Marte diſceptãte cõſeq nullo mõ poſſes: viriũ tu
arũ ſpecimẽ facere extra fines optebat: oportuerit ſane: qñq dẽ arduũ ẽ
reb⁹ tẽpare ꝓſpis. Sed qs te ſupez ifenſus ita ꝑpoſterã egit: vt choragis
paſtophoris pyrrichã ſaltar̃ velles? videlicet nũdũ itelligebas nec rei nec
famę tuę ita rõnẽ hituros: qn: quo iure q̃q; iiuria corollariũ illd̃ belli aſſeq
cõniterẽt: primũ venerãdiſſimũ: & ad extremũ btiſſimũ. nulliſq; cãcellis
iudicioꝝ ãbitionẽ ꝑditã coerceri ĩ iis hoib⁹ poſſe: quos fretos vertice ſa
croſctõ videm⁹ iudices ꝓuocare digitis argutulis. Vez ille primore ĩpetu

retractus. Quum vi maiore rem aggredi ſtatuiſſet: omneſq; iam tribus
aut laturus aut oblaturus videretur: (& erat Argyraſpidũ cohorte ſuc-
cinctus: ꝑter alas obequitanteis) ibi tũ repente. (o lubricũ gradũ felici
tatis) a fortuna deſtitutus: vel iis poti⁹ plagis indutus (vt eſt mens cęca
mortaliũ) quas ipſe texuerat: anxietati animi par eẽ nõ potuit: vt multi
opinãtur. deꝑhenſa.n. felicitas cito curis grauioribus ſuccubuit: quarũ
inſolẽs erat. Hic & alter ĩmatura morte rapti hoc lucri feciſſe dicuntur:
ne actuũ ſuoꝝ Cataſtrophen viderent patrię luctuoſam. Vtinã autẽ eius
ſequaces: quorũ ad ſtomachũ gallica nõ facit oratio: nõ magis Italiam q̃
Italos amarent: aut certe Italicã doctrinã cũ Italia. literæ (vt opinor) bo
næ ex Italia nõ modo ad nos veniſſent: ſed etiã propemodũ in Frãciam
cõmigraſſent: & iã Franci hoies eẽnt capaces eloquẽtiæ. ſed quoto cuiq;
vnq̃ in Francia ſtipendiũ datũ eſt dũtaxat nõ pudendum? amicos ipſe ex
Italia habui: a qbus nõ ſine lachrymis diuulſus ſum: quũ ꝓuincia paucoꝝ
crimine ingrata faceſſere ſe dicerẽt. Neq; vero: neq; iquã Gallorũ ĩgenia
ad literas perdiſcendas ſunt inepta: ſed quia literæ lautiores nihil ad rem
ampliandã hodie pertinere noſcuntur: elegantiæ ſuæ frugem hominibus
quęſtuariis atq; ambitioſis approbare nequeũt. Rem aũt facere q̃ res ge-
rere maioris multo artificii apud nos eſſe creditur. Quo igitur tantopere
Italos ſi nõ ad eruditionẽ Gallorũ? At res ipſa clamitare videtur nõ Italicã
doctrinã ex Italia: ſed cõmoda: ſed ornamẽta: ſed quod dicere nũc muſſito
paucis hoibus queri. quorũ hiãti cupiditati fortuna q̃uis ꝓfuſa ſatiſſfacere
nequit. Habeãt illi ſane ſibi oia: quod abſq; captione noſtra fiat: abſtineãt
modo verborũ cõtumelia: & aliũ ꝑtextũ cõſiliis ſuis iueniãt. Sed q̃ ꝑclare
natura: quæ ſimulationi ſedẽ in fronte: ſermoni in ore dedit? vt cõſpicuo
in loco diu fallere ne poſſent: fit.n. perraro frõs vt ita ſermoni ſubſeruiat:
aut verba fronti congruant: quin male cõſcia mens quoquo modo ꝓdat̃.
Scitũ etiã illud aiũt: diu neminẽ perſonã ferre poſſe. Verũ eniuero quãdo
ad cardinẽ huius cauſę perueniſſe me ſentio: q d̃ in aliud tẽpus reſeruãdũ
eſſe duxi: vela iam querelę mihi contrahenda ſunt. Qua de re.n. agitur ex
plicare amplius nõ ſtatui. Ignoſci aũt dolori (cui non nihil datum eſſe non
nego:) ab oibus æquũ eſt: qui vel patrię iuſta charitate ducũtur: vel quos
oino nõ pœnitet quãtũ in literis diſcẽdo profecerit: vel certe q ingenioſos
liberos ſeſe genuiſſe ſperant. Ego ne vt patrię quę me genuit: q̃ me aluit:
quæ me vtcũq; docuit: deniq; cui obſides liberos dedi: ignominia affectę
non condoleſcerem? non iis natalibus ortus ſum: calumniam paſſæ non
patrociniũ qualecũq; præſtarẽ? Haud ita ad hæc ſtudia incubuiſſe viſus
ſum. Immo vero quũ in patria literas didicerim: nõ in actione populari po
tiſſimũ experirer: an vſui patrię & ciuibus eſſe poſſem? Ecquæ aũt tandẽ
popularior eſſe poteſt actio q̃ quę ſuũ populi ius tuet̃? quę ignominiã po-
pularẽ ſingulorũq; propulſat? Eq dẽ ſic cõtẽdo. qui ingenuis ipſe parẽtib⁹
natus ſit: auũq; ac proauũ ciere nõ ignobiliſſimos poſſit: nec ſe ĩ ſeruitutẽ
abduci a plagiariis paſſus ſit: vt iter venalitios ĩ cataſta illiberalis obſeruã
tię idicaret̃: idẽq; iis ornamẽtis q̃ nec virtute nec ĩgenio: ſed potẽtib⁹ ĩ au
la ſupparaſitãdo q̃runt̃: literarũ ſtudiũ antiqus duxerit: ſi nec aduerſa Mi
nerua hoc ſe facere cõfidat: dicẽdiq; ſtipẽdia nõ grauet̃ iplere: illuſtrãdi

quoquo modo nois sui ius ei esse debere: si quid ipse fortasse in mediũ cõ
miniſci & proſequi ſtilo poſſit: neq; ea ſpe prohiberi citra iniuriã poſſe.
Hoc ius ſit ſane Italicorũ ciuile aut ꝓpriũ: modo vt nobis eo trãſlatitio
liceat vti: q̃q̃ reliq̃ fere gẽtes melius de ſe meritę: id ius nõ magis Italicũ
eſſe q̃ ꝓuinciale cõtẽdũt. At Italorũ extãt opa q̃ priſcã literarũ elegãtiã
inſtauraſſe credunt. Quid tũ? nũ per eos q iã ſcripſerũt cõſumptũ oẽ ar
gumẽtũ oſtẽtãdi ingeniorũ putamus? aut ſi Itali primi hoc certamẽ iſti
tuerũt: nũ ideo ſolis eis gloriã hãc ſperare licet? Ego qd̃ ad hoc ꝑtinet ſic
cenſeo. Italos hactenus meruiſſe vt iure (vt ita dicã) ſuo liis lautioribus
ſtudere videant. neq; iuitus fecerim vt Italiæ alũnis velut maiorũ gẽtiũ
ſcriptoribus ſe dẽdi in Orcheſtra ius tribuã. Sed qs omni gradu & i qntã
claſſem deiectos Gallos eſſe patiat? aut quis ẽ eoꝝ q edicto qdẽ ignaui
metus nõ ꝓhibeant poſtulare: & iiuriarũ poſſint reos vel tyrocinio quo
quo mõ poſtulare: qui libẽs hoc cõmittat: vt ad ſe delatã certis auctori
bus cõtumeliã: trãſmittẽs ſilẽtio: ſocordi etiã aio remiſiſſe videat? tãetſi
qd̃ ad me ꝑtinet: abſit vt quẽq̃ ea de re reũ deferre velim: eoꝝ qdẽ quos
aliis noibus & veneror & probo: ſi qñ ſecũ agi ciuili aio pati poſſint: nec
nũc eos mihi videor poſtulare: ſed inſignẽ iniuriã apud eos ipſos expo
ſtulare. Si tñ audire vacat: & exaudire poſſunt. Verũ eſto (qd̃ tñ pace di
ctum aliarũ ꝓuinciarũ velim) Itali hominũ ſoli hactenus hoc noie ĩ cœlo
eſſe dicunt: hoc eſt. n. Italos omniũ ore celebrari. ſed ſi Herculẽ & Libe
rũ & Caſtores in cœlũ merita ſubuexiſſe creduntur: cur nõ poſſint & alii
ſcribẽdi induſtria: parem & ſimilẽ Italis laudẽ mereri: atq; adeo ius ipm
ſperare Quiritiũ? neq; em̃ maiorũ illi dii gẽtiũ quos etiã ſelectos antiqui
vocauere: cõſcriptos illos deos meritorũ ſuffragiis in cœlum admiſere:
Itali in doctorũ ordinẽ laudẽq; adoptare grauabuntur: q ingenii aut do
ctrinę cõmẽdatione videbũtur inclaruiſſe. ſed etiã mediuſſidius etiãq;
vereor ne ineptire videar: qui tãq̃ ad palũ magno ſudore depugnẽ. Quis
em̃ aut Italus aut alius quẽq̃ vnq̃ aut Gallũ: aut aliũ ex iure manu cõſer
tũ vocauit ob id q ꝑ hãc ſpem laudis vſurpaſſe diceretur: quaſi in alienam
poſſeſſionẽ temerarius inuaſiſſet? Noſtrũ eſt hoc crimẽ q etiã nullo vin
dicãte: ius oibus cõmune: Francis abiudicamus: eteni externis q̃ noſtris
iuſtioribꝰ vtimur. quos tñ vt iudices iniquos: ita minime infeſtos aduer
ſarios experiemur: vt ſpero. Nã quibus ingenia noſtra ꝓbare nõ poſſu
mus: ſi in certamẽ dicẽdi veniretur: ne velitari quidẽ nedũ pugnare ſuſ
tinerent. Niſi ſi eorũ fortaſſe quiſpiã irritatior haſtas (vt dicitur) amẽ
tatas ex comitatu mutuaretur. quo minus nobis anxie hęc cauſa agẽda
fuit. Apud hos. n. ſi qd vel ſcitũ dixeris vel nõ inſulſum: fatuo palato de
uoratur nõ reguſtatũ. Eniuero hęc actio etſi ita mihi cõpetit quaſi caput
& fortunas meas vt & omnium Gallorum: in ea agi putem: tamen ita
occupaui non vt cupide anteuerterim. ſed ita res nata tulit vt primæ eſ
ſent meæ partes. Erat & alioquin ſi cuiuſq̃ certe meum: in hanc cauſam
deſcẽdere: qui in his ſtudiis bonam partem ætatis contriuiſſem: nullius
ſpe aucupii prouocatus. Proinde ita exiſtimari ab omnibus velim: inte
gram a me cauſam relictam eſſe: vt ne libatu quidem præflorata videa
tur. Nam neq; mihi ipſi ita præſcribi poteſt quaſi omnem aquam meam

dicendo conſumpſerim: vt ſi reos eoſdem aut alios repetere olim opus
ſit: non mihi multæ iterum horæ indulgeri debeant. Cum enim ſic agen
dum duxi ne rei cardinẽ attingerem: tum vero ſic temperandum fuit ne
iugulũ cauſæ quoquomodo peterẽ. nã quos & merita & faſces alioquin
reuerẽdos faciũt: eoꝝ ſartã (vt aiũt) & tectã eſſe exiſtimationẽ decebat.
Tametſi qui fieri poteſt vt ſtili modũ teneas? qui etiam hominũ patien
tia irritati: nihil ſibi reliqui feciſſe dicũtur (In hac re quidẽ) quo nocen
tiores fiant? Quotus aũt quiſq; faceret: vt a quibus alioquin læſus publi
co etiã noie iniuria affectus eſſet: nec ſe hilũ profeciſſe modeſtia ac ſilẽ
tio intellexiſſet: ab iis gratiã inire turpi patientia vellet? & iniuriã ꝓpul
ſare cũ poſſet: cõmodis ſuis potius q̃ exiſtimatioi patriæ cõſulendũ eſſe
duceret? Ego quidẽ certe eouſq; Ariſtippeꝰ eſſe nõ poſſim. proinde vt ſit
penes eos arbitriũ quo quiſq; in numero in francia eſſe debeat: malim
tñ nõ neſcios literarũ oderint q̃ deſpiciant. Quid em̃ agas vbi tibi aquã
fluere noris: & aut crimẽ agnoſcere aut reſpõdere cogaris? Atq; eqdẽ ꝓ
pe eſt vt dicã tãti eſſe in gyarũ ablegari: dũ aculeo dimiſſo libertas inter
eat. Qui ſi indignatione iuſta oratiois meæ vela implere voluiſſem: rerũ
dicendarũ copia facũdũ me fortaſſe: indignitas etiã reddere vehemẽtẽ
potuiſſet. Quin & libertatis fines bono & populari principe tã late pate
re q̃ veritatis puto. Intra quos ſicut intra ꝑſcriptũ expatiari licebat: niſi
reorũ magis q̃ rei rõnẽ habẽdã eẽ meminiſſem. Nec vero fortuna q̃libet
improba tãta ſe flagrare iuidia diutius ſuſtinebit: vt tãtã in magnis viris
iniqtatẽ fauore imodico ꝓſequi nõ deſinat: ſi illi ĩ poſterũ ĩcõmodi eſſe ꝑ
gãt. aderit ei aderit votis euocata nemeſis. Cui aiaduerſionẽ eorũ antiq;
cõſecrãtes qui rebꝰ ſecũdis iſoleſcũt: adraſtiã cognomẽto quaſi ineuita
bilẽ vocauerũt. Interim nos æquitate animi fretos ſuaui ſecũdarũ rerũ ad
uerſarũq; cõdimẽto: deuoratas omneis idignitates cõcoq̃re oportet: nec
a laudabili vitę iſtituto hominũ iniquitate aut tẽporũ abſiſtere. hmõi em̃
ſtomacho eos eẽ cõuenit: qui ad literarũ ſtudia amore ſapiẽtiæ: nõ quæ
ſtus gratia incubuiſſe ſe dicũt. qppe huiꝰ vitę ĩ ſeipo verſat iſtitutũ. nec
aliud extra ſe iuitamẽtũ maiꝰ habere põt quod quidẽ pẽdeat a fortuna. is
quidẽ certe ſtudioſi noie indignus eſt: qui ſeſe frui in ſtudio nõ arbitrat
optabiliꝰ eſſe: q̃ ſe in ius ditionẽq; fortunæ ꝑ ambitũ ꝑmittere. Proinde
hęc & huiuſcemodi nõ Catonis aio (vt aiũt) ſed Ciceronis ſtomacho ferẽ
da ſunt. Ita aũt mihi ſuperos omneis ꝓpitios eſſe velim (nulla eĩ religioe
maiore aſtrigere fidẽ meã poſſum) vt rerũ idignitate: nõ cuiuſq̃ odio in
cenſus: hactenus ſtilo idulſi. Quare imprimis eam mẽtem potẽtibus da
ri opto vt in vniuerſum ꝓdeſſe velint: ac ſingulis nõ obeſſe. nihil em̃ nec
generoſiꝰ velle nec inocẽtius poſſint. Sin (quod abſit) id fieri nequit: id
nobis diuinitꝰ dari vt aut ne poſſint ſtudiis noſtris ĩcõmodare: aut certe
incõmodãdo ne poſſint nos ab æquanimitatis gradu quoquo modo de
turbare: in quo hactenus ſecuritate felices acquieuimus. Erit tamen ali
quando principum prouidentiæ cauere: ne eorum nomina ſupprimantur
factioſe: qui publice aut honorifici aut vtiles eſſe poſſunt: & prudẽtię
videre: ſi quæ familiæ ciuile faſtigium præpetes exceſſerint: vt in claſſes
circũciſis alis in ordineſq; redigantur. Nunc perorationis loco ingenia

Gallorum qualia ſint:antiquitatis auctoritate docebimus:ſolertis æſti-
matricis ingeniorum gentium.ne gallomaſtiges Franci nimiũ poſthac ſi
bi placeant: quaſi ſoli inter neſcios iudicio prædíti. Quo citius autem
hoc documento perfungar:vnũ tantum eius rei auctorem laudabo:nec
Italum ipſum nec Gallum: & claſſicum alioqui teſtem:ne a quoq̃ refelli
tantum elogium poſſit.is erit potiſſimũ Strabo:genere Cappadox:eru-
ditione græcus:iudicio priſcus:conuerſatione incolatuq; Romanus:ter
rarum multarũ peragrator:vt ex geographia eius patet.In cuius lib.iiii.
de Gallis loquens ita inquit. τὸ δὲ σύμπαν φῦλον ὃ νῦν γαλλικόντε καὶ γαλατι-
κόν καλοῦσιν:ἀρειμάνειόντε ἐς καὶ θυμικὸν καὶ ταχὺ πρὸς μάχην. ἄλλωστε ἁπλοῦν καὶ
οὐ κακόηθες.διὰ τοῦτο ἐρεθιζόντεσ μὲν ἀθρόοι συνίασι πρὸς τοὺς ἀγῶνας καὶ φανε-
ρῶς:καὶ οὐ μετὰ σκέψεως. Vniuerſa aũt (inqt) natio eorũ hoim q Galli nũc
& Galatæ appellantur:Martis ſtudio flagrans:animo eſt ſtrenuo & cele
ri ad conferenda prælia.alioqui mente candida & ſimplici: & ab impro-
bis moribus abhorrente.Itaq; iniuria laceſſiti conferti coeunt in certa-
mina aperte & nullo periculi adeundi reſpectu.eã ob rem tractabiles ſe
moderatuq; faciles præbent primo cuiq; ducem ſe eorum imperatorẽq;
profeſſo.Quo in loco interpres Strabonis vir alioqui doctus lapſus eſt.
Idem inferius. πλὴν βίας καὶ τόλμης οὐδὲν ἔχοντες τὸ συναγωνιζόμενον: παραπει-
θόντες δὲ εὐμαρῶς ἐκδιδόασι πρὸς τὸ χρήσιμον. ὡσε καὶ παιδείας ἅπτεσθαι καὶ λό-
γων. Præter vim & præſentiam animi nihil ad certamina adhibentes. q;
ſi quid temere ſuſceperint facile vtilitati cedunt.ob quod & doctrinę in
ſtitutionem & literarum ſtudia capeſſunt.Et rurſus de gymnaſio Maſſi
lienſi. ἐν δὲ τῷ παρόντι καὶ τοῦς γνωριμοτάτους ῥωμαίων ἀντὶ τῆς εἰς ἀθηνᾶς ἀπο-
δημίας ἐκεῖσε φοιτᾶν φιλομαθεῖς ὄντας.ὁρῶντες δὲ τούτους οἱ γαλάται:καί ἅμα εἰ
ρήνην ἄγοντες:τὴν σχολὴν ἄσμενοι πρὸς τοὺς τοιούτους διατίθενται βίους.οὐ κατ' ἄν-
δρα μόνον ἀλλὰ καὶ δημοσίᾳ.σοφιστὰς.γοῦν ἀποδέχονται τοῦς μὲν ἰδίᾳ:τοὺς δὲ πό-
λεις κοινῇ μισθούμενοι καθάπερ καὶ ἰατρούς. Hęc autem (inquit) Maſſilienſiũ in
ſtitutio Romanorũ hodie nobiliſſimũ quẽq; pellexit: adeo vt pro pere
grinatione quã ſtudiorum cauſa Athenas pridem ſuſcipiebant diſcipli-
narum cupidi:nũc illuc ſe conferant.quorũ æmulatio Gallos quoq; exci
tauit vt pace per Galliam cõpoſita:ipſi otiũ a rebus bellicis amplectẽtes
ad diſcẽdi inſtitutũ animũ appellerẽt: non viritim modo ſed etiam vni-
uerſim per vrbes.Quippe q dicẽdi magiſtros (quos ſophiſtas appellãt)
priuato publicoq; impendio oppidatim ſuſcipiant:ſalarium illis ſtatuen
tes peride ac medicis. Nec literas Gallis Strabo:nec animũ ſtudiis libe
ralibus aptum promptumq; negat:etiam ſi eis ad prælia animos geſtien
tes tribuat. Quanto igitur noſtri maligniores: qui Francos in orbem
Barbariæ redigentes: ſtudioſorum induſtriæ ſummuſſim obloquũtur?
Fidem apud vulgus comitatus regii facientes: quod ne nomina qui-
dem diſciplinarum vnq̃ ſuſpicari potuit. Qz ſi olim Galli literis apti
fuerunt: quæ tandem inuidia eſt nunc quoq; in Gallia literarum bona-
rum ſtudium cum ſucceſſu excitari: ſi quidem publice nunc honos fa-
cundiæ vt quondã habeatur? niſi vero ſtrabonis ætate quo tẽpore homi
nem deus induit:fieri id potuit:gallis adhuc ſemiferis:id nunc non pote
rit:quo tempore gens nulla moribus aut mãſuetioribus aut elegantio-

ribus viuit:Quibus ſi ipſis diſciplinarũ expolitio:& naturæ p̃ſtantis con
dimẽtũ adderet: vndiq; certe & lauti & perpoliti fuiſſent.Ex illo autem
priſco Galliarũ inſtituto emanauit illud Satyrici poetæ: Gallia cauſidi-
cos docuit facunda Britãnos.Notũ eſt etiã certamẽ græcę latinæq; facũ
dię Lugduni olim inſtitutũ ad arã diuo Auguſto conſecratã:ad quã idẽ ſa
tyricus alludens in prima ſatyra inquit:Aut Lugdunẽſem rhetor dictu-
rus ad aram. Proinde nũc quũ totus graias latiaſq; habet orbis athenas:
digna tantũ merces artibus ſtatuatur: & ſpondebo non modo oratoriã
& poeticã in Galliam:ſed etiam Gallogræciã poſtliminio redituram: &
iſtos futuros ridiculos qui nullum exemplum eſſe contendunt hominis
franci in literis latinis priſciſq; eruditi.Qui ſi quando quis exiſtat vtraq;
lingua ſe ſcire p̃fitẽs:Anacharſin (vt opinor) i ſcythia eẽ dicẽt: aut etiã
prodigioſum & indictis ſupplicationibus procurãdum. Hos vix ſtatuas
vtrum ignorantię dãnes an potius temeritatis:qui ſe nobis Ariſtarchos
tam fidenter ingerant.Quis.n.pręter eos ignorat linguę olim gręcę ſtu
dium tã ſolenne in Gallia fuiſſe:q̃ nũc eſt linguæ latinæ? Cuius rei iterũ
eundem auctorem citabimus:his verbis de Maſſilia ſcribentẽ: καὶ φιλέλ
ληνας κατεσκευαζε τοῦς γαλάτας ὥσε καὶ τὰ συμβόλαια ἑλληνισὶ γράφειν. eadem
vrbs maſſilia gallos linguæ græcę ſtudioſos fecit:& eouſq; amantes: vt
cõtractus & cõuẽta apud eos græco ſermone cõcipiantur.hæc ſtrabo au
ctor grauiſſimus de maioribus noſtris ſcripſit.Quod igitur nec eloquẽ-
tia nec ſtudia elegantiora in Gallia hactenus celebrata magnopere fue-
runt:nec cœlo imputari clementiſſimo:nec naturæ omnino gallicæ de-
bet:ſed quorundã hominũ ruſticitati aut potiꝰ iniquitati:qui primos or
dines in rerum noſtrarũ adminiſtratione duxerũt: eorũq; qui hoc dicũt
ignorantiæ:vel (vt græci appellant) apirocaliæ:quod vitiũ eſt eorũ qui Apirocalia.
nec bona ſua nouerunt:nec eorum vſu acquieſcunt qui ſeriis in rebꝰ ope
ram bonam ac ſtrenuã nauare didicerũt:neq; vero quo noĩe appellẽ nũc
habeo:quibus nihil non accerſitum placet: niſi ſi mirari non debemꝰ iis
omnia vernacula ſordere: quos tranſalpina commercia nimium iuuare
fama eſt:nec iuuare tantum ſed etiam adiuuare habet omnino quippiã
externorũ admiratio:quod nec fronte promi videtur nec ore: quod vti
nam in rem tandẽ noſtram atq; exiſtimationẽ exeat.Cæterũ illi mihi ve
hementer falli videntur opinione:qui cordatos viros in Gallia ideo deſi
derari putant: q; innata in arma alacritas parum prudentiæ in conſi-
liis agitandis habeat.Hoc quũ vulgo noſtrates hoies dicũt:euenta rerũ
conſiderantes:tũ dogma iam eſſe cœpit ab eadẽ ſecta cũ ſuperiore affir
matum. Vtrũq;.n.aſtruere maxime refert eorum. Quaſi vero natura diſ
ſidiũ inter cor & manus ingeneraſſe credatur. Ego vero in vtrãq; p̃tẽ vi
res animorũ valere puto quum recte animi ipſi formãtur doctrina & in-
ſtitutis:& præſertim in iis gẽtibus quæ naturæ plena dote p̃ditæ:& cor
pora & mentes ad omnia verſatiles habẽt.cuius rei quum Gallis Strabo
teſtimoniũ præbet:tũ vſus ipſe docet.Argumentũ huius rei validiſſimũ
afferre poſſemus ex græcorũ romanorũq; imperio: nam & Macedones
inter græcos adnumero:Vtrũq; autem imperiũ non minus animis exco
lendis:q̃ corporibus exercendis quæſitũ eſt & retentũ.quippe idem nu-

men Palladis & Mineruæ & Martios animos pectoribus loricatis:& to
gatis præcordiis aut palliatis vim iudicandi cẽsendiq́ꝫ inspirare creditũ
est.neq́ꝫ id quidẽ modo:sed etiã studiosis vim illã numerosa solutaq́ꝫ ora-
tione dicendi. Quare antiq Enthusiasmũ appellauerũt vim dicendi:scri
Minerua bendiq́ꝫ diuinitus inseruefactam.Eodem id pertinet q̃d a Catullo & Vir
gilio dictum est:ciuitatũ arces Palladi eẽ sacratas.vrbes enim prisci tam
prudentia & literarum scientia:q̃ robore & fortitudine capi retineriq́ꝫ
hoc figmento significare voluerunt.Aegyptii vero in iis quæ Hierogly
phica apud eos dicebantur:(id est sacra quædam monumenta:non lite-
ris vocabula:sed scalptis rerum animaliũq́ꝫ figuris significantia)Miner-
uam hemispherio cœli superiore:Iunonem inferiore intellexisse dicun-
tur.Macrobius etiam auctor est priscos summam ætheris partem quam
ætherem dicimus:Mineruam appellasse:ex qua mundi parte solari vir-
tute homini prudentia ingenerari putatur.propter quod Palladem Io-
uis capite editam poetæ fabulati sunt.Ex quo intelligimus prudentiã &
sapiẽtiam veluti iure suo cæteris vel rebus vel hominibus eminere. Qui
igitur fieri potest vt imperia magna quæ etiam vltra modum vlnarũ qui
busdam complecti videmur:quæri & retineri sine prudẽtia possint?Pru
dentia porro (vt græci dicunt) est ἀκρίβεια νοῦ: id est mentis consum-
matio:seu mentis exacta constitutio. Aristoteles. ἡ μὲν γὰρ σοφία ἐστὶ περὶ
μετ᾽ ἀποδείξεως: καὶ ἀεὶ ὡσαύτως ὄντα. ἡ δὲ φρόνησις οὐ περὶ ταῦτα: ἀλλὰ πε-
ρὶ τὰ ἐν μεταβολῇ ὄντα. Sapientia inquit versatur in iis quæ demonstra-
tione constant:& semper eodem statu manent.Prudentia non item:sed
in iis quæ vicissitudinem admittunt.Et rursus ἔστι δὲ χείρων φρόνησις τῆς σο
φίας. περὶ χείρω γὰρ ἐστίν. ἡ μὲν γὰρ σοφία περὶ τὸ ἀΐδιον καὶ τὸ θεῖον. ἡ δὲ φρόνησις
περὶ τὸ συμφέρον ἀνθρώπῳ. Sapientia autem (inquit) præstantior est pru-
dentia:vtpote quæ circa æterna diuinaq́ꝫ versetur.quũ prudentia circa
deteriora occupata sit:scilicet circa ea contemplanda quę homini cõmo
da sunt.Et rursus. Αἱ γὰρ ἀρεταὶ πᾶσαι πρακτικαί εἰσιν. ἡ δὲ φρόνησις ὥσπερ ἀρχι-
τέκτων αὐτῶν ἐστίν. ὅπως γὰρ αὕτη προστάσσει: οὕτως αἱ ἀρεταὶ καὶ οἱ κατ᾽ αὐτὰς πράτ-
τουσιν. Cum aũt virtutes omnes sint administratiuę:prudentia illis ar-
chitecti vicem præbet.nam quo modo illa agendum iussit:sic ipsę admi-
nistrant:& qui secũdum eas agunt.Ex prædictis satis liquet sapientiã &
prudentiam cognatas esse virtutes:prudentiãq́ꝫ aliarum virtutũ mode-
ramen tenere.quo fit vt omnia nobis tollant:qui ciuiliũ disciplinarũ sciẽ
tiam nobis cũ iudicio vtilitatis negãt.Hoc est.n.tollere sapientiã & pru
dẽtiã:quas ciuitatũ cõditores vno noĩe cõplexi sunt eloquẽtię.Nisi vero
nobiscũ agere benigne putemus:ꝙ velut væcordi Galliæ manũ gestiẽ-
tẽ cũ gladio relinquãt.Quid.n.est aliud Gallos ad p̃lia prõptos dictitare:
sed bellis gerẽdis aut opportune suscipiẽdis cõsiliũ nõ suppetere? Q̃d
ip̃m q̃d est aliud q̃ hoĩem (vt dicit̃) ex hoĩe tollere?Nõne si aĩæ principẽ
partẽ a corpore hũano sustuleris:q̃ remanebũt:cõmunia cũ simiis erũt?
Eq̃dẽ vt heroũ olim gesta nemorabilia nõ sine Theseo facta fuisse dicunt̃
id etiã apud gręcos attestãte ꝓuerbio:ita sine sapiẽtia & literarũ peritia
cõtẽderim nullos vnq̃ populos rerũ potitos esse.siq̃dẽ nec Assyrii Chal
dæis:nec Persæ magis:nec Macedones literis gręcis:nec Alexãder Ari-

stotele p̃ceptore caruisse memorant̃.Qui etiã ip̃e homero quasi puluino
indormire gaudebat:cui⁹ iliadẽ glorię armis assequẽdę istrumẽtũ esse di
ctitabat & viaticũ.Eãt igit̃ illi nec patriæ sese posthac iputẽt:q humana
rũ rerũ intelligẽtiã:& earũ dicẽdo explicationẽ:regno frãcię explodunt:
vltra alpes & pyrenẽ ꝓterue summouẽtes:tãq̃ ferre cęlũ nostrũ neq̃ant
sacrarũ literarũ tm̃ studio accõmodatũ.hoc em̃ studiũ nobis homines be
nigni religiosiq́ꝫ largiũtur.Atqui si verũ fateri licet:hm̃oi elogia gallorũ
paucorũ hominũ crimine inualescũt:quorũ maxime interfuit multa cõ-
sulto nõ agi:quib⁹ vt q̃dq́ꝫ visum est:ita ꝓ disceptato cõsulto decreto atq́ꝫ
etiã trãsacto habitũ est plęrũq́ꝫ.Est aũt artis aulicę iis quę paucis placita
sunt:imperiosa placita principũ adũbrare.Ita fit vt q̃ priuatim cõducũt:
regni totius ceruicib⁹ licẽter iiũgãtur.vt ne gemere quidẽ populo oneri
succũbẽti liceat.Hoc cũ nũc oẽs & sciãt & obscure nõ ferãt (mos em̃ iam
noster & nostris & exteris ĩnotescit) ridiculũ est ꝙ acuti quidã hoĩes fucũ
se facere etiã ordinibus arbitrãtur.Ego aũt sic cõtẽdo:si acreis rerũ con
sultos decretis aulicis faciẽdis adhiberi moris fuisset:& quidẽ bona fide
adhiberi:nõ vt arbitri tantũ oculati & spectatores essent rerũ pręiudicio
sanctiore trãsactarũ (id em̃ iã diu trãslatitiũ eẽ constat) haud dubie nõ
magnopere cõsilio peregrino egerem⁹.Quod gen⁹ nonnulli hoĩes gra-
ues:festiue amplecti ferunt̃:rei magis suę (vt dicit̃) q̃ publicę ꝓuidẽtes.
quod tñ ipsa viderit ꝓuidẽtia:nũc ei eaꝝ rerũ iudiciũ sustineo:nisi si q̃dã
sunt q̃ ignorare citra cęcitatẽ nõ licet.Quãto vero deteriores priscis gal
lis nũc sumus:quorũ tm̃ fuisse studiũ audiẽdi attẽte quicquid in mediũ
cõsuleret̃:auctor est idẽ strabo:vt si quis cẽsente alio cõmitteret vt iter-
fari vel aliter obturbare videretur:viator illico magistrat⁹:minitabũdus
ense stricto in eũ ĩsurgeret. ἴδιον δὲ τὸ ἐν τοῖς συνεδρίοις συμβαῖνον. ἂν γάρ τις
θορυβῇ τὸν λέγοντα καὶ ὑποκρούσῃ: προσιὼν ὁ ὑπηρέτης ἐσπασμένος τὸ ξίφος: κελεύει σι-
γᾶν μετ᾽ ἀπειλῆς. Sed tũc apud gallos ĩ mediũ cõsilia agitabãtur:sicut & nõ
ita pridẽ hoĩes cõsulti cẽsere in cõsessu libere iubebãtur:nũc mos inole-
uisse fertur ita publica scita faciendi:vt in potentiorũ sentẽtiã omnes pe
dibus eant.Cõsilii (vt fertur) est vna mẽs & eadẽ sentẽtia:tãta est inter
hoĩes concordia & charitas.In collegiũ em̃ nemo assumit̃ nisi a collegis
adoptatus:& in verba collegarũ adactus:vel salutator ferẽtarius:vel vi
fati cuiusdã mirifici admissus. Hoc siue verũ fortasse:siue (quod malim
videri) mẽdacio ꝑmixtum est:indignum certe est ꝙ famã id circũferẽtẽ
vltra etiã alpes & pyrenẽ:cõpescere negligimus:id em̃ referre rerũ no-
strarũ puto.Sed ei illud (vt aiũt) miro p̃conio dignũ:omniq́ꝫ memoria p̃
dicãdum:ꝙ paludatos duces vidimus & rerũ bellicarum callentissimos
imperia a togatis accipere coactos:qui nunq̃ castra ante vidissent. To-
gatis dico:quid si etiã ab infulatis?a deo martios omnes spirit⁹ homines
franci gerimus.Euge memorabile exẽplũ:& insignẽ in omne ęuũ memo
riam huius seculi facturũ.sed ĩfensum Martis numẽ (vt exitu tãdem pa-
tuit) pręposterum ordinem rerum auersatum est:& tantam indignita-
tem secutę e uestigio clades expiauerunt. Ecquonam vnq̃ tempore post
viuorũ memoriam congruentius rerum euenta cœptis respondere vi-
sa sunt? Vt enim nil non prępostere gestum est:ita nihil non exitum dirũ

habuit:vnde æterna nota (quod refero mœrens) patriæ est inusta.fatis
certe nō nostris moribus imputanda: vt intēperiis actos tū fuisse nos
putē:qui nec ius nec fas respiceremus:dirasq; imp̄cāteis opp̄ssos obau-
diremus.Eorū fortasse vicē dolere nos debemus:si qui sunt qui in cōmu
ni crimine insontes:aliena inuidia vel flagrarint vel afflati sint. Sūt enī
& mortui & superstites quos varie fama p̄mit eodē in reatu:ad posteros
etiam nō dubie trāsitura.Quo magis mirū esse pōt:q̄ omnes nūc vultus
nostri velut sordibus excussis ferocē etiā p̄ferūt securitatē:nec de ore fa
mę cōponēdo laborare quoquomō videmur.Verū hoc tēpus mittamꝰ
quod tragicos pene euētus omneis habuit:& humana fortasse ꝓuidētia
maiores:quod vtinā ip̄m eximi hominū memorię posset:ne tragœdias ex
citare libēs rebus iā lętis videar.Quod enī bene cœptū est agi spero deū
approbaturū:quo hilarius etiā nūc velut in portu naufragiū cōmemoro:
vt naufragi pileati solēt:p̄terito facti p̄iculo loquaciores.Vtinā igit̄ fa-
talibus minis semel defuncti simus:nec versurā fecerimꝰ (quod ominari
nolim) mutato creditore.Qua in re si spes nō fefellerit:& bene oīa eue-
niant:nullas mortaliū partes omnino fuisse credā:sed oīa ꝓuidētię sup-
nę accepta referēda cēsebo:quę priuata (vt arbitror) pietate nō publica
exorata:luxatam rerū nostrarum summā:molli (vt aiūt) & facili articulo
tractatā:nec opinātibꝰ nobis reposuit in sedē:admoto tēpestiui laxamē
ti fomēto:vt tantisper vtrisq; partibꝰ respirare:& quietis cōsiliis animū
intēdere liceret.Hic sunt qui obnixe & refractarie fortasse cōtendāt res
frācicas nō posse in eodē cardine versari glorię ac felicitatis:si iisdē ma-
nibus vsura sit resurgēs:quibus e gradu deiecta esse dictitatur. quod si
omnibus itidē p̄suasum esset:adiurādos p̄ charissima pignora quosdā es-
se dixissem:vt paulisper istinc facessentes:validiores manus ne dicā ter
siores:habenas rerū tenere paterent̄:p̄sertim quū quorūdā aut ętas aut
ratio vitę receptui canere iā diu videat̄.Sed si eodem capite (vt spera-
mus) iisdēq; manibus dn̄s in gradū nos reponat:erit omnino cur diuinū
beneficiū grādius existimare possimus.Quare in eā spem sigillatim cōci
pere vota debemus:q̄n quidē publice nūcupare nō solemus:& fortasse p̄
stat (quod aiebat Augustus) cōtentos esse hoc Catone:quādoq̄dē spes
iam hilarior affulsit diuina benignitate.tāta est enim cōtagio in illo cerco
pū cōuenticulo:vix vt inuenias qui fidē bonā illuc adoptatus agnoscat:
alios cōfestim esse credas:ita sui dissimiles fiūt homines triduo versipel
les:& quasi ad lethē biberint:pristinę suę sortis oīno obliuiscuntur:atq;
adeo humanitatis ipsiꝰ atq; mortalitatis.O veneficorū atq; fascinatorum
conciliabulū cauēdū:vsq; adeo sensus omneis humanos afficere aulica de
linimēta cernunt̄:quasi venena Circeia:p̄ti vt honestatis & officii:p̄tim
vt actus oīs liberalis obliti eē videant̄.quotꝰ enī quisq; eoꝝ qui ad ady-
tum semel illud beatū ascēderit:ad familiaris postea & ciuilis amicitię of
ficia:aut oīno ad ęqui boniq; intelligētiā descēdit:priusq̄ p̄ceps ruit:aut
inde depulsus est?Tū demū aūt placidos eos videas & māsuetos:vitā ex
ecrāteis aulicā:seq; ip̄os denouēteis si vnq̄ ipostrici pellacissimę credide
rint:cuiꝰ olim visendę cupido ignaris incesserat.videlicet quasi ab aula
sibi exiliū cōsciscere p̄optarint:q̄ in ea cōsenescere morū atq; aiorū inter

nicione:quū sciamus neminē adhuc eorū quibus in eā nassam ambitio-
nis penitus insinuasse cōtigit:ad quietē municipalē nisi retrogradū atq;
idētidē restitātē reuertisse.vnde ioci circulares:cōuiualesq; in oppidis
excitātur fabulę:quū ii quos excuriatos vocāt:velut ciuitate donati in-
ter municipes cœpere p̄fiteri.hos cernere est aulę relictæ desiderio vul
tuosos vtq; tabifico dolore ęgrescētes:ad extremā maciē parescāt.Vti-
nam igitur ii magistratus qui rebꝰ iā accisis in id tēpus p̄tracti sunt:quo
pacificatorię legatiōis & p̄nubę mētio:auspice (vt spero) ꝓuidētia ex-
citata est:(cordi enī id fœdus superis quoq; esse credendum est:qui oīa
in vnū cōgruētia tēpus apposite temperarūt) vtinā inq̄ iis magistratibꝰ
instinctu quoq; diuino veniat in mētem:nunc nobis omnia esse ꝓna si ad
pristinā cōcupimꝰ reuolui felicitatē.hoc modo meminerint futuris bene
factis p̄terita errata eē oblitterāda:vt velut in telephio vulnere fabulan
tur:sic in nostrarū rerū clade eadē manus vulnifica medicaq; dicatur fuis
se.Sic enī per me licebit eis coronā quoq; gramineā sperare:quo nullum
horificētius p̄miū esse potest.Est in antiquorū prouerbio sero phryges
sapere:nos igitur ab iis (vt fertur) oriundi:sero saltē resipiscamus.Sed
per deum superosq; omneis inter cęsa (vt solemus) & porrecta alias res
agere aut nugari desinamus.Quisnam aūt nostrum nouit an diuinę sa-
tis misericordię litatum sit?at nos rei voti pariter & dānati existimatiōe
nostra sumus:nec tamen exoluere aīos religione in pręteritum labora-
mus:tum hoc gallicum semper fuit:accinctos statim vt discinctos glo-
riari.Hic me interdum meticulus securū esse non sinit:vt qui sciā ex p̄-
pugnatoribus oppugnatores extituros.Verū ne odiosus esse videar re-
ligione ominosa:pręsertim quum maioribus auspiciis (vt fama est) &
lustratiore exercitu res gesturi posthac simus:ad institutum cum spe
bona iam reuertar. Iuuenalis satyra quarta. Mullum sex millibus
emit:Aequantem sane paribus sestertia libris:id est (inquit) Merula
pendentem libras sex pro numero sestertiorum:nam mille nūmos ses ter-
tius valebat.Scribit ei Pliniꝰ Asiniū Celerem sestertiis octo mullum emis
se:quod precium fuisse octo millium nummū Macrobius tradit.Compro
bari etiam hoc ab Horatio potest:illo in loco:Si quadringentis sex septē
millia desunt plebs eris.Erat.n.legitimus census equestris quadringen
torū milliū.Merula in hoc lapsus:singulos sestertios mille nūmos esse di-
xit.Tranquillus in Cæsa.Annuam etiam habitationē Romæ vsq; ad bina
millia nummum.In Italia non vltra quingenos sestertios remisit.Sester-
tios quingenos pro quingentis nummis posuit.Quo in loco Philippus
Beroaldus:interdum (inquit) hæc obseruatio apud eruditos custoditur
vt sestertios genere masculino vsurpent significātes minutulam summā:
Sestertia vero neutro genere pro maioribus summis:vt quadringenta se
stertia pro quadringentis capiantur:quæ summa est census equestris.
Sed hæc non semper ad regulā (inquit) sunt exigenda. Antonius vero
Sabel.quantum eo in loco addubitauerit facile intelliget qui eius com-
mētarios legerit.Idē Tranqllꝰ in Augusto.Senatorū censum āpliauit:ac p̄
octigētorū milliū summa duodecies sestertiū taxauit:suppleuitq; nō h̄nti
bus.Quo loco idē Sabel.sic oēs (inq̄t) Trāqlliani codices quos vidimꝰ ha

bét. ſed minuere id fuiſſet cẽſum nõ augere: ſi ex octingẽtis millibus nũ
mũ ad duodecies ſeſtertiũ contraxiſſet. Quare aut hęc noſtra: aut nulla
qđ videã alia quadrare poterit lectio. Erit igit vera lectio nõ duodecies
ſeſtertiũ: ſed duodecies cẽties ſeſtertiũ: vt ex ꝑte tertia auctus ſit cẽſus.
qđ idẽ valet ac ſi dicas: voluit Auguſtus vt ſinguli ſenatores q̃ octingẽta
poſſederãt ſeſtertia: mille & ducẽta poſſiderẽt. Habuit.n. ſeſtertiũ mille
nũmos: hactenus ille. cui⁹ verba Beroaldus diſſimulãs duodecies cẽties
legit & itidẽ vt Sabel. interꝑtatur: vt ſit ſeſtertium ꝑ mille nũmis. Hæc
eius emẽdatio cuiuſmodi ſit poſtea viderimus. nũc ad reliquas auctori-
tates pergamus. Idem Trãq. in Cæſ. Ludis Decius Laberius eques Ro.
mimũ ſuũ egit. donatuſq; quingẽtis ſeſtertiis & annulo aureo ſeſſum in
quatuordecim ex ſcena ꝑ Orcheſtrã trãſiit. quingẽta ſeſtertia haud du-
bie ꝑ equeſtri cẽſu poſuit: ſed qui iã auctus eſſet. Salluſti⁹ i Catil. ad hoc
ſi quis indicauiſſet de cõiuratõe q̃ cõtra rẽp. facta erat: ꝑmia decreuerũt
ſeruo centũ ſeſtertia & libertatẽ: libero ĩpunitatẽ eius rei: & ducẽta mil-
lia ſeſtertiũ. vbi interꝑs Laurẽtius (vt arbitror) Valleñ. ſeſtertiũ duas
libras & ſemis ſignificare dixit. & nihil ꝑterea addidit. Pli. li. ix. duo fue-
re maximi vniones ꝑ omne æuũ. vtrũq; poſſedit Cleopatra Aegypti re-
ginarũ nouiſſima: ꝑ manus oriẽtis regũ ſibi traditos. Hęc cũ exquiſitis
quotidie Antonius ſaginaretur epulis: ſuperbo ſimul ac procaci faſtu: vt
regina meretrix: lautitiã eius omnẽ apparatũq; obtrectãs: q̃rẽte eo quid
aſtrui magnificẽtię poſſet: reſpõdit vna ſe cœna cẽties ſeſtertiũ abſum-
pturã. cupiebat diſcere Antonius: ſed fieri nõ poſſe arbitrabat̃. & paulo
inferius: at illa abſumpturã ſe ea in cœna taxationẽ cõfirmãs: ſolãq; ſe cẽ
ties ſeſtertiũ cœnaturã: inferri mẽſam ſecundã iuſſit. ex ꝓcepto miniſtri
vnũ tãtũ vas poſuere ante eã aceti: cuius aſperitas viſq; in tabẽ margari
tas reſoluit. gerebat auribus tum maxime, ſingulare illud & vere vnicũ
naturæ opus. Itaq; ſpectãte Antonio quidnã eſſet actura: detractũ alte-
rum merſit: ac liquefactũ abſorbuit. ſic in omnibus exẽplaribus legitur.
Iã primũ Pli. his verbis ſignificat centies ſeſtertiũ imenſam eſſe ſummã:
vt quã impator ꝑdigẽtiſſimus Antonius vna cœna abſumi poſſe nõ cre
deret: & quanti vnio æſtimat⁹ ſit toto orbe nobiliſſimus. quomõ igitur
credibile illud Tranquil. in Vitel. indicebat autẽ aliud alii prandiũ eadẽ
die: nec cuiq̃ minus ſinguli apparatus quadringẽtis millibus nũmũ cõſti
terũt. Sic enim ibi legit̃ nõ quadragenis: vt in Nerone. Quadringenis
in punctũ ſeſtertiis aleã luſit. Pli. eodẽ libro Lolliã Paulinã quæ fuit Caii
principis matrona nec ſerio quidem aut ſolẽni cerimoniarum aliquo ap
paratu: ſed mediocrium etiam ſponſalium cœna vidi ſmaragdis marga-
ritiſq; opertam alterno textu: fulgentibus toto capite crinibus ſpiris
collo monilibus digitiſq;. quæ ſumma quadringenties ſeſtertium collige
bat: ipſam confeſtim paratam nũcupationem tabulis probare. nec dona
prodigi principis fuerãt: ſed auitę opes: puinciarũ ſcilicet ſpoliis partę.
Hic eſt rapinarũ exitus. hoc fuit quare. M. Lollius infamatus regum mu
neribus in toto oriente: interdicta amicitia a Caio Cæſare Auguſti filio
venenũ biberet: vt neptis eius quadringẽties ſeſtertio operta ſpectaret̃
ad lucernas. Ego ex antiqs exẽplarib⁹ nõ nũcupationẽ ſed aucupationẽ

lego: hoc cẽnſu: Lolliam paratam ex tabulis domeſticæ rationis aui ſui
probare: quo titulo Lollius vnũquẽq; lapillorum vnionũq; comparaſſet.
Aucupatio. n. lucrũ ſignificat. In antiquis etiã libris nõ ſpiris ſed ſpira le
gitur. id eſt criniũ cõuolutorũ orbe. Cicero in ꝑtura vrbana. dixi in pri-
ma actione me planũ eſſe facturũ. C. Verrẽ ſeſtertiũ quadringenties cõ
tra legẽ abſtuliſſe. Atrocia aũt furta Verris fuiſſe in Sicilia: quã rapinis
propemodũ exhauſit: ex actionibus ipſis Verrinis licet plane coniicere.
Quorũ tñ ſummã Cicero nõ vltra quadringẽties taxauit cũ oia oratorie
augeret. q̃ti. ſ. Plini⁹ rapinas oriẽtis in. M. Lollio æſtimatas dixit. qđ oino
diſſentaneũ eſt ab eo quod Trãquillus de cœnis Vitellianis dixit & alea
Neronis: ſi ſeſtertiũ quadringẽties & ſeſtertia quadringẽta idẽ cẽ intel
ligamus vt Trãquilli enarratores voluerũt. Tranql. de Claudio loquens
anteq̃ ad principatũ aſſumeret̃: poſtremo etiã ſeſtertiũ octogies ꝑ itroi
tu noui ſacerdotii coactus ĩpendere: ad eas rei familiaris anguſtias deci
dit: vt cũ obligatã ærario fidẽ liberare nõ poſſet: in vacuũ lege ꝑdiatoria
venalis pepẽderit. Vix hoc cõuenire põt cũ eo qđ Salluſti⁹ dicit de cẽtũ
ſeſtertiis q̃ ex ꝑmio indicii ſeruo decreta ſunt publice: vt ducẽta libero.
Quid illud? Eiuſdẽ Pli. li. xxix. vbi de medicorũ ſtipẽdiis loquit̃. Quintus
vero Stertinius ĩputauit principibus q; ſeſtertiis quingenis annuis con
tẽtus eſſet: ſexcena em̃ ſibi quęſtu vrbis fuiſſe numeratis domibus oſtẽ-
debat. par & fratri eius merces a Claudio Cæſare infuſa eſt. quingena ſe
ſtertia annuã mercedẽ fuiſſe dicit medicis ſub Romanis principibus: &
quadringẽties ſeſtertiũ vt immẽſas rapinas in Lolliũ criminoſe extulit.
Quid illud. Tranq. de teſtamẽto Auguſti quonã modo explicari poterit?
aut quid animi tandẽ eo in loco interꝑtes habuerũt? Legauit (inqt) po-
pulo Ro. quadringẽties: tribubus tricies quinquies ſeſtertiũ. prętoria-
nis militibus ſingula millia nũmũ. Cohortibus vrbanis quingenos: legio
nariis trecenos nũmos. Ex hoc certe loco admoneri illi debuerũt. quomõ
em̃ populo Ro. ſatiſfacere quadringẽta ſeſtertia potuiſſent: id eſt tertia
pars cẽſus ſenatorii. pręſertim cũ i ſingulos legionarios trecenos ſester-
tios legaret? Magnũ autẽ militũ numerũ tũc fuiſſe ex eiuſdẽ auctoris le-
ctione nouimus: qui in eodẽ Auguſt. quodã loco ſic inquit. Ex militarib⁹
copiis legiones & auxilia ꝑ uinciatim diſtribuit: claſſem Miſeni & alterã
Rauẽnæ ad tutelã ſuperi & inferi maris collocauit. Hũc principẽ Oro-
ſius li. vi. ſcribit quatuor & quadraginta legiones habuiſſe ad tutamẽ or
bis: id eſt imperii Romani. Euſebius autem auctor eſt cẽſu ſub Auguſto
acto Romanorum capitũ: quadragies ſemel cẽtena millia cenſa fuiſſe.
Age tranſeamus ad reliqua, quæ ſequũtur in eodem loco Tranquilli. Re
liqua (inquit) legata varie dedit: produxitq; quædam ad vicena ſester-
tia. quibus ſoluendis annuam diem finiit excuſata rei familiaris medio-
critate. nec plus peruenturum ad hæredes ſuos q̃ millies & quingenties
profeſſus: q̃uis viginti proximis annis quaterdecies millies ex teſtamen
tis amicorum percepiſſet. quod pene omne cum duobus paternis patri
moniis cæteriſq; hæreditatibus in rempu. abſumpſiſſet. O dignũ etiam
atq; etiam locum qui plane enarretur: quod hactenus factum non eſt.
Idem de Nerone. Diuitiarum & pecuniæ fructum non alium putabat

q̃ profusionē:sordidos ac deparcos esse quibus ratio impēsarū cōstaret. Laudabat mirabaturq; auūculū Caiū nullo magis nomine q̃ q̃ ingētes a Tyberio relictas opes in breui spatio prodegisset. Quare nec largiendi nec absumendi modū tenuit. In Tiridatē:qd̃ vix credibile videatur:octingēta nūmū millia diurna erogauit:abeūtiq; sup sestertiū millies cōtulit. Quero quonā modo consentaneū fuit Neronem principē profusissimū Tiridati Armeniorū regi nō plus q̃ mille sestertia dono dedisse: cum manenti diu in vrbe octingēta diurna pensitaret? Idem de Caligula loquēs Nepotinis sumptibus omniū prodigorum ingenia superauit. in extructionibus prætoriorum atq; villarum omni ratione posthabita nihil tam efficere concupiscebat:q̃ qd̃ effici posse negaretur. Et paulo infra. ac ne singula enumerē:immensas opes totūq; illud Tyberii Cæsaris vicies ac septies millies sestertiū: non toto vertente anno absumpsit. Quo autem intelligere possimus immēsam quādā pecuniæ congeriē his verbis significari:addemus id qd̃ idem de Tyberio in vita eius scripsit. Procedente (inquit) demū tēpore ad rapinas conuertit animū. Galliarum & Hispaniarum Syriæq; & Græciæ principes confiscatos constat: ob tā impudens calumniarū genus:vt quibusdā non aliud sit obiectū q̃ q̃ partē rei familiaris in pecunia haberent. quantæ vero pecuniæ ex iis confiscationibus exaggerari potuerint:vno patebit exemplo apud eūdem in Caligula qui Tyberii successor fuit. de quo in initio principatus cū optimū principē simularet:ita inquit. Si quibus regna restituit:adiecit & fructū omniū vectigaliorū & reddituū medii tēporis: vt Antiocho Comageno sestertiū millies confiscatū. quæ quāta sit summa mox fortasse cōstabit. Age vero porro etiam etiāq; pergamus:& auctores alios linguæ latinæ percēseamus:vt & rei difficultas appareat:& huius suscepti laboris necessitas ac p̄ciū operę:si diuina tandē benignitate propositi cōpos euaserim:& huius ærumnæ (vt ita dicam) vmbratilis Hercules. Iam primū tacitus li.xii. fixum est ære publico senatusconsultū quo libertinus sestertii ter millies possessor: antiquæ parsimoniæ laudibus cumulabatur. de Pallāte liberto Claudii principis loquens. Cuius immodicas opes intelligimus ex illo satyrici loco saty. prima: ego possideo plus Pallāte & Licinis. & ex Trāquilli verbis in Claud. Libertorū ante omnes suspexit Narcissum ab epistolis & Pallātem a rationibus. quos decreto quoq; senatus non premiis modo ingentibus:sed & quęstoriis prętoriisq; ornamentis ornari libenter passus est. Tantū præterea acquirere & rapere:vt querēte eo quondā de fisci exiguitate:non absurde sit dictū abundaturum si a duobus libertis in consortiū reciperetur. Eius autē senatusconsulti in Pallantis gratiam a senatu expressi meminit Pli. iunior ad Montanū scribēs his verbis indignabūdus. videbis:deinde indignaberis si legeris:qd̃ nisi legeris non potes credere. est via Tyburtina intra primū lapidē: proxime adnotaui monumentū Pallantis ita scriptum. huic senatus ob fidem pietatēq; erga patronos ornamenta prætoria decreuit: & sestertium cēties quinquagies:cuius honore cōtētus fuit. Equidē nunq̃ sum miratus quæ sæpius a fortuna q̃ a iudicio proficiscerētur: maxime tamen hic me titulus admonuit q̃ essent mimica & inepta quæ interdū in cœnū:in has

sordes abiicerētur. Quę deniq; ille furcifer & recipere ausus est & recusare. Tranq. rursus in Othone. nec quicq̃ prius pro potestate subscripsit q̃ quingēties sestertiū ad p̄agendā aureā domū. De aurea domo Neronis loquēs qui iā sese interemerat. & in Galba. ad Neronis mediū principatū i secessu plurimū vixit:ne ad gestandū quidē vnq̃ aliter iter ingressus q̃ vt secū vehiculo proximo decies sestertiū in auro efferret. Idē Tacitus libro itidē supra dicto. eodē Nerone oratore Bononiensi Coloniæ igni hausteę subuētū centies sestertii largitione. Cicero in Philippica illa nobili. vbi est septies millies sestertiū qd̃ in tabulis quę sunt ad Opis petebatur? Funestę quidē illius pecunię:sed tamē si iis quorū erat nō redderetur:quę nos a tributis posset vēdicare. Tu aūt sestertiū quadringenties qd̃ idibus martiis debuisti:quomō ante calend. aprilis debere desiisti? Et rursus. syngrapha sestertii centies per legatos viros bonos sed timidos & imperitos siue sua:siue reliquorū hospitū regis sentētia facta in gynæceo. ex syngrapha quid sis acturus meditere cēseo. & pro Flacco. vel qd̃ ait Luceius Luciū Flaccū sibi dare cupisse vt fide se abduceret:sestertiū vicies:& eū tu accusas auaritię quē dicis vicies voluisse perdere? Tacitus li.xiii. de Nerone loquēs. Sed nobili familiæ honor auctus est:oblatis in singulos annos quinquagenis sestertiis quibus Messala pauptatē innoxiā sustētaret. Aureo quoq; Cottæ & Aetherio Antonino annuā pecuniā statuit priceps: q̃q̃ per luxū habitas opes dissipassent. Quo in loco ne quinquagenis legēdū putetur: Tranqllus de eodē: senatorū (inqt) nobilissimo cuiq; & a re familiari destituto annua salaria & quibusdā quingena cōstituit. & de Vespas. expleuit cēsum senatorū. cōsulares inopes quingenis sestertiis annuis sustētauit. Et rursus in Nerone. Pompeiū Paulinum vectigalibus publicis p̄posuit cū infectatione priorū principū: q grauitate sumptuū iustos redditus anteissent. se ānuū sexcēties sestertiū reip. largiri. Et rursus. cladē Lugdunēsem quadragies sestertio solatus est princeps: vt amissa vrbi reponerent. & iterū. bis & vicies mille sestertium donationibus Nero effuderat. vbi nō mille sed millies contra fidē exēplariū lego. Verūeni uero quādoquidē immēsa ac caliginosa auctoritatū sylua restat:apud iuratissimū quēq; auctorū linguę latinę sparsarū:tēp9 iā versandi cardinē ipm obscuritatis esse duco:& illud fortasse p̄fandi per parodiā:pandite nūc helicona deę:ne si in dēsiores sensim tenebras insinuem9:nulla (vt sic dicā) face explicationis p̄lucente:interi lectores magis in hallucinationē inducere: q̃ lucē aliquā afferre tenebricosis locis videar. p̄inde vt rē obscurā illustrare quoquo modo possim:lucē ab ipso capite rei accersendā habeo. As igit qui & assis dicitur:vt antea dictū est:libralis nūmulus erat. qd̃ nomē indītū est nūmo iā inde ab eo tēpore:quo Romanus populus ære graui p̄ nūmo vtebat. Pli. li.xxi. de Scipione cognomēto Suarione loquēs. nec ei fuit in bonis funeris impensa. asses ergo contulit populus:ac funus elocauit: quaq; parte ferebatur:flores e prospectu omni sparsit. Trāq. in Augusto. ex nocturno visu stipē quotānis die certo emēdicabat a populo:cauā manū asses porrigentibus p̄bens. Idem nūmus libella dicitur:per diminutionem a libra:q̃q̃ libella argētea esset vt auctor est Varro. Cicero in Verrē acti.iii. Ecquis Volcatio si sua sponte venisset:vnā libellā dedisset. Libellā pro asse posuit:ex eo dictā q̃ libra æris valebat id est asse. cū autem mini-

As nummulus.

Libella.

mam pecuniolam significare volebãt assem & libellam dicebãt. Idẽ pro Roscio comœdo de pœna plus petẽtiũ loquẽs: si petierit sester. liii. hic: ni si planum facit sester. liii. ad libellã sibi deberi: causam perdit. id est si minimo quidẽ nummo minus debitũ fuit: ex formula plus petitõis causa cadit. Plautus in pseud. si quidẽ hercle etiã supremi promptas thesauros Iouis: tibi libellã argenti nunq̃ credã. Simile illud Cice. in Verrem acti. iii. Ecquis Volcatio si sua spõte venisset: vnã libellã dedisset? Libella aũt argenti ideo dicit q̃ nũmulus erat argenteus vt p̃diximus. Quin & signata statim argentea pecunia cõstitutũ vt denarius nũmus libris decẽ ęris valeret: & sestertius dipõdio & semisse. qua ratiõe quaterni sestertii denariũ vnũ ęquabãt: vt auctor est Festus. Diu autẽ popul9 Ro. ęreo nummo vsus est: cuius rei testis Pli. li. xxxiii. his verbis: Argentũ signatũ est anno vrbis: quingentesimo octogesimo quinto. Q. fabio cõsule: quinq; annis ante primũ punicũ bellũ: & placuit denari9 pro. x. libris: quinarius ꝓ quinq; sestertiũ pro dipõdio ac semisse. Idẽ populus Ro. ne argẽto quidem signato ante Pyrrhũ regẽ deuictũ vsus est. Libralis vnde etiã tũc libella dicitur: & dipondius appendebatur assis. Quare æris grauis pœna dicta: & adhuc expẽsa in ratiõibus dicũtur: itẽ impendia & põdera: quin & militũ stipẽdiorũ hoc est stipis põderãdę pẽsatores libripẽdes dicunt. qua cõsuetudine in iis emptionibus quę mãcupi sunt: etiã nũc libra interponitur. hactenus Pli. Ego in verbis supradictis ex antiqs exẽplarib9 duo verba emẽdãda cẽseo vt ꝓ põdera depẽdere legat: & ꝓ mãcupi mãcipii. qd aũt sit dare & vẽdere mãcipio: nos primi vt arbitror docuim9. Fuit ãt hic ordo rei nũmarię: vt primũ Romani ęre graui. i. nũmo rudi & iformi vsi sint: postea ęre signato: quod fuit sub sexto demũ rege: deinde argẽto signato anno vrbis. cccccl xxxv. auctore Pli. his verbis. Serui9 rex prim9 signauit ęs: ãtea rudi vsos Romę Reme9 tradit. signatũ ẽ nota pecudũ: vñ & pecunia appellata. maxim9 cẽsus. Cx. millia assium fuit illo rege. & ideo hęc pria classis. Nũmũ aũt & sestertiũ idẽ fuisse notius ꝓpe erat q̃ vt ꝓbari deberet: nisi in hoc merula vir doct9 falsus esset vt supra admonuimus. Cice. i Verr. acti. iiii. facta est spõsio sestertiis quinq; coegit Scãdili9 recuperatores aut iudicẽ postulare: & Paulo post. cogit eũ (inquit) Scãdiliũ quinq; illa millia nũmũ dare ac numerare Apronio. & rursus inferius. Cogit Scãdiliũ Apronio ob singularẽ improbitatẽ atq; audaciã p̃dationẽq; nefarię societatis sestertia quinq; millia mercedis noĩe ac p̃mii dare. quinq; sestertia: quinq; millia sestertiũ: & quinq; millia nũmũ ꝓ eodẽ dixit. Vitruui9 li. primo. ab senatu populoq; Ro. petiit vt liceret trãsferre oppidũ cõstituitq; mœnia: & areas diuisit nũmoq; sestertio singulis municipib9 mãcipio dedit: id est sestertiis singulis areas ędificaturis ciuib9 vẽdidit: q̃ res istar donatiõis: imaginẽ vẽditiõis habet: quomodo & nũmo addicere Suetonio i Cæsa & Valerio li. v. M. (inqt) cornuto p̃tore funus Hircii & Pãsę iussu senat9 locãte: qui tũc libitinã exercebãt: tũ rerũ suarũ vsum: tũ ministeriũ suũ gratuitũ pollicti sunt. pseuerãtiq; postulatiõe excuderunt vt exequiarũ apparat9 sestertio nũmo ipis p̃bẽtibus addicerẽt. Ab hmõi cõsuetudine emanauit illud Vlpiani in. l. si quis de acquirẽda posse: si qs conduxerit: & rogauerit p̃cario vti possideret: si quidem nũmo vno conduxit: nulla dubitatio est quin & precariũ solũ teneat. Col. li. iiii. vinitor licet sit emptus sex vel potius sestertiis octo millibus: cũ ipsum solũ septẽ iugerum totidẽ millibus nũmorũ partũ: vineasq; cũ sua dote: id est cũ pedamentis & viminibus binis millibus in singula iugera positas duco: fit tum in assem cõsumatũ preciũ sestertiorũ. xxix. milliũ. Huc accedũt semisses vsurarũ sestertia tria millia & quadringẽti octuaginta nũmi biẽniitẽporis: quo velut infantia vinearum cessat a fructu. fit in assem summa sortis. xxxii. milliũ quadringentorũ octoginta nũmorũ: quod quasi nomen si vt fœnerator cũ debitore ita rusticus cũ vineis fecerit: cius summę vt in perpetuũ p̃dictã vsurã semissiũ dominus cõstituat: percipere debet in annos singulos mille septingẽtos nonaginta sestertios. mirũ videri nõ debebat ꝓ septẽ iugerũ octo iugerũ apud Colu. lectitari: nisi & apud Hermolaũ in altera editiõe itidẽ legeret ea parte ĩ qua castigationes cõdidit in librũ decimũ quartũ Plinii: vbi hic locus citat ad cõprobationẽ eorũ quę de vsuris semissibus triẽtibusq; & cẽtesimis ipe doctissime scripsit: Ita vt primus errorẽ nõ modo iurisperitorũ: sed & omniũ neotericorũ ostẽderit. quẽ locũ si ad calculũ exigere voluit: facile fuit aĩaduertere errorem exẽplariũ. quonã modo. n. ex octo millibus (quod preciũ serui vinitoris Columella statuit) & altero tãto id est octo iugerũ p̃cio: & octies binis millibus: (quę summa pro pedãda vinciẽdaq; vite iugerũ octo taxatur) cõficeri summa vndetriginta milliũ possit? Q̃z si solũ septẽ iugerum legat: cõueniet ratio. Id eĩ in prõptu est vel in digitos calculũ deducẽti. Porro cũ in semissibus vsuris millenarius quilibet sexagenariũ pariat: & quĩgenarius tricenariũ: ex viginti millib9 summa fit vsurę mille ducẽti nũmi & ex decẽ millibus sexcẽti. ex quibus sexaginta ideo deducũtur: q̃ sors nõ triginta sed vndetriginta sit milliũ. quare semissis vsurę summa erit annua mille septingẽti quadraginta nũmi: q̃ in biẽnio duplicata: tria millia quadringẽtos octogita nũmos sestertios efficit. Sic fit as sortis & vsurarũ triginta duo millia quadringẽti octuaginta nũmi. Rursus si hãc summã sub semissibus vsuris occupatã esse statuas: cũ triginta millia ratione p̃dicta mille octingẽtos pariãt: & duo millia centũ & viginti: id est mille & nongentos viginti: & si quadringẽtos octuaginta ꝓ quingẽtis intelligas: vt ex iis triceni nũmi annui pariantur: fiet summa vsurarũ. M. nõgenti quinquaginta nũmi: alioquin si scrupulose exigas (quod Columella neglexit) tot nũmi huic summę dĩderunt quot viginti in anno pariũt: id est vnus & circiter quadrãs vnius: id quod ideo explicare voluim9 quia Hermola9 inexplicitũ reliquit: cõtentus admonuisse loci: nec aliquid p̃terea addidit q̃ id quod sequitur. Ex his verbis (inquit ille) euidentissime colligitur ex vsuris semissibus nõ quiquagenos de cẽtenis: sed senos dũtaxat in annũ redire creditoribus: sicuti quaternos ex trientibus. hoc quoq; vt arbitror addere debuit cur centesima vsura diceretur: si quidẽ cũ hęc ratio centesimę duodenos nũmos annuos in singulos centenarios pariat: & mẽstruos singulos: facile patet ideo centesimã dictã q̃ centesimo mẽse sortẽ ęquet. vsurarũ eĩ dies olim in singulos mẽses cedere existimabãt: vt hodie moribus huius vrbis tertio quoq; mense cedũt earũ pensitationũ dies q̃ p̃cio legitimo accepto prædiis imponũtur: & mancipio dãtur: & citra vitium

Denari9 Sesterti9

Idẽ nummus & Sesterti9

Nummo sestertio mãcipio dare: addicere nummo

Loc9 hermolai de vsuris.

Cẽtesima vsura.

Mẽstruę oli vsurę.

fœnoris instar habent. Q͛ autem menstruæ esse censerentur vsurę calē-
darium vocabulū docet: quo iurisconsulti vtuntur. proinde cū cētesima
vsura pro asse intelligatur: dimidiata semissis dicitur: & semis rursus di-
midiatus: quadrans. Similisq; ratio in trientario fœnore statuitur: quod
Antonius Pius Ro. princeps tā̄q minimū exercuisse dicitur: vt patrimo-
nio suo plurimos adiuuaret. Vidi hoīes iurisperitissimos q adhuc cētesi-
mā vsurā cū Accursio intelligerēt: nec Hermolao assentirent: & iis iuris
cōsultis q cū eo sentiūt: calculo (vt arbitror) offensi: quē non facile expe-
diūt hoīes eius artis ignari. quæ causa fuit vt eū locū explanādū ducerē.
ne tn̄ de hoc posthac dubitetur: locus est apud Pli. in epistolis ad Traianū
his verbis rē manifestās. pecunię publicę domine prouidētia tua & mini-
sterio nostro etiā exactæ sunt: & exigūtur: quę vereor ne ociosę iaceāt. nā
& p̄diorū cōparādorū aut nulla aut rarissima occasio est. nec iueniūtur q
velint debere reip. p̄sertim duodenis assibus: quāti a priuatis iueniant.
Dispice ergo domine nunq d minuēdā vsurā: ac p hoc idoneos debitores
inuitādos putes. etsi nec sic reperiūtur: distribuēdā inter Decuriones pe
cuniā ita vt recte reipublicæ caueāt. qđ q̄q inuitis & recusantibus: minꝰ
acerbū erit leuiore vsura cōstituta. Duodenos asses appellat plenā cētesi
mā: eo modo loquēdi quo nūc in ea re vtimur duodecimū denariū vel de
cimū qntū dicētes. Cicero in p̄tura vrbana obiicit Verri ꝙ pecuniā sibi
attributā ad coemptionē frumēti publici: apud publicanos relictā vnde
erat attributa: duabus centesimis fœneratus sit. duas cētesimas Cicero
quatuor & viginti asses in cētenarios singulos dixit. Demosthenes ora-
tor in ea oratione quā cōtra Aphobū vnū ex tutoribꝰ suis habuit: hoc ap
tissime docet. ait eīm patrē suū Demosthenē Aphobo quē tutorē sibi de-
derat: i testamēto octoginta minas reliqsse dotis noie: vt vxorē suā De-
mosthenis matrē: vxorē duceret: quas cū ille accepisset: matrē tamē vxo
rem nō habuit. sic igitur iqt. τὴν μὲν τοι προῖκα τοῦτον τὸν τρόπον εἶχε λαβών. μὴ
γήμαντος δὲ αὐτοῦ τὴν μητέρα τὴν ἐμὴν ὁ μὲν νόμος κελεύει τὴν προῖκα ὀφείλειν ἐπ᾽
ἐννέα ὀβολοῖς. ἐγὼ δ᾽ ἐπὶ δραχμῇ μόνον τίθημι. γίνεται δ᾽ ἄν τις συνθῇ τό τε ἀρχαῖον
καὶ τὸ τῶν δώδεκα ἐτῶν μάλιστα τρία τάλαντα. Verū iste dotē huiuscemodi pa
cto habuit. quare cū matrē meā vxorē nō duxerit: lege q dē iubēte debet
dotē cū vsuris nouenū obolū restituere. sed fac drachmales tantū vsuras
eū debere: has si cū sorte aliqs supputauerit: duodecim annorum spatio
tria large talenta inueniet. ego cū hanc rationē inirē: sic colligebā: octo-
ginta minæ centenariæ octo millia drachmarū valent siue octuagies cē-
tenas. Cum autē in centesimis vsuris: quilibet centenarius siue quęlibet
mina in anno duodenariū pariat: si octuagies duodenas drachmas duce
rē: futuras in summa drachmas nongentas sexaginta. quæ summa si duo
decies ducatur: fient vndecim millia drachmarū & quingentæ p̄terea &
viginti. ex qbus centum & quindecim minæ fiūt: & viginti drachmæ su-
perāt. qbus si octoginta id est sortē addas: fiūt nonaginta & quindecim.
ita tria talēta fiunt & quindecim minę. propter qđ Demosthenes exacte
summā colligere nolens: large vel prolixe tria talēta dixit p tribus talētis
& quadrante. nouē autē obolos pro sesquidrachma posuit: qua ratione
sesquicentesima vsura p̄cederet: quā ipse vt oīno aduersario defensionis

Vsura sesquicētesima.

ansam p̄cideret: ad cētesimā retraxit. Itidē alio loco ταύτας τοίνυν ἔχει τὰς
τριάκοντα μνᾶς ἀπὸ τοῦ ἐργαστηρίου. καὶ τὸ ἔργον αὐτὸν ὀκτὼ ἐτῶν. ὃ ἐὰν ἐπὶ δραχμῇ
τις τιθῇ μόνον: ἄλλας ὁμοῦ τριάκοντα μνᾶς εὑρήσει. Has igitur (inquit) triginta
minas habet ab officina: & partū earū octo annorū: quē si quis drachmali
vsura occupatū esse ponat: alteras pariter triginta minas iueniet. triginta
minæ quotānis tricies duodenas drachmas pariūt: id est trecentas & sexa-
ginta: quę octies ductæ duo millia & octingētas octuaginta drachmas va
lent. hoc in loco orator numerū auxit mina vna & quinta p̄te minæ: supe-
riore aūt exēplo numerū diminuit: vel q̄a exacte calculādi tędiū vitare vo-
lebat: vel vt summas potius rotūdas faceret: vtrobiq; tamen clarū est eum
drachmalē vsurā dixisse quā latini cētesimā dicūt. Est. n. drachma cētesima
pars minæ. Sic fit vt centesima vsura æquare sortē dicatur: quia cētesimo
mēse drachma in minā euadit. vt. n. Romani ab assibus vsuras: sic græci a
drachmis denoiārūt: vt nos a denariis. Q͛ aūt menstruę essent vsurę: aper
tius etiā ex oratione Aeschinis cōtra Ctesiphontē ostēdetur. criminose eīm
obiiciēs Demostheni ꝙ p quodā Atheniēsiū plebiscito (qđ gręci psephis-
ma appellāt): a tribus ciuitatibus in quorū gratiā p̄mulgatū erat: talenta
tria dari sibi stipulatus esset: cū Oritæ (inqt) bello exhausti id dissoluere
nō possent: fœnus ei talēti spopōderūt quoad talētū soluissent. ἀναγκαζόμε-
νοι δ᾽ οἱ ὠρεῖται καὶ οὐκ εὐποροῦντες: ὑπέθεσαν αὐτῷ τοῦ ταλάντου τὰς δημοσίας προσό-
δους. καὶ τόκον ἤνεγκαν δημοσθένει τοῦ δωροδοκήματος δραχμὴν τοῦ μηνὸς τῆς μνᾶς:
ἕως τὸ κεφάλαιον ἀπέδοσαν. id est coacti aūt Oritæ cū pecunię inopia p̄merē
tur: vectigalia publica in talēti summā ipsi oppignerauere: & fœnus Demo
stheni scelerate mercedis interim pepēderūt: drachmas mēstruas in singu
las minas: quoad sortē reddiderūt. Hoc vnū exēplū maius est q̄ vt admini
culo egeat: q̄q̄ & aliis exēplis nō careremus. Nostra aūt ratio hodie in pēsi
tationibus & vectigalibus quæ prædiis imponūtur: bessales vsuras refer-
re quodāmodo videtur. sed qui innocētius stipulari volunt religione ob-
stricti: aut ciuili fœnori detrahere aliq d: aut precio addere solēt. Vnciaria
vsura est cū centenarius singulos parit vt in. l. Titium de administratione
tutorum. Qui autem religione soluti sunt: & hodie Epidecatum probant:
nos vectigal decimarium appellare possumus. quod nec boni viri probāt:
& inciuile iam existimatur: ex quo Hermolaus rē vsurariā male esse intelle-
ctam a iuris enarratoribus docuit. Sestertius igitur & nūmus idem apud
auctores significāt. quoniā quaterni denariū valent. Itaq; Cicero in Ver.
acti. iiii. cū ita dixisset: nam cū ex Sicilia legibus frumentū in cellā sumere
liceret: idq; frumentū senatus ita æstimasset quaternis sestertiis tritici mo
diū: binis ordei: iste numero ad summā tritici adiecto: tritici modios sin-
gulos cum aratoribus denariis trinis æstimauit. hęc verba velut exponēs
paulopost ita subdidit. ve᷑ eniuero cū eēt frumētū sestertiis binis aut etiā
trinis qbusuis in locis p̄uincię: duodenos sestertios exegisti. & itidē hoc de
clarat multis aliis in locis eiusdē actionis. At vero denarius drachmę pon-
dus habebat dūtaxat atticæ. Pli. li. xxi. Drachma attica (fere. n. attica ob-
seruatione medici vtūtur) denarii argētei habet pōdus. Plutar. in Sylla.
potitus rerū Sylla cū multos occideret: & libertini generis homo quēdā
ex p̄scriptis occultare conaretur: & p̄inde e saxo p̄cipitādus esset: obiecit

Epidecatū fœnus

Denariꝰ quaternis sestertiis valuit.

Denariꝰ drachmalis erat.

Sylle:q; vna ſimul in domo vitã egiſſent:cũ interim ipſe quidẽ pro ſuperiore habitaculo duo millia nummũ:ille autẽ ꝓ inferiore tria millia mercedem pẽderet.Itaq; inter vtriuſq; fortunã mille nũmos interfuiſſe : qui drachmas atticas ducentas & quinquaginta valebant.Idẽ in Bruto. Teſtamento cũ legaſſet Cęſar ciui cuilibet ſeptuagintaquinq; drachmas: præterea reliquiſſet hortos qui trãs tyberim erãt:ingẽs beneuolẽtia & admirabile deſideriũ oẽs tenuit.de hoc apud Tranql. in Cęſ.Ita legim⁹. populo hortos circa tyberim publice & viritim trecenos ſeſtertios legauit.ſi ſeptuagintaqnq; quater multiplices:trecẽtos efficies:qua ratione quinq; & viginti drachmę cẽtenos ſeſtertios valent.Idẽ Plutar.in Antonio.Caius Cęſar adoleſcens hęres a Cęſare ſcriptus ex Apollonia rediit: debebat Romanorũ cuiq; drachmas quinq; & ſeptuagita ex teſtamẽto patris.Apud Appianũ tamẽ in ſecũdo bellorũ ciuiliũ ita legitur: populo horti trãs tyberim ꝓbiti:ſingulis Romanorũ ciuibus qui in vrbe aderãt quinq; & octuaginta drachmę atticę collatę.ſed erroré eſſe numeri non dubie affirmaueri:quippe idẽ Appianus ſeptuaginta quinq; drachmas pro trecenis nũmis dixit:vbi de Cęſaris liberalitate loquẽs:ſingulis (inquit) ex populo minã vnã atticã dedit :de quo Trãquill⁹.trecenos quoq; nũmos quos pollicitus olim erat viritim diuiſit.quo ex loco ꝓbari videt minam atticã quinq; & ſeptuaginta drachmarũ fuiſſe: id quod apud Priſcianũ legitur:quod tamen poſtea explicabim⁹:Sed interim centenariã minã intelligere oportet.Nũc igitur cauſam tenem⁹ cur ſeſtertia ſingula mille nũmos ſeſtertios ſignificent. nã duę libre & ſelibra ſeu (quod idẽ eſt) mnę duę & hemimnęo ducẽtas & quinquaginta drachmas valẽt: quę ſi quaternario multiplicẽtur mille nũmos efficiũt.quomodo igit ſeſtertii dicti ſunt nũmi:q; duos aſſes & ſemiſſem ſinguli valerẽt id ẽ dipondium & ſemiſſem:Ita ſeſtertia ex eo dicta ſunt q; duas libras ſingula & ſelibrã argẽti valerẽt.Ita factũ vt quadringenta ſeſtertia.& quadringenta millia ſeſtertiũ nũmorum antiqui pro eodẽ ac ſine diſcrimine ſignificat⁹ dicerent.verũ id adnotãdum q; libram nunc & minam cẽtenarias intelligimus:indifferenter vtentes:quod pondo etiam idẽtidem appellatur Pli.lib.xxi.mna quã noſtri minã vocant: pendet drachmas atticas centũ. quo in loco Hermolaus mnam(inquit)libram:minã:pondo pro eodem noſtri dicunt : vt greci .μνᾶν λίτραν ὁλκὴν.quod dictum vt nõ vſq;quaq; verum eſt:Ita in re nummaria libram & minam pro eodem fere vſurpari deprehẽdimus:vix vt differentiam animaduertere poſſis q̃libet obſerues accurate & latinos & græcos.idq; cum ex eo videtur quod de ſeſteriis diximus:tum vero ex ſequẽtibus magis comprobabitur . Drachma igitur non modo pondus denarii Romani ſignificat:ſed etiam nummum ſignificat eodem pondere percuſſum ab athenienſibus:quod pręter auctorũ exempla etiam verſus illi ſignificant: In ſcrupulis ternis drachmam:quo pondere doctis argenti facilis ſignatur pondus athenis. Ventum iam eſſe ad locum pręcipitem:horrore quodam animi ſentio:inſtãtis & ꝓximi periculi magnitudinem reputantis.hoc eſt enim caput eius rei quam agim⁹:hic cardo toti⁹ opis : hęc deniq; alea ancipitis incœpti:vt ondere aggrediamur vel demõſtrare potius quid inter ſeſtertia cẽtũ & ſeſtertiũ

Seſtertia ſingula millia ſingula nũmorum ſignificãt

Hemimnęo idẽ quod ſelibra.

Quadringenta ſeſtertia & quadringẽta millia.

Libra.mina & pondo pro eodem ponitur.

Drachma,

centies interſit.tranſitus oino & lubricus & abruptus:vt aut in baratrum quoddã errorũ ꝓcipitaturus ſim:ſi in eo quicq̃ titubauerim:aut tenorem inoffenſum ſeruare cõmẽtatio hęc nequeat:ſi inibi vel tantulũ a veritate deflexerim.Cũ alioquin ita ſit hoc opus coagmẽtatũ:ita in ſeſe tractatus hic coibilis:vt nulla fere pars cõuelli citra cõpaginis ipſius labefactationẽ poſſit.At mihi quidẽ audendũ oino erat:& eorũ exẽplo periclitãdũ : qui res magni diſcriminis antea ſuſceperũt:ſi nõ etiã ea eſſet hui⁹ libri ratio: vt geniũ nullũ(vt dicitur) habiturus ſit:niſi ſuperioris æui ſcriptorũ placita deleuerit.vt ſi(qd̃ abominor) ꝓpoſiti cõpos nõ euaſerim:deſignatoris ridiculi opinionẽ ſubiturus ſim.Sed quid agas vbi eo iã ꝓuicacię vẽtũ eſt vt & moderari nequeas:& cõſulere itegrũ nõ ſit: Quũ eorũ occurſum vitare nõ poſſis ꝗbus hoc facturũ te receperis:niſi ſi tibi publico interdixeris:id eſt niſi domeſticũ tibi cõſciueris exiliũ? Age dũ ab ſtupore animi rurſus inferueſcamus:& ſtilũ iã hęrẽtẽ ad reliqua ſuſcitemus.Audeamus deniq; (quãdo eo vẽtũ eſt) affirmare hoies doctiſſimos ꝗbus oia ꝓpemodũ debemus:toto(vt aiũt)cœlo id ẽ cẽtuplicato erraſſe.Iã primũ Cicero in ꝓtura vrbana. Dio qdã fuit Caleſinus:qui cũ eius filio ꝓtore ſacerdote hæreditas a ꝓpinquo ꝓmagna veniſſet:nihil habuit tũ neq; negotii: neq; cõtrouerſię. Verres ſimulac tetigit ꝓuinciã:ſtatim Meſſanã literas dedit Dionẽ euocauit.calũniatores ex ſinu ſuo appoſuit q illã hęreditatẽ Veneri Erycinę cõmiſſam eſſe dicerẽt.Hac de re oſtendit ſeipſum cogniturũ. poſſum deinceps totã rẽ expedire.deinde ad extremũ id qd̃ accidit dicere : Dionẽ ſeſtertiũ decies cẽtena millia numeraſſe vt cauſam certiſſimã obtineret.hoc cũ dicat Cice.In ꝓtura vrb.quæ ſecũda eſt in Verrẽ actio. Idẽ in.iii.actione hoc crimẽ repetẽs ita inqt.ſimul atq; e naui egreſſus eſt: dedit operã vt Caleſinus ad ſe Dio cõtinuo veniret. Hic eſt Dio iudices nũc beneficio Quinti Metelli ciuis Ro.factus.de quo multis viris primariis teſtibus:multorũq; tabulis vobis priore actione ſatiſfactũ eſt ſeſtertiũ vndecies numeratũ eſſe:vt eã cauſam in qua ne tenuiſſima quidẽ dubitatio eſſet:iſto cognoſcẽte obtineret.ita ſeſter.vndecies.Q.Dionẽ q; hęreditas ei obueniſſet:nullãq; aliã ob cãm ꝓdidiſſe. Ex horũ locoꝝ collatione intelligimus qd̃ decies cẽtena millia ſeſtertiũ dixerat in ſecũda actione: hoc in.iii.vndecies ſeſtertiũ dixiſſe.q̃q̃ in illa nõ decies centena ſed vndecies legẽdũ eſt:vel vtrobiq; decies.Quare decies ſeſtertiũ nõ decẽ ſeſtertia ſignificat:ſed mille potius:hoc eſt decies cẽtena millia ſumma ſcilicet cẽtuplicata.qd̃ autẽ vndecies ſeſtertiũ amplior ſit ſumma q̃ quadringẽta ſeſtertia ex eadem oratione liquet. Sequitur.n.ſtatim poſt illud Dionis crimen & aliud qd̃ his verbis proſequitur.accipite aliam in minore pecunia non minus impudẽtem calumniã. Soſippus & Epicrates fratres ſunt Agrigẽtẽſes.horũ pater abhinc duo & viginti annos mortuus eſt.In cui⁹ teſtamẽto quodã loco ſi cõmiſſum qd eſſet:mulcta erat Veneri. ipos.xx. annos cum tot interea ꝓtores:tot q̃ſtores:tot calumniatores in prouincia fuiſſent:hæreditas ab iis Veneris nomine petita non eſt.cauſam Verres cognoſcit.per Volcatiũ pecunias accepit fere ad ſeſter. quadringẽta millia ab duobus fratribus.Quadringẽta ſeſtertia Cicero minorẽ pecuniam decies vel vndecies ſeſtertio appellauit.Quare iam fere planũ factum eſt

Quid inter ſeſtertia centũ & cẽties ſeſtertiũ interſit.

Decies ſeſtertiũ.

decies sestertiũ quadraginta partibus plus esse decem millibus sestertiũ. Et rursus statim infra. quęvis erat Volcatio tanta vt sester. quadringenta millia duobus hominibus auferret? Ecquis Volcatio si sua spõte venisset vnam libellam dedisset? at ego amplius dico: sestertiũ quadringenties accepisse te arguo contra leges. Ex his verbis liquido apparere potest quadringenties sestertiũ longe ampliorẽ summã esse q̃ sestertia quadringẽta. cũ oia Verris furta quadringẽties sestertiũ æstimauerit: quę inumera & incredibilia ab eo recensentur. ab vno. n. hoie: vno noie: vno furto decies centena sestertia accepisse dicit: a tota aũt Sicilia triẽnio & variis furtorũ expilationũ rapinarũq; noibus quadringẽties sestertiũ (tãq̃ rẽ fidẽ excedentẽ) abstulisse oratorie vociferatur. tanti. n. æstimari voluit litẽ repetũ darũ Verri ob iurisdictionis furta: ob interuersas pecunias in frumẽto imperãdo: i locãdis decimis frumẽti: & ob expilationes publicas priuatasq; signorũ æreorũ: & vasorũ argẽteorũ: quę crimina inusitata esse videntur & fidẽ excedẽtia iis q accusationes illas plegũt. Quare ipse Cicero primã accusationẽ ita claudit. dicimus. C. Verrẽ cũ multa libidinose: multa crudeliter in ciues Ro. atq; in socios: multa in deos hoiesq; nefarie fecerit: tũ pręterea quadringẽties sestertiũ ex Sicilia cõtra leges abstulisse. sic. n. legit Asconius Pedianus: q̃q̃ in exẽplarib9. cccc. sestertia legatur etiã manu scriptis. Qd aũt in diuinatione legitur: Sicilia tota si vna voce loq̃retur: hoc diceret: qd auri: qd argenti: qd ornamẽtorũ in meis vrbibus sedibus delubris fuit: qd in vnaquaq; re beneficio senatus populiq; Ro. iuris habui: id mihi tu. C. Verres eripuisti atq; abstulisti. quo noie abs te sestertiũ millies ex lege repeto. hoc (inqt) Asconius p̃ auxesim dictũ est. Cicero. n. postea hãc summã ad quadringẽties contraxit: vt in multis locis repetit. Idẽ Cicero in eũdẽ acti. iii. Heraclius est Hieronis filius Syracusanus: homo i primis domi suę nobilis. & ante hũc p̃torẽ vel pecuniosissimus Syracusanorũ. nũc nulla alia calamitate nisi istius auaritia atq; iniuria pauperrimus. huic hęreditas facile ad sestertiũ tricies venit testamẽto ꝓpinqui sui Heraclii. plena domus celati argẽti optimi: multęq; stragulę vestis. p̃ciosissimorũq; mãcipiorũ. erat in sermone magnã Heraclio pecuniã venisse. nõ solũ Heracliũ diuitẽ sed etiã ornatũ supellectili argẽto veste mãcipiis futurũ. & inferi9. posteaq̃ (inqt) dãnatus est absens Heraclius: nõ solũ illi9 hęreditatis de qua ambigebatur q̃ erat tricies sestertiũ: sed oĩm bonorũ paternorũ ipsius Heraclii: (q̃ non minor erat pecunia) palęstræ Syracusanorũ hoc est Syracusanis possessio traditẽ. & rursus inferius. Verũ est illud p̃clarũ. Syracusani q p̃fuerãt his Heraclii bonis verbo redigẽdis: re dispertiẽdis: reddebãt eorũ negotiorũ rationẽ in senatu. dicebant scyphorũ paria cõplura: hydrias argẽteas: p̃ciosam vestẽ stragulã: multa mãcipia p̃ciosa Verri data esse. dicebant q̃tũ cuiq; eius iussu nũmorũ eẽt datũ. gemebãt Syracusani: sed tñ patiebãtur. repẽte recitatur vno noie sestertiũ. ccl. millia iussu p̃toris data. fit maximus clamor omniũ. & paulo post de pecunia illa reddita a Verre loquẽs. Numerãtur illa ducẽta quinquaginta sestertia Syracusanis. nõne ex hoc loco patet clarissime ducẽta quinquaginta sestertia hoc est. ccl. millia sestertiũ nũmorũ particulã vnã esse tricies sestertii? Quippe tricies sestertium significat tricies centena

millia sestertium nũmorũ. Quomodo & illud Suetonii Tranquilli in Augusto: senatorum cẽsum ampliauit ac pro octingentorum milliũ summa duodecies sestertiũ taxauit idest duodecies cẽtena millia sestertiũ. quod cum in omnibus exẽplaribus legeretur: Antonius Sabellicus vir alioqui diligẽs & doctus: emẽdasse se gloriat: vt supradictũ est: & ꝓ duodecies sestertiũ: duodecies centies legẽdum esse cõtẽdit: cui etiã astipulat9 est Philippus Beroaldus itidẽ ipe doctus ac multę lectionis: ambo nihil in ea re videntes. Hoc & ex eodẽ auctore alio loco ostẽdi põt in Othone. Sperauerat (inquit) fore vt adoptaret a Galba: idq; i dies expectabat. Sed postq̃ Pisone p̃lato spe decidit: ad vim cõuersus est: instigãte sup̃ eũ dolorem etiã magnitudine ęris alieni. neq; em̃ dissimulabat nisi principem se stare nõ posse: nihilq; referre ab hoste in acie: an in foro sub creditoribus caderet. ante paucos dies seruo cęsaris pro impetrata dispensatione decies sestertiũ exp̃sserat: hoc subsidiũ tãti cœpti fuit: ac primo quiq; spiculatoribus cõmissa est res: deinde decẽ aliis: quos singuli binos ꝓduxerãt: oĩbus dena sestertia rep̃sentata: & quiquagena ꝓmissa: per hos sollicitatire liqui. Insignis erat ille locus ad aĩaduertẽdam differẽtiã inter dena sestertia & decies sestertiũ: & tñ ibi quoque Sabellicus decies sestertiũ dena sestertia interp̃tatus est: cõniuẽte Beroaldo. Si em̃ quidecĩ spiculatoribꝰ dena sestertia rep̃sentata: hoc est singulis decẽ: iam centũ quinquaginta sestertia fiunt: & si quinquagena ꝓmissa hoc est singulis quinquaginta: septingenta quinquaginta in summa fiunt quę simul iũcta nongẽta millia sestertium faciunt. At Tranquillus dicit decies sestertium subsidium tãti cœpti fuisse: id est inuasionis imperii Romani. Iam igitur effectũ habemus decies sestertiũ non minus esse nõgẽtis sestertiis. Martialis in pri. epigram. Millia pro puero cẽtũ me mãgo poposcit. Risi ego: sed phœb9 protinus illa dedit. Hoc dolet & q̃rit dolet hoc mea mẽtula mecũ. Laudaturq; meã phœb9 ĩ inuidiã. Sed sestertiolũ donauit mẽtula phœbo Bis decies: hoc da tu mihi: plurĩs emã. Calderin9 vir ĩgeniosus bis decies sestertium. xx. sestertia interp̃tatur: corrupto sensu epigrãmatis. Cuius dubio procul huiusmodi sensus est: nõ mirũ esse si phœbus puerũ centũ sestertiis licitatus esset: q̃ti martialis emere nõ potuerat: quippe qui vicies cẽtena millia sestertiũ ex q̃stu collegisset: hoc est vicies tãtum q̃ti puerũ mercatus erat. alioquin sensus erit absurdissimus. Cicero. xiii. epistol. ad filiũ scribẽs. Titi pinnii filio mire erudito: studioso & modesto: pecuniã Niceẽses grãdem debẽt: ad sestertiũ octogies: & vt audio imprimis volũt ei soluere. ibi iterpres epistolarũ: sestertiũ (inquit) pro sestertiorũ ponit & subauditur millia: id est ad octoginta millia sestertium. elegãter aũt in his sermonibus ponunt oratores & poetę aduerbia pro nominibus: vt debes decies sestertiũ: quadragies sestertium: & sic in cęteris: & vtuntur genitiuo syncopato in nominibus nũmorum: dicimus etiã hoc sestertium & hic sestertius: hactenus ille. Ego aũt octogies sestertium: octogies cẽtena millia sestertium significare affirmo: & grãdẽ ob id pecuniã a Cicerone dictã. Hoc etsi ex p̃dictis satis cõfirmatum videtur: nõ tamẽ scrupulo carebit vt video: si em̃ hoc verum est (dicet aliquis circumspectus obseruator) quo nã modo intelligi illud põt quod apud Trãquillum in Vespasi. legitur. sed

Decies sestertiũ: & dena sestertia.

& in funere Fauo archimimi personã eius ferẽs: imitãsq; (vt est mos) facta ac dicta viri: interrogatis palã, pcuratoribꝰ quãti funꝰ & pompa cõstaret: vt audiuit sestertium centies: exclamauit centum sibi sestertia darẽt: ac se vel in tyberim proiicerent. hic locus (vt arbitror) Trãqlli interpretes fefellit vt idem esse putarẽt sestertiũ centies & sestertia centũ: quẽ tamen corruptum esse necesse est intelligere ex iis quę ante demonstrauimus. Vtrobiq; aũt sestertiũ centies legendum esse argumẽtis probari nõ leuissimis potest. Nã pterq̃ ꝓ veritati nõ congruit vt funus imperatorum centum sestertiis æstimaretur: quũ Nero imperatorũ omnium flagitiosissimus: qui destitutione conterritus pugiõe sese interemerat: furtim raptimq; a libertis sepultus: bis tantidem funeratus sit: de quo idẽ Tranquillus: funeratus est impensa ducentorũ millium: stragulis albis auro intextis qbus vsus calẽdis ianuariis fuerat: reliquias Ecloge & Alexãdria nutrices cũ Acte cõcubina gentili domitiorũ monumẽto condiderũt. Cũ igitur id simile veri nõ est vt poeta mimographus Vespasiani funꝰ vt de parci principis ita optimi: cẽtum millibus nummorum æstimarit: cũ princeps nequissimus ante eũ Nero ducẽtis funeratus fuisset: tũ vero sapiẽtis poetę nõ fuisset: tã licenter illudere fastigio principali: vt ob paruã pecuniam eousq; cõmotũ fingeret: vt vel in tyberim se abiici poptaret q̃ tantula pecunia funerari. eodẽ igitur errore apud Trãqui. centũ ꝓ centies scriptũ est librariorũ tẽporũq; vicio: quomodo apud Cice. i acti. pri. i Ver. quadringẽta pro quadringẽties vt supra diximus: & apud Pli. nõ semel idẽ error deprẽditur vt infra ostẽdetur. Maioris est illud anxietatis quod apud Plutarchũ in Antonio legitur his verbis. Antonii munificẽtię vnũ exẽplũ narrabo. cuidã ex amicis dari iusserat millia vigintiquiq; hoc Romani decies sestertiũ appellant: procuratore aũt admirante: & vt magnitudinem donationis ostẽderet: in cõspectu eiꝰ pecuniã deprõmẽte: rogauit Antonius quid hoc esset: illo aũt respõdente eã esse pecuniã quã dono dari iussisset: cõspicatus hoĩs improbitatẽ: equidem (inquit) arbitrabar amplio rem pecuniã decies sestertiũ continere. hoc vero parũ est. Itaq; tãdũdem superadde: sic in Plutarcho latino facto legitur & ille locus vno in loco ab Antonio Sabellico citatur: & ab Roberto Vulturio in libro de re militari & ab aliis itidem: qui de re nummaria scribẽtes locũ eũ vere traductũ existimanerũt: cuius tamẽ sensus pugnat cũ eo quod omnes de sestertiis cẽsuerũt: nã cũ illi omnes cõcordi errore decies sestertiũ decẽ sestertia significare dixerint: Plutarchus si locus ille nõ mendosus est: vigintiquinq; significare dixit. Ego cũ in eo quod tuẽdũ suscepi: ꝑtinaciter hæream: possim fortasse si aliũ exitũ rei nõ inueniã: vel in hãc pręcipitẽ defensionem erũpere: vt dicã Plutarchũ hoĩem gręcũ i Romanorũ cõsuetudine falli nõ nihil potuisse. Sed cũ veritatẽ tueri alia via possim: temerariũ omnino eẽt & inscitię plenum: futuli vti vmbone & e medio sumpto: auctoris tãti eleuata auctoritare: pręsertim cum eius testimonio vt graui & irrefutabili vsurus sim in sequentibus. Proinde eũ Plutarchi locum accurate mihi anxieq; versanti: hoc etiã in mentem venit: posse me & hoc quoq; eius dicto vti ad confirmandum id quod dixeram: & id quod mihi obiici potest in meam rem vertere. Primum igitur hoc dico consentaneũ veritati nõ esse

vigintiquinq; millia nummorum magnificam donationem a Plutarcho dictam esse: præsertim eius imperatoris qui bonam partem imperii Ro. teneret: & in suos vsus verteret: vt infra ostẽdemus. paruam autẽ esse eam summam interim saltem ex eo liquebit: ꝓ Martialis puerum Amasium centum millibus emptum esse in eo epigrãmate scribit qd̃ supra rettulimꝰ. Deinde hoc dico hunc errorem ex eo inualuisse: ꝓ hæc verba q̃uis mendosa: veritati tamẽ magnopere alludunt. quomodo emẽ sestertius duos & semis asses valet: & sestertia singula duas libras & selibram vt antea docuimꝰ: sic illud genus tertium sestertii duo millia & quingentos nummos valere posse videbatur. Quare pulchre ratio quadrare videbatur vt decies sestertium vicena quina millia valeret. Ego autem cum dixerim eius generis sestertium centum millia valere: quod alii singula millia valere dixerũt: sed apud Plutarchum tamen pro binis millibus & quingentis legi: sic enim inquit Sabellicus: Inuenienda ratio est & quidem huic loco consentanea: quæ hunc scrupulum lectori eximere plane possit: vt autem hoc fiat necesse est accedere in singulas sestertii huius vnitates nonaginta septem millia & quingentos nummos. hoc vero pulchre fiet si ita apud Plutarchum legamus. cuidam ex amico dari iusserat vigintiquinq; myriadas drachmarum: singulæ myriades dena millia drachmarũ: id est denariorũ valent. quæ quinquies & vicies multiplicata: ducenta quinquaginta millia denariorum faciunt. quæ summa rursus quater ducta (cum quilibet denarius quaternos sestertios valeat) mille sestertia efficit: id est decies centena millia sestertium. sic a Plutarcho græce scriptum esse ne dubitem (videre enim mihi eam vitam græce non contigit) facit mos Gręcorum & ipsius Plutarchi: ipsaq; rei veritas: quã consertis manibus retentanti mihi nec mendæ librariorum eripere nec errores interpretationum possunt. argumẽto erit ille locus eiusdem Plutarchi in Galba. Δοκεῖ δὲ μὴ δὲν ἐπὶ τοῖσ ἰδίοισ μόνον ἐλέσθαι τὸν ὄθωνα κληρονόμον: ἀκόλαστον ἐιδὼσ καὶ πολυτελῆ καὶ πεντακισχιλίων μυριάδων ὀφλήμασι βεβαπτισμένον. Videtur autem Galba Othonem ne in priuato quidem patrimonio successorem sibi destinasse: vt quem sciret & vitæ incontinentia luxuq; perditum: & insuper ære alieno mersum ad quinq; millia myriadum. hoc vt recte interpres quinquagies decies centena millia collegit: sic ego latine & vsitate quingenties sestertium verterem. quod genus loquendi assequi nemo Neotericorum potuit. quæ causa est vt in libris e græco versis alias prorsus summas legamus q̃ in libris antiquis latinorum. vt apud Appianũ identidem: & apud Orosium vno in loco mox videbimus. qui cum supra mille annos fuerit: priscum tamen morem non tenuit. eum autem morem græcorum fuisse vt non per numerum nummorum: nec per sestertia: sed per myriadas drachmarum omnes summas pecuniæ memoriæ traderent: dũtaxat de Romanis scribentes: ex dicendis constabit: cum eorum auctoritatibus vtemur. sed & de hoc more loquendi lib. iii. videbimus ex Demosthene. Qq̃ autem per ea quæ hactenus dicta sunt: satis demonstrasse videri possim quid sestertium decies a sestertiis decem differat: & ea quæ occurrere poterant dubia dissoluisse: iamq; (vt arbitror) lectores cum ad hunc locum accurata intentione legendo peruenerint: fidem dictis nostris accommodare non dubitaturi sint: vl-

Locꝰ Plutarchi restitutus.

Quingẽties sestertiũ.

terioremq; nobis probationem remissuri quod ad hoc quidem attinet: hanc tamen in me legem vltro ferre planeq; sancire hoc in opere statui: vt nunq; perfunctus pollicitatione videar: nisi ita omnia perspicua fecero: vt negare omnino quisq; ea quę demonstrauero: citra improbitatem nequeat. vt hoc autem efficere possim vtar rursus Ciceronis auctoritate: qui in actione. iiii. in Verrem: cum multa Verri furta obiecisset per totam eam orationem: ad extremum velut summam criminũ exaggerãs vnius tantum oppidi furta ac paucorum mensium colligere statuit: vt de vniuersis pecuniis per iniuriam ablatis documentum coniecturamq; daret. ait igitur se publicanorum tabulas conquisitas obsignasse: & ad iudicium illud Verris attulisse: vt ex perscriptis sub nomine prætoris nauium cõmeatibus: constare iudicibus ratio posset earum mercium quas verres tunc sicilię prætor in Italiam deportandas curasset. Eius igit hęc Verba sunt circa finem orationis. Cum hæc paucorum mensium ratio in his libellis sit: facite vt vobis triennii totius veniat in mentẽ: sic contendo: ex his paruis libellis apud vnum magistrum societatis repertis: vos iam coniectura assequi posse cuiusmodi prædo iste in illa prouincia fuit: q̃ multas cupiditates: q̃ varias: q̃ infinitas habuerit: quãtam pecuniã nõ solum numeratam. verum etiam in huiuscemodi rebus positã confecerit: quæ vobis alio loco planius explicabuntur: nunc hoc attendite. his exportationibus quæ recitatę sunt: scribit sestertia. lx. socios perdidisse ex vicesima portorii Syracusis. Pauculis igitur mensibus vt hi pusilli & contemptilibelli indicãt: furta prætoris quę essent sestertium duodecies ex vno oppido solo exportata sunt. Nego quẽq; esse acutum ac perspicacem lectorẽ qui post hæc verba Ciceronis dubitare potuerit de eo quod astruimus. Quod vt omnibus etiam crassioris mineruæ lectoribus planum fiat: paucis verbis rem explicabo. Cum enim affirmet Cicero societatem publicanorum ex vicesima portorii sexaginta sestertia id est sexaginta nummorum millia: ideo pdidisse: q; Verres immunes merces tãq; prætorias nec tamẽ improfessas transportabat: & ex eo colligat furtiuas merces ad sestertium duodecies ex vno oppido abstulisse: certo iam certius habeo sestertium duodecies mille ac ducẽta sestertia significare. Si enim sexagenarium vicenario multiplicaueris: mille ac ducenta fient in summa. atqui Cicero furtorum summã a portorio vicesimę probare facile potuit. Si ergo vicesima pars sestertii duodecies sexaginta sestertia esse ab eo dicitur: necessario sestertium duodecies mille ac ducenta sestertia eodem auctore erit. hoc etiam post Ciceronem Martialisli. pri. epigram. docere his verbis potuit. Si dederint superi decies mihi millia centum: Dicebas nõdũ Scæuola factus eques: Qualiter o viuam q̃ large q̃q; beate? Riserũt faciles & tribuere dei. In ius o fallax atq; inficiator eamus: Aut viue aut decies Scæuola redde deis. sic enim & ipse & alii poetæ loqui solent sine adiectione sestertii: vt idem ad Calenum: Nõ plenum modo vicies habebas sed tam prodigus atq; liberalis & tam lautus eras Calene vt omnes optarent tibi centies amici. vbiq; enim sestertium subintelligendum & in iii. Empta domus fuerat tibi Tongiliane ducẽtis: abstulit hãc nimiũ casus in vrbe frequẽs. Collatũ est decies: rogo nõ potes ipe videri Incẽdisse tuã

tongiliane domum. A parte docet decies sestertium maiorem multo pecuniam esse sestertiis ducẽtis: quo in loco Calderinus: non ducẽta sestertia sed ducẽtos nummos ridiculo errore intellexit: sic enim ducenta absolute dicuntur a Martiale vt a Iuuenale quadringenta in pri. saty. Sed quinq; tabernæ quadringenta parant: id est cẽsum equestrẽ: & in quartadecima: Sume duos equite. fac tertia quadringẽta. Oratores plerũq; adiiciũt sestertia. Rursus Martialis: Dederas Apici bis trecenties venti: sed adhuc superat centies tibi laxum. quo in loco Calderin9: Apitius (inquit) habebat septingenta millia: sex consumpserat luxu: & cum adhuc centum superessent: veritus ne nõ posset explere gulam ea pecunia: venenum bibit. centies s ille pro centum millibus intellexit: centuplicato scilicet (vt alii omnes) falsus. Martialis enim centies centena millia intellexit id est centies sestertium. ortus est enim apud antiquos ille loquendi modus ex compendio sermonis. Nam cum primũ dicerent centies centena millia sestertium nummorum: postea vsus obtinuit: vt compendiose centies sestertium dicerent: quem loquendi modum nonnulli neoterici non percipientes: centies talentum ptulerunt: quasi sestertium rectus aut accusandi casus sit: & non potius genitiui. poetæ autem & alii interdum scriptores compendium illud iterum contrahentes: non centies sestertium: sed centies tantum dicunt: vt in exemplis suprascriptis: subintelligi volentes centena millia sestertium: vt in illo Martialis epigrãmate in secundo libro. Illa diues mortua est Secundilla: centena decies quæ tibi dedit dotis. Decies enim centena millia intelligendum: vt apud Iuuenalem: & ritu decies centena dabuntur antiquo: quam magnã esse pecuniam ex horatio in pri. sermonum intelligimus: decies centena dediisses Huic parco paucis contẽto: quinq; diebus Nil erat in loculis. Cęterum ex obseruatione antiquorum didici: nunq; infra denarium numerum sic esse eos locutos: vt dicerent septies vel octies vel nouies sestertium: sed intra denarium per millia vel sestertia loqui solitos. Cicer. libro primo Episto. ad Atticum. Lucio Cincio sestertia nongenta pro signis Megaricis vt tu ad me scripseras curaui: & pro Cluentio: Initio per magnam pecuniam poposcit: post ad id peruenit quod confici potuit: & sester. sexcenta quadraginta millia deferri ad se domum iussit. Idem. Sed dico iudices vt Oppianic9 absolueretur corrumpẽdos fuisse: ad stalenũ sexcenta & quadraginta millia nummum esse delata. & ad Ruffum scribens in. v. episto. nam de sestertiis nongentis millibus certe ita relatum est vt tu: siue frater tuus referri voluit. Supra decem per aduerbium & genitiuum antiqui fere locuti sunt: vt in exemplis omnibus superius adnotatis. non me latet apud Pli. lib. xxxvi. ad sestertia mille legi: & sestertiis mille ducentis: sed vetusta lectio non astipulatur impressis libris Tranq. in. Cæsa. Seruiliam Bruti matrem ante alias dilexit: cui & proximo suo consulatu sexagies sestertium Margaritam mercatus est. Sic Plin. libr. nono de Lollio. Vt neptis eius quadringenties sestertium operta spectaretur ad lucernas. in quibusdam tamen exemplaribus sestertio legitur. Tranqu. in Calig. nota res est Aponio Saturnino inter subsellia dormitante: monitum præconem ne prętorium virum crebro capitis

Cẽties sestertiũ cõpendiosa locutio.

Mos loquẽdi priscorum.

motu nutantem ſibi: præteriret. nec dicendi finem factum quoad. xiii. gladiatores ſeſtertium nonagies ignoranti addicerentur. quo tamen in loco non dicendi ſed licendi lego contra fidem exemplarium: id eſt licitandi in auctione. verum ſeſtertium in ſuperioribus exemplis gignendi caſu dicitur vt apud Cic. in Verrem. acti. pri. cognoſcet ex me populus Romanus quid ſit q̃ iudiciis ad ſenatorium ordinem translatis: ſublataq̃ populi Romani in vnũquenq̃ noſtrum poteſtate: Quintus Calidius damnatus dixerit: minoris ſeſtertium tricies prætorium hominem honeſte non poſſe damnari. quæ verba licet notis ſcripta ſint in libris impreſſis: Aſconius tamen ita legit. in quo more loquendi (vt ſupradixi) aliquid ſubaudiendum facile intelligimus. vt ſit integrum: hominem prætorium damnari minoris tricies centenis millibus ſeſtertium. & quoad. xiii. gladiatores nonagies centenis millibus ſeſtertium addicerentur Saturnino dormitanti. ſeſtertium enim p ſyncopam pro ſeſtertiorũ dicitur vt auctor eſt Cice. in oratore perfecto. frequentius tamen per ablatiuum legitur vt Tacitus lib. xvi. cladem Lugdunenſem quadragies ſeſtertio ſolatus eſt princeps vt amiſſa vrbi reponerent. Plin. ad Caluiſium lib. iii. epiſt. vt ſcias q̃ti videantur poſſe emi: ſeſtertio tricies: non quia non aliquando quinquagies fuerint. Verum ex hac penuria Colonorum & temporis iniquitate: vt redditus agrorum ſic etiam precium retro abiit. tricies ſeſtertio pro tricies centenis millibus dixit Plin. tametſi vir quidam doctus & diligens opinione inueterata omniũ enarratorum ductus triginta millibus interpretatus eſt. Valerius libro. ix. de Cneo Domitio &. L. Craſſo loquens. quem cum continuo Craſſus q̃ti ipſe domum ſuam æſtimaret: interrogaret: atq̃ vt reſpõdit ſexagies ſeſtertio: quo ergo eam (inquit) minoris fore æſtimas ſi decem arbuſculas inde ſuccidero? ipſe tricies ſeſtertio inquit Domitius. apud Ciceronem in Philipp. ii. ſeſtertii in genitiuo legitur. Syngrapha ſeſtertii centies per legatos viros bonos: ſed timidos & imperitos facta in gynæcæo. ſic apud Tacitum libro. xii. fixum eſt ære publico ſenatuſconſ. quo Libertinus ſeſtertii ter millies poſſeſſor antiquæ parſimonię laudibus cumulabatur. Idem eodem oratore Bononienſi Coloniæ igni hauſtæ ſubuentum eſt centies ſeſtertii largitione. In Tranquil. ſemel omnino legi vbi in Tyber. ſic inquit. publice munificentiam bis omnino exhibuit: propoſito millies ſeſtertio gratuito in triennii tempus. Illud apud Tacitum aut mendoſum eſt aut inſolens: bis & vicies mille ſeſtertium donationibus Nero effuderat: millies enim lego non mille. Liuius poetarum more abſolute dixit libro octauo de bello Macedo. in. L. (inquit) Scipione malim equidem mendum q̃ mendacium ſcriptoris eſſe in ſumma auri atq̃ argenti: & potius quadragies q̃ ducenties quadragies litem æſtimatam. eo magis q̃ tantæ ſummæ rationem etiam ab ipſo requiſitam. P. Scipione in ſenatu tradunt. librumq̃ rationis eius cum. L. fratrem afferre iuſſiſſet inſpectante ſenatu ſuis ipſum manibus compreſſiſſe: indignatum q̃ cum bis millies in ærarium rettuliſſet: quadragies ratio ab ſe poſceretur. vbi tamen non compreſſiſſe ſed concerpſiſſe lego. ſic Cicero. In frumentaria ſic per triennium ad hanc frumenti emptionem centies & tricies erogatum

Seſtertio

Seſtertii.

eſt. Illud Plinii ad Caluiſium in quinto epiſt. An cui de meo ſedecies contuli: ita lego. an cui de meo ſeſtertium decies contuli: huic. cccc. millium paulo amplius tertiam partem ex aduentitio denegem? quadringenta enim ſeſtertia tertia pars eſt duodecies ſeſtertium. & paulo amplior tertia parte decies ſeſtertium: id eſt mille ſeſtertiorum. Fuit autem cum exiſtimarem omnino ita loquendum eſſe: vt poſt aduerbium ſemper genitiuum pluralem ſubiungeremus: hoc modo qui ſupra relatus eſt: hominem prætorium minoris ſeſtertium tricies damnari non poſſe: & ſexagies ſeſtertium margaritam mercatus eſt. quoniam ſermo integer hoc poſceret: in quem contracta oratio ſic reſoluitur: ſexagies centenis millibus ſeſtertium nummorum margaritam mercatus eſt. Quare illum loquendi modum quadragies ſeſtertio ſolatus eſt: & Libertinus ſeſtertii ter millies poſſeſſor: iudicabam errore legentium librariorũq̃ ignorantia in exemplaribus inualuiſſe. Aliter tamen nunc cenſeo. Quum huiuſce modi locutione etſi contra rationem recepta: tamen libri magnorum auctorum ſcateant. Quale illud Ciceronis in Salluſtium ſimile ſupradictis: ne cauſam diceret ſeſtertio duodecies cum Cenſore paciſcitur. vel cum Cæſare potius vt in antiquo legimus. Contra tot tantorũq̃ ſcriptorum auctoritatem mouere nos non poteſt Lampridii dictũ in Heliogabalo. nunq̃ minus ſeſtertiis centum cœnauit: hoc eſt argenti libris triginta. aliquando autẽ tribus millibus ſeſtertiis cœnauit omnibus ſupputatis quę impendit. antiqui enim ſcriptores non tria millia ſeſtertia ſed tricies ſeſtertium dicebant. Inter claſſicos autem ſcriptores nec Lampridius: nec Spartianus: nec Capitolinus numerari meruerunt. auſim enim affirmare raro antiquos vltra mille ſeſtertia ſcripſiſſe. ac neſcio etiam an rariſſime mille dixerint: quomodo nunq̃ aduerbiis vſi ſunt infra denarium numerum. alioquin ambiget ſermo inter ſingulos millenoſq̃ nummos. qui enim minus intelligas his Lampridii verbis Heliogabalum tribus millibus nummũ cœnauiſſe q̃ ter millies millibus: id eſt tricies centenis millibus? & tamen Lampridius plus omnino cẽtenis millibus dicere voluit id eſt centenis ſeſtertiis. alioquin etiam parum latine dicitur tria millia ſeſtertia & tribus millibus ſeſtertiis: etiam ſi apud Ciceronem ita legatur pro Cluentio: vel in libris membranaceis. Stalenus ſeſtertia ſexcenta quadraginta millia deferri ad ſe domũ iuſſit. & ſæpe alibi apud Col. Pli. & alios: quæ mendoſa eſſe facile cõiicimus. nam & apud Ciceronem poſt alteram ab eo loco chartam ſequitur. ſexcenta & quadraginta nummum millia ad Stalenũ eſſe delata. ſic pro Fonteio. quid vociferabere decem millia talenta Gabinio eſſe promiſſa? vbi talentum gignendi caſu lego: quomodo legendum eſſe apud Curtium ex membranaceo codice admonitus ſum. hic enim error volumina paſſim iam olim occupauit errore librariorum: qui ea verba numerorum quæ notis ſcripta erant: vel vna aut altera ſyllaba dimidiata: integra tranſcripſerunt: nec numerandi rationem antiquam: nec latine loquendi tenentes. & alioquin ſeſtertius nummus & ſeſtertium genere neutro caliginem multam legentibus offuderunt. nam vt pro nummo ſeſtertium in recto dictum ſit mihi perſuadere non poſſum. etiam ſi apud Feſtum Pliniumq̃ ſemel legatur. ſed ex

Seſtertio quadragies.

Seſtertiũ

collatione antiquorũ voluminum suspectum locum Plinii animaduerti, vt aũt vsq; quaq; priscam elegãtiam: multa iam rubigne ignorantiæ exesam: ita reddamus interpolẽ vt ex pristino nitore desiderari nihil possit: vnum tantum locum Ciceronis ex. prętura vrbana citabimus qui ad hoc ostendendum cum prącedentibus satis erit: in qua oratiõe de ratiõibus quęsturę prouincialis relatis a Verre loquens sic inquit: verba ipsa rationum referens. Accepi vicies ducenta. xxxv. millia quadringentos. xvi. nummos: dedi stipendio: frumento: legatis: proquęstori: cohorti prætoriæ sester. Mille sexcenta. xxxv. mil. quadringentos decem & septem nummos: reliqui Arimini sestertium sexcenta millia. hoc est rationes referre? Hoc modo aut ego: aut tu Hortensi aut quisq̃ hominum rettulit? Quæ verba ex collatione Asconii contra fidem exemplarium emẽdauimus: & nisi hoc modo legantur ratio expensi acceptiq; non quadrabit: quam necesse est quadrare si sensum Ciceronis percipere volumus. Siquidem ille Verrem carbonis quęstorem pecuniam publicam auertisse criminatur: falsis ac cõmẽtitiis rationibus ad ærarium relatis: eas autem commentitias hoc argumento probat: q; acceptorum expensorumq; paginæ ad nummum quadrarint: ita vt nihil superfuerit reliquamenti: quod fieri vix potuit nisi in confictis rationibus. Cũ igitur pagina accepti vicies centena millia & ducenta trigintaquinq; millia & quadringẽtos decẽ & septem nummos habuisset: Verres sestertia (vt ita dicã) mille & sexcenta. xxxv. quadringentos. xvii. nummos: variis nominibus expensa rei pu. tulit: & sexcẽta sestertia Arimini deposuisse sese ascripsit: ne de residuis pecuniis teneri videretur. Notandus ergo loquendi modus antiquorum: accepi vicies & ducẽta hoc est bis & vicies sestertium: quod Cicero vel Verres potius dixisset: nisi minores illas summas addendas habuisset: id est. xxxv. millia quadringentos nummos. Notandum tamen q; sestertia mille sexcenta dixit quod rarum est. Cęterum illum Lampridii locum alioquin mendosum esse ex sequentibus apparebit: vt pro triginta libris. ccl. legi debeat: nisi fateri malim Lampridii tempore priscum illum morem loquendi iam obsoletum fuisse: vt & ipsam linguam prope latinam. Interim tamen hoc velim lectores sibi persuadeãt. ita me omnia pcepta: probata: comp̃hensa: perspicua: indubitata: demonstrata deniq; ac plane non controuersa relicturum: vt posthac referri earum rerum quęstio ex iis scriptoribus non possit qui sæcula sua stilo nobilitarũt. Verum eo iam progressa est commentatio: vt primus hic liber finem accipere commode possit: assis enim partiumq; eius significatus: atq; eorũ verborum vsum q̃ latissime patet apud antiquos exposuimus: ita vt nihil addi ad prædicta (vt existimo) possit: quin a nobis in sequẽtibus expectandum sit. diximus quid sit sestertius: quid sestertia: quid sestertiũ cũ aduerbiis numeralibus iunctũ vsumq; eorum verborũ oratoribus & poetis multipliciter vsurpatum addidimus: oiaq; (vt opinor) eodẽ pertinentia: citatis: enarratis interdũq; emendatis scriptorũ auctoritatibus quæ in ordinem dicẽdorum incurrere videbãtur. hac igitur fine librũ primũ claudemus: vt hoc velut interspiratu recolligere impetum ad secundum actum non minus argumentosum possimus.

Guillielmi Budæi Parisiensis Regii Secretarii de Asse & partibus eius: Liber Secundus.

Estat pars immensi laboris in hoc libro explicanda. etenim prima illa opera quasiq; ærumna exanclata: demũ qd̃ actum erat parũ videri cœpit: nisi & altera lucubratio ei haud dubie cõnexa & velut e vestigio sequẽs instauraretur. siquidẽ existimaui (vt est animus humanus nullo nisi suis numeris omnibus cumulato explebilis) qui a nobis hactenus dicta p bassent: haud tamen ipsos iisdẽ acquieturos: nisi vt antiqui pecuniæ calculi deph̃ensa vocabula tenerẽ: sic etiã eorũ æstimationẽ colligerẽ. Etenim quonã tandẽ pacto cõmerciũ iustũ plenũq; cũ ætatis priscę monumentis habebimus: si eorũ numismatis indicatio exactaq; æstimatio nos fugerit? perinde atq; si qui negotiatores in gentẽ exterã merces petant: quæ quãti ab ea gente indicentur non percipiant: sed pro suo quisq; captu preciũ iis statuant. Quare omnino faciendũ nobis est in hoc opere vt nihil posthac memorabile apud quẽq̃ latinorũ: aut apud gręcos historicos de rerũ preciis aut de publicis priuatisq; opibus legatur: quin id a nobis ad nũmũ ære nobis æquali æstimetur. ac neid quidẽ modo: sed etiã vt atticũ argẽtũ Romano permutemus. ac porro etiã cõmentãtes eousq; pergamus: vt vel corollariũ pronũciatæ dicẽdarũ rerũ summæ addidisse iudicemur. Qd̃ cũ effecerimus (facturũ. n. oino me recipio) quid iam causæ erit quin oẽs libri in latinã linguã: aut latini in vernaculã versi: hac omnino parte illustrati videãtur? Hoc aũt vt assequamur ab integro rursus ordiendã rẽ habemus. Itaq; vt antea dictum est Seruius rex primus æs signauit. signatum est autẽ nota pecudum: vnde & pecunia appellata: maximus autẽ census (inquit Pli.) centũ & decẽ millia assium illo rege fuit. & ideo hæc prima classis. Cum igitur apud antiquos millia æris legimus millia assium intelligere debemus. Liuius lib. v. ab vrbe condita de Camilli exilio loquẽs: absens (inquit) quindecim millibus grauis æris damnatur. de hoc loquẽs Plutar. in eodem Camillo ita inquit. Ille igitur quemadmodũ olim Achilles imprecationes aduersus ciues fouẽs: absens damnatus est quindecim millibus assium: qui numerus ad argenti rationẽ colligit mille & quingentas drachmas: nam argenteus assis erat: & hic ex decem æreis denarius vocabatur. Hactenus in Plutarcho latino legitur. ex quo intellígimus denariũ fuisse argenteum: & denis assibus valuisse. assis autẽ a Plutar. pro æreo nũmo ponitur. nam latini assem nunq̃ argenteum nomisma appellauerunt. Iam igitur habemus ex Plutarchi auctoritate centũ & decem millia æris: quæ olim prima classis. i. summus census fuit: vndecim millia drachmarum valuisse. & supra probatũ est auctoritate Plinii drachmam & denariũ eodem pondere fuisse. ita iam constat: centum millia æris quadraginta sestertium millia valere cum quaterni sestertii denos æris asses valeant. Sic Camillus cũ quindecim æris millia dissoluere nequiret id est sex millia nũmũ: exilii causa solum vertit. As igitur æreus erat & paruæ æstimationis: vt supra demõstrauimus: & ex Catullo

Millia æris.

Denarius.

Cẽtũ ęris millia.

patet illis versibus: Viuamus mea Lesbia atq; amemus: rumoresq; senum seueriorum omnes vnius æstimemus assis. Denarius autem argenteus decem libris æris id est assibus decem valebat. Et quinarius quinq; hoc est denarii dimidium: vt sestertius quinarii dimidiatũ: hoc est duos asses & semissem. Erat & quadrans (auctore Plinio) nũmulus: qui & triuncis vocatus est a tribus vnciis. vt enim sestertius quarta pars est denarii: ita quadrans quarta pars assis: hoc est libræ æreæ. quę cũ erat argenteanõ assis argẽteus sed libella dicebatur: vt supra docuimus. Fuit etiã triens nũmus tertia pars assis. Cæterũ quẽ quadrantẽ. Pli. & triuncem appellat: Cicero teruncũ appellauit li. iii. de finibus: his verbis. Interit. n. magnitudine maris ægei stilla maris: & in diuitiis Crœsi terũcii accessio. & ad atticũ li. v. Spero toto anno imperii nostri teruncũ sumptus in prouincia nullũ fore. Varro: Teruncius (inqt) a tribus vnciis dictus: q; sit libellæ quarta pars quomodo & quadrans assis. Iam antea ostẽdimus librã & minã centum drachmarũ ac totidẽ denariorũ fuisse. qua ratione patet quadringentos sestertios in libra fuisse. nũc centũ sestertios vno aureo valuisse docebo. Trãq. in Othone. nullo igit officii aut ambitionis in quẽq; genere omisso: quoties cœna principẽ acciperet: aureos excubanti cohorti viritim diuidebat. Plutar. in eodẽ χρυσοῦν ἑκάστῳ διανέμων dixit: id est aureum singulis distribuẽs. Tacitus de eodem li. xvii. flagrantibus iam militum animis velut faces addiderat Meuius Pudens e proximis Tigillini. is nobilissimum quẽq; ingenio aut pecuniæ indigum & in nouas cupiditates precipitem: alliciẽdo: eo paulatim progressus est vt per speciẽ cõuiuii quotiẽs Galba apud Othonẽ epularetur: cohorti excubias agenti viritim centenos nummos diuideret. quã velut publicã largitionẽ Otho secretioribus apud singulos premiis intendebat. Aureum Trãq. & Plutar. dixerunt quod Tacitus centenos nũmos dixit. Ita tamen vt intelligamus Othonem non manu sua (ne in suspicionẽ affectati imperii veniret apud Galbam) Sed per Meuiũ Pudentẽ militibus dedisse. Cum hoc dicto pugnat id quod a Iustiniano principe dicitur in institutione iuris titulo de successione libertorum: his verbis. Sed nostra constitutio ita causam diffiniuit: vt si quidẽ libertus vel liberta minores cẽtenariis sint: id est minus cẽtũ aureis habeãt substãtiã (Sic enim legis Papiæ summã intepretati sumus ac si pro mille sestertiis vnus aureus cõputetur) nullum locũ habeat patronus in eorũ successione. nos vnũ aureũ cẽtum sestertiis æstimamus: Iustinianus mille. Sed huic obiectioni ita respondeo: æstimationem hoc in loco nõ iustam: & vt græci appellant argyrognomonicam esse: hoc est a collybo vel nũmulariorum taberna petitam: Sed pro arbitrio legem condentis factam. cui hoc placitum est de centenariis libertis sancire. quod pridem lex Papia de millenariis statuerat. Si quis enim totum illum locũ diligenter animaduertat: facile (vt opinor) iudicabit Iustinianum legi Papiæ non in eo tantum derogasse q; patronus olim liberto etiam liberis intra numerum ternarium extãtibus in quadrãtem succedebat: Sed etiam in eo q; qui liberti olim centenarii dicebantur a centum sestertiis: nunc centenarii dicuntur a centum aureis: quæ multo minor est summa. Potuit & numerus corrumpi vt mille pro centum legatur errore ex notulis orto vt infra vide-

Quinari9
Sesterti9
Quadrãs
Triuncis.
Terũci9.
Sestertiis centenis aure9 estimat9.

bimus: leges Papiæ multæ fuerunt: vel vna fuit multiplex. Meminit Ci. pro Archia legis Papiæ. Tranquil. in Claud. Tertul. & Lactantius lib. pri. Mouere igitur dictum illud Iustiniani neminem debet contra tot tantorũq; scriptorum auctoritates. sestertius enim nunq̃ æreus fuit. Sed ab initio statim duos asses & semissem valuit. Assis vero æreus erat. Pli. de Ladano lib. xii. Precia sunt laudatissimo in libras asses. xl. & de Hammoniaco: precium optimi in libras asses. xl. In antiquissimis tamen vtrobiq; asses xxx. legitur. quando autem non addit nomen nummi quisnam intelligendus sit hæsito. Vt de Casia ibidem. precia nulli diuersiora. optimę in libras xl. cæteris. xv. Sic enim in antiquis omnibus legitur. Vtrum ne igitur asses: an sestertios: an denarios intelligamus? Et rursus ibidem de Myrobolano. precium in libras. x. Sic enim in antiquis legitur: licet in impressis libras binas legatur. Sed obiter locus ille de Casia emendandus est qui sic in impressis libris legitur. Frutex & casia est: iuxtaq; cinnami campos nascitur. sed in montibus crassiore sarmento: tenui cute: quem conteri atq; in cinnamomo leuari & exinaniri precium est. Ego ex antiquorum obseruatione lego: quem contra atq; in cinnamomo labare & exinaniri precium est. supra enim de cinnamomo loquens Plin. Vilissimũ virgulti quod radicibus proximum: quoniam ibi minimũ corticis in quo summa gratia. Illud leuius erratum de Ladano supradicto. sunt qui herbam in cypro ex qua id fiat Ladam appellent: etenim illi Ladanum vocant. In eo loco sæpe hæsi: anteq̃ ex antiquis Ledam & ledanum legendum esse deprehẽdi. Eodem in libro de Bdellio. preciũ sincero in libras decem tantũ. In antiquis nõ tantũ sed terni legitur: fortasse pro sestertii. notum est enim sestertiũ duabus virgulis erectis & semisse scribi solitum: vt hodie in Verrinis Ciceronis legitur. quod notam ternarii numeri librarii esse putauerunt: q̃tum coniicere possum. Verũ asses. xl. Pli. pro quatuor denariis dixit. asses enim Pli. æreos nũmos intelligit æris grauis libra valẽtes. Cornelius nepos de frugalitate Pomponii attici loquẽs. nec id (inquit) præteribo: q̃q̃ nõnullis leue visum iri putẽ: Cũ imprimis lautus esset eques Ro. & non parũ liberaliter domũ suam omniũ ordinũ homines inuitaret: scimus non amplius q̃ terna millia æris peræque in singulos mẽses ex ephemeride eũ expẽsum sumptui ferre solitũ. atq; hoc nõ auditũ sed cognitũ p̃dicamus. millia æris dixit ad differẽtiã milliũ nũmũ vel sestertiũ. Liuius li. vlti. de. ii. bel. punico: de Scipione loquẽs. Argẽti tulit in ærariũ põdo cẽtũ millia. militibus ex p̃da quadragenos æris diuisit. & li. ii. de bel. Macedonũ de triũpho Quintii. duceni qnquageni æris in pedites diuisit. & rursus li. p̃dicto. bel. punici. legatis in singulos dona ne minus quinũ milliũ: comitib9 eorũ mille æris. Mille æris dixit, p cẽtũ drachmis: id est argẽti libra. Sed genus nũmi dati exprimere voluit. & li. ix. de bel. Maced. senatus cõsultũ factũ est vt singulis cẽtena millia æris q̃stores vrbani ex ærario darẽt. Hoc in loco quadragĩta millia sestertiũ itelligẽdũ dico. qd̃ nisi æris addidisset: ego cẽtũ sestertia itelligerẽ: q̃q̃ si exẽpla in medĩũ afferã: vix controuersias expediã. Pli. li. xv. de copia olei loquẽs. Vrbis qdẽ anno qngẽtesimo quĩto Appio Claudio Cęci nepote: L. Iunio cõsulibus olei libræ duodenę assib9 vęniere. & mox ãno sexcẽtesimo octogesimo. M. Serui9 ædilis curulis olei denas libras singulis assib9

Sesterti9

Pli. locus.

Mille æris.

prestitit popu.Ro.per totũ annũ.Idẽ li.xviii.de arborũ frugeferarũ pre-
ciis loquẽs.nec min⁹ miraculũ in pomo est: multarũ circa suburbana fru
ctu annuo addicto binis millibus nũmũ:maiore singularũ redditu q̃ erat
apud antiquos prędiorũ.Fidẽ hoc dictum excedet si vera sunt quę dixi-
mus vt nũmi appellatiõe sestertiũ intelligere oporteat:& sic arboris vni
us vsumfructũ credam⁹ in annos singulos duobus millib⁹ sestertiũ cõdu
ctũ a ꝓpola vt in eo quęstum faceret:& in eadẽ vrbe denas olei libras aut
etiã duodenas singulis assibus aliquãdo venũdatas:cũ singuli sestertii di
pondiũ & semissem valuerint.Primũ hoc respõdeo vilitatẽ illã olei semel
aut iterum cõtigisse:q̃q̃ nõ tam negociationem aut venditionẽ fuisse pu
to q̃ largitionẽ ædilitiã ad plebeiũ fauorẽ emerendũ:vt alibi dicet.quod
autem ad mercedem annuam singularum arborum attinet:non tam mi
rari id conuenit q̃ id quod ab eodem libr.xv. de persicis duracinis dici-
tur:quod genus ætate Plinii insitione repertum est:æstate (inquit ille)
præcocia intra.xxx.annos reperta:& primo denariis singulis venunda-
ta.& paulo inferius:precium (inquit) singulis iam triceni nummi fue-
re: nullius maiore: quod miremur:Quia non aliud fugacius .longissima
namq; decerpto biduí mora est: cogitq; se venundari.His verbis plane
significat singula persica sestertiis primum quaternis venundata:post
ea augescente gratia (vt fit) aliquando precium ad tricenos nummos
euasisse:quare non mirum est singulas arbores bina millia nummum an-
nuo redditu meruisse cum septem & sexaginta poma hanc summam cõ-
ficere potuerint tricenis nummis singula venundata.Causa autem assi-
gnans tanti precii subdit Pli.vndiq; pomum innocuum expetitur ægris:
vel agris vt in antiquis legitur.huiusmodi hodie duracina nomen reti-
nẽt in Britãnia aremorica.Transeamus ad reliqua. Idem Pli.li. viii. asi-
num quadrigẽtis nummis emptum.Q.Asio senatori: auctor est.M.Var-
ro.Haud scio an omnium precio animalium victo:opera sine dubio geru
li mirifica arando quoq;.Sed mularum maxime progeneratione: patria
etiam spectatur in iis:arcadibus in Achaia:in Italia reatinis. Sic omnia
habent exemplaria etiam antiquissima.Plinius admiratur asinam reati-
nam quadringentis nummis emptam:tametsi gerulam & aratricẽ & pro
lificam:existimatq; hoc precium maius esse omnium animalium precio
nedum veterinorum:& plurís tamen Romę persica.xiiii. venisse eodem
auctore affirmauimus.Vereor ne hęc Plinii Salebra huius inuenti nostri
cursum hactenus (vt arbitror) inoffensum aut moretur:aut plane inter
pellet:etsi quod sequitur addã:ne cõmẽtarii nostri processus hęreat.q̃st⁹
(inquit) ex iis opima prędia exuperat. notũ est ĩ celtiberia singulas qua
dragenis millibus nũmorũ emi ad mularũ maxime partus.Si nũmi sem-
per sestertii intelligũtur: quonã modo hęc loca duo cõuenire pñt? Hic si
dixero locũ mẽdosum eẽ:trãsultare vtiq; cõfragosa loca:nõ equabili gres
su ꝓtrãsire dicar.Quod tñ quia & alibi necessario mihi faciẽdũ ẽ:hic a le
ctorib⁹ impetrare illud habeo:mihi quidẽ nõ iniqs:vt si hoc ĩstitutũ meũ
hoc ĩ loco haud dubie insigni:approbauero: valeat ĩ futura quoq;: siqua
forte auctoꝝ iteritu destituẽt testimonio.Audiam⁹ igit Varronẽ ipm li.
iii.reꝝ ru.quẽ Pli.dicti sui auctorẽ locupletissimũ eẽ cẽsuit:ĩ cui⁹ dialogis

Mira pre cia pomo rũ Romę

Duraci na ꝑsica.

Memora bilis asi nus.

Asina reatina.

Appius Claudius Augur ad Axium senatorem ita inquit. Qz si ea ædi-
ficia villæ non sunt: quæ asinum tuum quem mihi quadraginta millibus
emptum ostendebas:apud te non habent:metuo ne pro villa emam ostiæ
in littore Seianas ædes. Apud Plinium quadringentis nummis legitur:
apud Varronem ipsum quadraginta millibus vtrobiq; corrupte. vt enim
nummis pro millibus illic legitur:sic quadraginta hic pro quadringentis.
tametsi vix intra fidem id stabit cum ad æstimationem millium nummo-
rum venerimus. Hoc tamẽ cum ex Plinio videtur:qui prius hoc precium
Romæ admiratus:mox translatitium in Celtiberia esse tradidit:tum ve-
ro ex eodem Var.libro.ii.eiusdem operis his verbis. Qui non habẽt eum
asinum quem supposuerunt equæ:& asinum admissarium habere volũt:
de asinis quẽq; amplissimũ & formosissimum q̃ possunt eligunt: quiq; se-
minio natus sit bono: arcadico vt antiqui dicebãt: vt nos experti sumus
reatino:vbi tricenis ac quadringentis millibus admissarii aliquot venie-
runt. quo in loco tricenis & quadringenis millibus lego. q̃q̃ hic rursus
æstuare necesse est. Idem enim Varro alibi de eligendo pecore loquens:
primum (inquit) vt bonum pares pecus: scire oportet qua ætate quãq;
pecudem parare habereq; expediat. altera pars cognitio formæ. tertia
pars est.quo seminio querendũ.hoc enim nomine asini Arcadici in Græ-
cia nobilitati:in Italia reatini:vsqeo vt mea memoria asinus venierit ses-
tertiis millibus sexaginta & vnæ quadrigæ Romæ constiterint quadrin-
gentis millibus.Semel iam testati sumus vbicunq; apud antiquos sester-
tiis & millibus coniunctim dicitur:non sestertiis sed sestertium legẽdum.
quare hic sestertium non sestertiis lego.Sed loca sic citare necesse est vt
apud auctores legũtur.quod in vniuersum dictum esse velim. Sed quod
ad rem pertinet: Varro in persona Scrophæ miratur asinũ memoria sua
emptum sexaginta millibus: & asinos quatuor iugales quadringentis.
Quare dubius maneat hic locus Plinii necesse est: ita tamen vt lotos qui-
dem pedes ex maculoso loco conflictatione non multa expedierim.Atq;
eadem opera locum Plinii inibi restituemus. quod enim in omnibus im-
pressis libris legitur:nec nisi spatiose incubant:alias atterũtur.varia nãq;
somnio visa concipiunt:ictu pedum crebro:qui nisi per inane emicuerit:
repulsu durioris materiæ clauditatem illico affert:id ego ex antiquis exẽ-
plaribus lego: nec nisi spatiosa incubitant laxitate: varia nanq; & cætera.
Illa enim duo verba alias atteruntur: temere ab emendatoribus sunt ad-
dita. quæ superuacanea esse satis ex eo apparet: q; sequitur: claudos illi-
co fieri. Et hic Hermolaus Barbarus gloriabitur se Plinium emendasse?
Altera etiam castigatione repetitum? sed pergamus porro. Idem Pli.li.x.
maxime tamen insignis est in hac memoria Clodii Aesopi tragici histrio-
nis patina:sexcentis sestertiis taxata.In qua posuit aues cantu aliquo aut
sermone vocales:nũmis sex singulas coemptas. nulla alia inductus suaui-
tate nisi vt in iis imitationẽ hominis mãderet:ne q̃stus quidẽ suos reueri
tus illos opimos & voce meritos. dign⁹ prorsus filio a quo diximus deuo
ratas margaritas. Ego antiqssimũ exẽplar habeo:in quo hoc verbũ num-
mis deletitio loco scriptũ erat:vt cõiiciã nõ nũmis sed millibus prius scri-
ptũ fuisse: omnino.n.sic legendũ est, centenariam.n.patinã Aesopi fuisse

Patina æsopi.

intelligimus: id est centenis auibus structam: millibus senis coemptis: vt in summa sexcẽta fierent sestertia. de qua idem Plin. libro.xxxv. nam nos (inquit) cum vnam patinam Aesopi tragœdiarum histrionis in natura auium diceremus sestertiis sexcentis stetisse: non dubito indignatos legentes. Hæc & huiuscemodi alia incredibilia omnino primore sensu videbuntur: sed cum omnia in discussionem venerint: inuicem sibi fidem vt faciant peruincemus. opulentia enim Romana simul & luxuria intelligentur: quæ instar (vt arbitror) habebunt historię cuiusdam varię & admirandæ. Sic enim rem tẽperare oportuit vt non magis in abaculo manus occuparetur: q̃ animus rerum intelligentia interim oblectaretur. Sed iam videamus de columbis apud eundem Pli. lib.x. harum (inquit) amore insaniunt multi: ac super tecta exædificant turres iis. nobilitatemq; singularum & origines narrant vetere iam exemplo. Laxius eques Ro. ante bellum ciuile Pompeianum denariis quadringentis singula paria vẽdicauit: vt. M. Varro tradit. licet in omnibus exemplaribus & laxius & vendicauit legatur: tamen &. L. Axius & vẽditauit lego. cum Varro de pullis earum loquẽs ita dicat. Romæ si sunt formosi: bono colore integri: boni seminis: paria singula vulgo veneunt ducenis nummis. nec non eximia singulis millibus nũmũ. quas nuper cum mercator tanti emere vellet a. L. Axio equite Ro. minoris quadringentis denariis datum negauit. Hactenus Var. si ergo paria singula columbarum non semel sed sæpe mille sestertiis nũmis vendita sunt: aliquando etiam mille & sexcentis id est quadringentis denariis: cur non & aues humano sermone vocales sex millibus eadem in vrbe vendi potuerunt? quas tamẽ apud Pli. sex nummis emptas legimus: errore eorum sæculorũ quæ in rei nũmariæ verbis prorsus nihil viderunt. Summa igitur prædictorum est: mille sestertium & mille nummũ: duo millia ac quingentos æris valere. & mille drachmas decem millia assium: & quatuor. M. sestertium. porro centum drachmas vnam minam argenti efficere: quæ & libra & pondo dicitur. At vero libras duas argenti & semissem: seu vt veteres dixerunt duapondo & semissem: mille nummũ valuisse. Hoc etsi satis antea confirmatum est: tamen & auctarium hoc addemus: ne cuiq̃ non satisfaciamus in ea re in qua ab omnibus dissentimus. Liuius libro. ii. de bel. punico. In permutandis captiuis conuenerat inter duces Ro. Pœnũq; vt quæ pars plus reciperet q̃ daret: argenti pondo bina & selibras in militem præstaret. de quo conuento Plutar. in Fabio loquens. Conuenerat (inquit) inter Ro. Pœnũq; ducem: ex captiuis virum pro viro commutare. & qui plus reciperet q̃ redderet: pro quolibet drachmas ducentas & quinquaginta soluere t. Plutarchus quinquaginta drachmas pro semipondio dixit. hic libens omiserim si possim errorem Nicolai Perotti hominis de lingua latina bene meriti. qui in cõmentariis suis de hac re loquens ita inquit. Pondo licet aliquando pro libra inueniatur: proprie tamen significat pondus duodecim librarum. huiusq; dicti auctorem citat Liuium in loco supradicto: quasi Liuius pondo bina & sex libras non selibras vocabulo composito dixerit: quasiq; in capita statuerint imperatores illi tricenas libras argenti: quod longe abest a vero. q̃q̃ Perottus Homo elegan-

Colũbarũ precia.

Nicolai Perotti erratũ.

tiarum obseruantissimus videre illud debuit: Liuium non pondo bina & sex libras dicturũ vnq̃ fuisse: sed senas potius libras. Hic nominare eos necesse non habui qui eius errorem totidem verbis in suos ipsi commentarios rettulerunt. Idem Liuius libro. ix. de bello Macedon. de censura Catoniana loquens. In censibus quoq; accipiendis tristis & aspera in omnes ordines censura fuit. ornamenta & vestem muliebrem & vehicula quæ pluris q̃ quindecim millium æris essent in censum referre viatores iussit. Item mancipia minora annis viginti: quæ post proximum lustrum decem millibus æris aut eo pluris venissent: vt ea quoq; decies pluris q̃ q̃ti essent æstimarẽtur. De hac item cẽsura Plutar. in eodem Catone: vt igitur (inquit) in omnes animaduerteret: coegit vestis: carpenti: mundi muliebris & domesticæ supellectilis decuplum amplius in censum referri: q̃ earum rerum precium sineret si mille & quingentas drachmas excessisset. His auctoritatibus fidem omnino facio centum drachmas mille æris valere: & pondo id est libram centum drahmis: & mille æris par fuisse. at denarium & drachmam eundem fuisse nummũ: aut eiusdem certe ponderis & æstimationis auctore Plinio demonstratum est: & denarium quaternos valuisse sestertios. Quare in singula pondo & in singulas libras minasq; quadringentos sestertios intelligere necesse est. Proinde operis instituti partem profligatam habemus. vel materiem potius (vt Plautino verbo loquar) exasceatam. Quam si coagmentare in instar operis absoluti volumus: omnia scriptorum dicta accommodare rebus iam explicatis necesse est: ita vt in opere tot auctoritatibus compactili nullus locus hiulcus: nulla commissura sit conspicua. Quod quanta vigilantia: q̃ acri intentione: quanto labore sit effectum: quanto deniq; literarum amore susceptum (nihil enim maius dicere de me possum:) ex operis ipsius compage apparebit. Ego cum hæc proderem: quo magis exacte omnia perpenderem: libellam & pondusculam in conspectu habui: nomismataq; antiqua aurea argenteaq; satis multa: iampridem vt minime in hunc vsum parata: sic admiratione visendæ antiquitatis in delitiis habita. eorum lectissimũ quodq; expensare institi diligentia vt arbitror nũmulariorũ æmula. Quippe adulterata quædam visuntur: & ad exemplar archetyporũ fusim cusimq; ita effigiata vt pro archetypis fallant: cuiusdam (vt aiunt) pigmẽti affrictu vetustatem ementientia. Vt igitur vnũquodq; certissimam prisci æui notã habere videbatur charactere vel collybo detrito: vel vetustate fugienti & æui situ obscuro: ita in libella a me statuebatur. Inter argentea (vt auspicato exordiar) vnũ erat Ciceronis: vna parte integrum. in qua caput galeatum: decora facie plenaq;. promissa cæsarie: & erecta ceruice pendula. pone caput vnicum hoc verbum Roma: scriptum erat: nihil in ambitu. ex altera parte quæ semesa erat: currus triumphalis quadrigis trahebatur. subter quem inscripta hæc duo verba. M. Tulli. supra hæc verba. X. litera maiuscula: quam denarium significare arbitrabar ex Valerio Probo. Alterum fuit Cæsaris dictatoris. in quo caput collecto ac redimito capillo: facie longiore: naso decore prominenti: oblongaq; ceruice. A tergo sub charactere quodam obscuro Cæsaris nomen scriptũ erat prænomine nullo. sed dictatoris faciẽ ex scalptura antiqua noscitare didici. Quã Romę vidi: cuius

Libra nũmaria cẽtũ drachmas valet

Recensio nomismatũ priscorum.

Nomisma Ciceronis.

etiam exemplum ſcite effictum habebam. Erat etiam Auguſti: ea facie quæ a Suetonio deſcribitur: criſpo capillo ſolutoq; inſcriptione Cæſaris Auguſti. a tergo ſimulacrum veſtibuli ędis ſacrę ternis altrinſecus his literis: MART. VL. videlicet ob Martis vltoris ædem ab eo extructã. fuit & aliud eiuſdem eadem inſcriptione iiſdẽq; liniamentis formę: ſimiliq; capillo. In quo adnotaui faciem lęua mala prominẽtem contra aliorum nomiſmatum morẽ etiam eiuſdẽ principis. ab altera parte erat ſtella radiis ad marginẽ vſq; nomiſmatis expaſſis: crinito vno radio: tranſuerſaria inſcriptione diui Iulii. qd̃ intelligimus percuſſum ab eo fuiſſe poſt ludos funebres Cæſari conſecratos in honorẽ ſtellæ crinitæ quæ ſeptẽ diebus apparuit. tertii generis fuit etiam eiuſdem: iiſdem liniamentis habituq; eodem capitis. niſi q; oculus dexter eminebat contraq̃ in ſecundo: a tergo animal erat hircinis cornibus ac villoſo mento: duobus tantum cruribus iiſdẽq; biſulcis: quibus quaſi brachiis orbem amplexabatur. omnino armorum tenus hircus: cætera piſcis. cuidam rei incumbens quã agnoſcere non potui. inſcriptione vnius nominis Auguſti. Id fuit genus nũmi quod Auguſtus ſyderis capricorni nota p̃cutere inſtituit ob geniturę ſuæ honorem: quam ei olim Theogenes mathematicus Apolloniæ exiſtenti viuo adhuc Iulio Cæſare: prædixerat imperatoriam eſſe. Quare cum thema ſuum id eſt horoſcopi configurationem inuulgari vellet: huiuſmodi nummũ percuſſit vt auctor eſt Suet. habebam vnũ a. M. Agrippa ob cõſulatum percuſſum: facie nec Iulii nec Auguſti: hac inſcriptione Cæſar diui Iulii. F. altera pars pura erat: in qua media hæc verba ſcripta. M. Agrippa cos. deſig. vnum inſigne notaui Auguſti & Antonii in triũuiratu reip. conſtituendę. ex altera parte Auguſti facies male expreſſa: hoc lemmate. Cæſar. imp. IIIVIR. R. P. C. in auerſa parte facies. M. Antonii ea plenitudine oris quæ a Plutarcho deſcribitur: & ex Cicerone intelligitur in ſecũda Antoniana: criſpo ſolutoq; capillo. ea ceruicis craſſitudine ex qua illam firmitatem corporis coniicere poſſes: quam ei Cicero in ea oratione obiicit: hoc lemmate. Mar. Antonius. IIIVIR. R. P. C. reliqua legere non potui: nec coniectura aſſequi quæ notis ſignificabantur. Cæterum ſcite expreſſa facies: & pulchrioribus literis circunſcripta q̃ ea pars quæ Auguſto dicata erat. Verum (vt quod nunc agitur agamus) cum horum aliorumq; nummorum pondus ad libellam exigerem: id eſſe verum deprehendi quod auctore Plinio diximus: & ex Plutarcho & Appiano comprobatur: drachmam ſcilicet atticam denarii Romani pondus habere. Quod vt docere poſſim rem ad pondera noſtra examinabo: ſed ita vt a nemine non intelligar. libram noſtrates duplicem habent. zygoſtatica libra eſt quæ regia dicitur: qua negotiatores & pigmẽtarii aromatariiq; vtuntur: omneſq; omnino qui appenſas merces venditãt. Hæc ſenũ denũ vnciarum eſt. eius ſemiſſem monetarii & aurifices & vaſcularii librã ſibi fecerũt marcã eã vocantes. Hac libra nunc vtemur ad id docẽdum quod ſuſcepimus. Libram igitur Romani in. xii. vncias diſtribuebãt. & vnciam in octo drachmas. Huius libræ beſſem: ſelibram noſtram regiam eſſe dico: cuius modus a zygoſtate publico ſtatuitur Pariſiis. hoc beſſe nunc vtemur pro libra quã marcam vocitamus. eãq; i vncias octonas tribuemus:

Libra Pariſina.

Libra zygoſtatica

Libra nũmularia.

vnciãq; rurſus in totidem drachmas: & drachmas ſingulas in terna ſcrupula: ita vt hemidrachmiũ ſequiſcrupulũ valeat. Primũ hoc dico drachmã Romanã atticam a noſtris vocitari groſſum: & ſcrupulũ denariũ: & obolũ eſſe nobis ſemidrachmã atticã: quã drachmã tolle noſtri ſterlinos duos & dimidiatũ dictitant. qua ratione pondus noſtrũ facile cõgruet cũ antiquo: hoc modo teneamus libra nõſtrã cũ latina libra cõparatã ſubſeſquiplã proportiõem habere: quã habet bes ad aſſem. quippe cũ libra noſtra (de octonaria ſemp loquor quã marcã vocitari diximus) quatuor & ſexaginta groſſos capiat id eſt octies octo. ſi triẽtẽ addideris beſſi. i. duos & triginta groſſos ſeu quaternas vncias: libra vtiq; efficies plenã antiquã: ſex & nonaginta drachmis conſtantẽ: vt ant ea dictũ eſt. qui numer9 exit ex vnciarũ numero p̃ drachmarũ nũerũ mltiplicato: hoc ẽ ex duodenario in octonariũ ducto. Hæc eſt exacta libre ratio: cui tamẽ ſemũciam addere nos oportet: cũ libra in ratione nũmaria cum mina greca exequata ſit: & plane ſit cẽtenaria. Erit ergo libra latina non modo ſeſqui altera noſtre libre id eſt ſeſquilibra noſtra: ſed etiã p̃terea quatuor drachmas habuiſſe intellegitur. Sed nihil hoc conturbare nos debet. Satis eſt em̃ ad facilẽ huius rei explicationẽ q; groſſus noſter cũ drachma attica conuenit: & denarius cũ ſcrupulo: groſſo aũt vocabulo vtar nõ verecũde: cũ latinũ verbum ſit: licet alio ſignificatu antiquis vſurpatũ. Nõ me latet apud pliniũ aliud de numero denariorũ i libra lectitari: ſed illud mox viderim9. nullã em̃ omino aut p̃uaricationis ſuſpicionẽ aut cõniuẽtię lectori reliquem9. oia in diſquiſitionẽ vocabũtur: cũ oia diſſoluere poſſim9 vel Herculis nodo perplexa: ſuſtineãt tantũ lectores iudicia quoad oia perlegerint. Interim tamen hoc affirmam9 in ſingulas libras centenas drachmas ſtatuendas eſſe: alioqui ſingula ſeſtertia cõtra oim ſcriptorũ auctoritatem denariis denis deficerentur: & ſingula millia quadragenis ſeſtertiis nũmis: cũ Luce clarius oſtenſum ſit quaternos ſeſtertios in ſingulis denariis drachmiſq; atticis fuiſſe. Verũ em̃ uero cũ nomiſmata prędicta cũ aliis permultis exquiſita libra penſitarẽ: deprehendi tullianũ illud & illud Auguſti Capricorno ſignatũ aliaq; nõnulla: ita pendere drachmã id eſt groſſum noſtrum: vt lanx ex equilibrio facile cũ numiſmate vergeret: contra aũt duo illa quorũ alterũ Cęſaris dictatoris: & alterũ Auguſti ſtellatũ erat: tã maligne groſſum pẽdere q̃ illa priora plixe: vt tãtũdem illis percuſſorũ auaritia deceſſiſſe diceres: quantũ illis acceſſiſſe benignitate ſeculorũ. Triũuirale equilibriũ faciebat quaſi ſeueris magis q̃ benignis auctoribus. In Marci. AGRIPPAE nũmo bilanx raptim ſidebat a põduſculo: quę i iuſto numiſmate etiã ſurrigi debet. In eo quarta & viceſima pars (vt minimũ) nõ detrita ſed detracta videbatur: in aliis itidẽ permultis par fere deceſſio: vt i eo Auguſti qui a poſtica facie hãc iſcriptionẽ habet: ob ciues ſeruatos: quã ambit corona gramínea: ſed tũ vt quiuis facile iudicaret drachmę põdere inſtitutas eorũ formas fuiſſe: eaq; ipſa tantidẽ oblocabilia. habebã & recẽtiorũ temporũ vt Maximini imperatoris & aliorũ principum: in quis & matris Alexandri. hoc lẽmate. Iulia Mamea Aug. literis iã a Romanis degenerãtibus ac ſemibarbaris. Cęterũ argẽto & pondere prędictis deteriora. Hęc ſufficere arbitrat9 ſum ad examiationẽ põderis quod

Groſſus p drachma attica

Scrupulus p denario gallico.

Libra romana eadẽ cũ mina græca

non in meis tãtum ſed etiã ni alienis nũmis exegi: quę plurima & omniũ
prope conſulũ atq; principũ vidi. Cõfectum igitur iã habemus libra Ro
manã centum groſſos noſtros habuiſſe. Quare ſi huius tpis ęſtimationẽ
ſequi volumus: in ſingula pondo Romana decẽ & ſeptẽ francicos tres ſo
lidos turoneos & nouẽ denariolos ſtatuere neceſſe eſt. æſtimationẽ nũc
legitimã ſequor & edictalẽ: nõ negociatoriã & vulgarẽ. edicto em̃ princi
pali libra argẽti vndecim francicis ęſtimata eſt: licet paſſim duodecim iã
vęneat. Cũ em̃ vt diximus libra antiqua ſeſquiliplex fuerit noſtrę: & ꝑter
ea ſemũciã habeat: pro. xii. vnciis ſedecĩ francicos & decẽ ſolidos nume
rabimus. pro ſemũcia. xiii. ſolidos & nouẽ denarios. Ita fit vt mille nũmi:
id eſt ſingula ſeſtertia: ęſtimari a nobis duobus & quadraginta francicis
vndeuiginti ſolidis & quatuor denariis debeãt: vel (vt ſumma rotũdet̃:
& minutiarũ tedio liberemur) tribus & quadragita frãcicis: hi ducatos
duos & viginti: & triginta quinq; ſolidos turoneos faciũt. Quibus ſi du
os ſolidos & ſemiſſem addas: fient ducati tres & viginti. ducatos legiti
ma ęſtimatiõe accipio: vt. xxx. ſolidis pariſinis valeãt. i. ſolidis turoneis tri
gita ſeptẽ & ſemiſſe. Hactenꝰ igitur legitimã iuſtãq; ęſtimationẽ i ſingu
la millia nummum habemus: niſi q; octo denariolos addidimus: id eſt beſ
ſem ſolidi. huic ſummę ad vulgarẽ ęſtimationẽ argenti paulominus qua
tuor francici deſunt: nã cũ argenti libra octonaria vulgo duodenis fran
cicis permutet̃ propter argẽti inopiã & nomiſmatis ieiunitatẽ: i ſingulas
vncias ad legitimum ꝑciũ bini ſolidi & ſemis accedũt: quas vncias i ſeſter
tiis ſingulis tricenas ſingulas eſſe oſtendimus: atq; eo amplius quadran
tem vnciæ: hi ſolidi paulo plus duobus ducatis valent ęſtimatione prędi
cta. qua ratione fit vt in ſingula ſeſtertia ſi extẽdere precium velis vulga
ri iudicio quinq; & viginti ducatos ſtatuere: aut certe totidẽ noſtros ſo
latos aureos poſſis. Ego tamen ad legitimã ęſtimationẽ nihil adderem: ſi
cõmodũ aliquem numerũ in eo nactus eſſem: quo veluti radice vti ad ma
iorũ ſummarũ cumulationẽ poſſem: id qm̃ fieri nequit: quindecĩ tm̃ ſoli
dos adiiciã: vt mille nũmum quiq; & viginti aureis coronatis ęſtimet̃: id
eſt quadraginta tribus francicis & dodrãte: ita vt coronatũ quinq; & tri
ginta ſolidis eſſe intellígam⁹ quãti ſcilicet locabatur vbere re nũmaria:
ſolidos aũt ſemꝑ appello qui duodenarii nũc dicũtur: in Italia nõ ignoti.
Proinde tãdẽ accedamus ad exẽpla: quaſiq; pedẽ cũ rerũ explicatiõe cõ
feramus: & primũ illud videamus trãquilli in Aug. quod corruptũ eſſe nõ
emẽdatũ ab enarratoribus diximus: ſenatorũ cẽſum ampliauit: ac ꝑ octi
gẽtorum milliũ ſumma duodecies ſeſtertiũ taxauit: nos duodecies ſeſter
tium docuimus ſignificare duodecies cẽtena millia ſeſtertiũ nũmum: &
in ſingula millia quinq; & viginti coronatos taxãdos cõſtituim⁹. ſi igitur
mille ac ducẽtos quinquies & vicies numeraueris: triginta millia corona
torũ cenſum ſenatoriũ fuiſſe cõperies: & ex trãquillo hoc noueris Augu
ſtũ cenſum ſenatorium ex viginti millibus ad triginta millia auxiſſe. Quo
aũt expeditius lector rationẽ eorũ quę dicẽda ſunt ineat: hoc tenere opor
tet: centum ſeſtertia duo millia & quingentos aureos coronatos valere:
hoc eſt centies vicenos quinos. vt aũt adhuc locũ ęgre & ſuſpicioſe euaſi
mus: ita ab hoc loco iam per prona eademq; amœna aliquandiu euagari

Aeſtimatio prędictorũ nomiſmatũ

Quanti mille nũmum ęſtimari debeat.

Cenſus ſenatorij

licebit: Idẽ Trãq. in Cęſ. Ludis Deci⁹ Laberius eques Ro. mimũ ſuũ egit:
donatuſq; quingẽtis ſeſtertiis & annulo: ſeſſum in quatuordecĩ ex ſcena
per orcheſtrã tranſiit. Laberius poeta donatus eſt cẽſu equeſtri: id eſt co
ronatis noſtris. xii. millibus & quingẽtis. ſic em̃ loqui mihi per anticipa
tionẽ permittã quaſi iam tũc aurei noſtri fuerint: quo expeditius hoc mu
nere defungar: Macrobius. li. ſecũdo Satur. Laberium aſperę libertatis
equitẽ Ro. Cęſar quingẽtis millibus inuitauit vt ꝑdiret in ſcenã: & ipſe
ageret mimos quos ſcriptitabat: ſed ptãs nõ ſolũ ſi iuitet ſed etiã ſi ſuppli
cet cogit: vnde ſe Laberius a Cęſare coactũ in prologo teſtatur his verſi
bus: neceſſitas cui⁹ curſus trãſuerſi impetũ voluerũt multi effugere: pau
ci potuerũt. & reliqua: Idẽ publius mimographus Romę ꝑductus ꝑ Cę
ſaris ludos: oẽs qui tũc ſcripta & opas ſuas locauerãt: ꝑuocauit vt ſingu
li ſecũ poſita inuicẽ materia pro tpe cõtenderẽt: nec vllo recuſante ſupa
uit omnes: in quis & Laberiũ: vnde Cęſar arridens hoc modo pronuncia
uit: fauente tibi me victus es Laberi a Syro. ſtatimq; Publio palmã: & La
berio annulũ aureũ cũ quingentis ſeſtertiis dedit. Simile eſt apud eũdẽ
Tranq. in Tyberio. Mun⁹ gladiatoriũ in memoriã patris: & alterũ in aui
Druſi dedit diuerſis tpibus ac locis: primũ in foro: ſecũdũ in amphithea
tro: rudiariis quoq; quibuſdã reuocatis auctoramẽto cẽtũ milliũ. nõ mi
rũ Cęſarẽ mimographo poetę duodecim millia & quingẽtos aureos no
ſtros dediſſe: ſi Tyberius gladiatoribus qui iam immunitatẽ & miſſionẽ
gladiaturę vel meruerãt vel impetrarãt: duo millia & quigẽtos dedit in
ſingulos: vt iterũ depugnarẽt ſpectãte populo. de cẽſu eq̃ſtri Pli. li. xxxiii.
Tyberii demũ principatus nono anno in vnitatẽ venit equeſter ordo: an
nulorũq; auctoritati forma cõſtituta eſt: & paulo inferius: hac de cauſa cõ
ſtitutũ ne cui ius annuli eſſet: niſi cui ingenuo ipſi patri auoq; paternoſe
ſtertia quadrigẽta cẽſus fuiſſent: & lege Iulia theatrali in. xiiii. ordinib⁹
ſedẽdi. Ex hoc dicto Tranquilli patet cẽſum eq̃ſtrẽ a quingẽtis ſeſtertiis
ad quadrigẽta cõtractũ id eſt ad priſtinã formã reductũ. Recẽſeam⁹ exẽ
pla: cladem Lugdunẽſem (inquit Tacitus) quadragies ſeſtertio ſolatus
eſt priceps vt amiſſa vrbi reponerẽt. ego quadragies ſeſtertiũ ęre noſtro
centũ millia aureorũ fuiſſe dico: quã pecuniã Nero ad reparandũ Lugdu
num oppidum contulit: & apud Pli. Aeſopi tragici hiſtriõis patina ſexcẽ
tis ſeſtertiis taxata: eſt id eſt quindecim millibus coronatorũ. quo in loco
ne incredibile ſit quod ſupra diximus: aues centũ canoras: aut hominis
ſermone vocales ſenis millibus ſingulas emptas: fidẽ faciet Macrobius q
li. pri. Satur. de liberalitate Auguſti loquẽs: Sublius (inquit) actiaca victo
ria reuertebat̃: occurrit ei iter gratulãtes coruũ tenẽs quẽ iſtituerat hoc
dicere: aue Cęſar victor impator: miratus Cęſar officioſam auẽ. xx. milli
bus nũmum emit: ſocius opificis ad quẽ nihil ex illa liberalitate prouene
rat: affirmauit Cęſari habere illum & aliũ coruũ: quẽ vt afferre cogeret
cogauit: allat⁹ verba quę didicerat exꝑſſit: aue Victor impator Antoni:
nihil exaſperatus: ſatis duxit iubere illũ diuidere donatiuũ cũ cõturber
nali. Coruũ ergo loquacẽ Auguſtus viginti ſeſtertiis emit: id eſt quingẽ
tis aureis noſtris: & cleopatra ęgypti reginarũ nouiſſima lautitiã epula
rum Antonii omnẽq; eius apparatũ obtrectãs: quęrente eo quid aſtrui

Cenſus equeſter.

Cenſus eq̃ſter.

Quadragies ſeſtertium.

magnificentia posset: respōdit vna se cœna cēties sestertiū absumptura. Cupiebat discere Antonius: sed fieri posse nō arbitrabatur: cēties sestertium ęstimatione prędicta ducēta quinquaginta millia aureorū coronatorū valet: & quadringēties sestertiū decies cētena millia aureorū: quātī idem Pli. ęstimauit ornatū Lollię Paulinę de qua supra diximus: & Cicero Furta Verris in prouincia. Qm̄ vero multa dicturi sumus fidē propemodum excedētia: lectores prēmonitos velim ne Romanas priscasq; diuitias. huius tpis opulētia publica priuataq; metiātur. Vrbē em̄ Romā totius ppe orbis spoliis locupletē fuisse historica fide planū fieri pōt iis qui latinos grēcosq; scriptores rerū gestarū lectitarint. nō modo enim duces imperatoresq; Romani vi aperta & bellica in hostico: sed etiā procōsules prouinciarūq; prēsides in pacato furtis rapinisq; & expilationibus quasacrum: qua prophanū grassabātur: ide illud Satyrographi poetę. Inde dolobella est atq; inde Antonius: ide Sacrileg9 Verres: referebāt nauib9 altis Occulta spolia & plures de pace triūphos. Eqdē (quod ad me attinet) cum hęc quę in hoc opusculū cōgessi animo reputarē: ea mihi species vrbis Romę aīo obuersabatur: quasi arcē quandā expilatorū orbis videre: & veluti cōmune gentiū omniū cimeliarchiū (vt verbo Iustiniani principis vtar) id est sanctius cōditoriū rerum toto orbe eximiarū. Vidimus iā de Lollio verba hęc Plinii: nec dona prodigi principis fuerant: sed auitę opes prouiciarū scilicet spoliis partę. hic est rapinarū exitus: hoc fuit quare. M. Lollius infamatus regū muneribus in toto oriēte: inter dicta amicitia a. C. Cęsare Augusti filio: venenū biberet: vt neptis eius quadrigēties sestertiū operta spectaretur ad lucernas. hacten9 ille. Quantā igitur summam rapinarū Lollii fuisse existimamus: cū decies cētenis millib9 aureorum ęstimarent gēmę quę ad neptē eius peruenerūt? Vidim9 & de Caio Verre cui Cicero quadringēties sestertiū litē ęstimādā esse cōtendit. Ingentia aūt cōmoda Romanorū magistratuū etiā vrbana fuisse: ex hoc cōiicere licet: q; moris fuit vt finito magistratu ludos ederent magnificos: & venatiōes ac munera darēt. i. gladiatorū multa paria ad vulgi oculos oblectandos depugnatura: quā veluti merce dē populus & preciū accipiebat collatorū suffragio suo magistratuū. quē morē cōmemorās Cicero in secūdo officiorū ita inquit: q̄q̄ intelligo in nostra ciuitate inueterasse iam bonis tēporibus vt splēdor ędilitatū ab optimis viris postuletur. Itaq; & publius Crassus tū cognomine diues tum copiis: functus est ędilitio maximo munere. & paulū infra: hūc est Scaurus imitat9. magnificētissima vero nostri pōpeii numera secundo cōsulatu. in quibus omnibus quid mihi placeat vides: vitanda tamē est suspicio auaritiæ. nā Mamerco homini ditissimo prętermissio ædilitatis cōsulatus repulsam attulit. Quare etsi postulatur a populo: bonis viris si nō desiderātibus: attamē approbantibus: faciendū est: modo pro facultatibus vt nos ipsi fecimus. Etsi aliquādo res aliqua maior atq; vtilior populari largitione acquiritur: vt Horesti nuper prandia in semitis nomine decimæ magno decori fuerūt. ne. M. quidem Seio id vicio datum est. q; in caritate annonæ asse modium populo dedit. Magna em̄ se & inueterata inuidia nec turpi iactura (quādo erat ædilis) nec maxima liberauit. Pli. li. viii. de hoc loquēs: leonum simul pluriū pugnā

Centies sestertiū.

De opulētia publica priuataq; Romanorū.

Cimeliarchium.

De muneribus ædilitiis & venationibus.

Romæ princeps dedit. Q. Scæuola. P. filius in curuli ędilitate. centū autē iubatorum primus omniū. L. Sylla qui postea dictator fuit: in prætura. Post eum Pompeius magnus in circo. dc. ac in iis iubatorū. cccxv. Cæsar dictator quadringentos. q̄q̄ in antiquis libris verbum. dc. non legitur. ex quorū obseruatiōe locus ille mendosus esse videtur. Idem de variis idest pantheris loquens: senatusconsultū fuit vetus ne liceret Aphricanas in Italiam aduehere. contra hæc tulit ad populū. Gn. Aufidius tribunus pl. permisitq; Circensiū gratia importare. primus autem Scaurus ædilitate sua varias. cl. vniuersas misit. deinde Pompeius Magnus quadringentas decem. diuus Augustus quadringentas viginti. ibidem emendandū vnū verbum censeo q̄q̄ refragante antiquorū exemplariū fide. ferūt (inquit Pli. colore earum mire sollicitari quadrupedes cūctas: sed capitis toruitate terreri. quāobrē occultato eo reliqua dulcedine inuitatas corripiūt. Hoc Plinii dictū cū ex Aristotele translatitiū esse liqueat: nimirum ex eo emendari debet. Is. n. li. nono de historia animaliū. λέγουσι δὲ καὶ κατανενοηκυῖαν τὴν πάρδαλιν ὅτι τῇ ὀσμῇ αὐτῆς χαίρουσι τὰ θηρία: ἀποκρύπτουσαν ἑαυτὴν θηρεύειν: προσιέναι γὰρ ἐγγὺς καὶ λαμβάνειν. οὕτω καὶ τὰς ἐλάφους. aiunt autem (inquit) pantheram intelligentem q; odore sui animantes gaudeant: occultare sese & ita eas captare: quippe accedentes propius rapere: in quibus & ceruam. odore igitur non colore apud Plinium legendum. quod ne a quoq̄ refelli possit: vel Plinio ipso iudice vincam. qui libro. xxi. de odoramentis loquens: animalium (inquit) nullum odoratum: nisi de pantheris quicq̄ dictum est: si credimus. Idem Plinius. Annalibus notatum est. M. Pisone. M. Messala consulibus Domitium Aenobarbum ædilem curulem vrsos Numidicos centum: & totidem venatores Aethiopas in circo dedisse. Idem li. xxxiiii. In. M. Scauri ædilitate tria millia signorum in scena tantum fuere temporario theatro. Et rursus lib. xxxvi. cccl. columnas. M. Scauri ædilitate ad scenam temporarii theatri: & vix vno mē se futuri in vsu: viderunt portari silentio legum. & rursus alibi. Scaurus fecit in ædilitate sua opus maximum omnium quæ vnq̄ fuere humana manufacta: non temporaria mora verum etiam æternitatis destinatione. Quibus verbis significat Scaurum in ædilitate sua ad populi oblectationē scenā tēporariā & statim ludis factis diruendā: fecisse: sed quæ vinceret magnificentia clarissimū opus omniū quæ vnq̄ facta sunt etiam eo animo vt perpetua essent. Quātī aūt stetisse Marco Seio liberalitatē putamus qui in caritate annonæ modiū frumenti asse populo vēditauit? qd̄ Cicero dixit in loco supradicto. asses deni in denario fuerūt: & sestertii quaterni. Hic æstimatione a nobis instituta: tribus duo denariis & semisse valuisse deprēditur: cū libra decem aureis æstimetur. qua ratione sestertius nūmus decē denariolis & semisse. i. obolo nostro valet. sic asses singuli quaternis denariolis æstimabūtur. quanti autē frumentum esset Romæ ex Cicerone coniicere possumus: qui in frumentaria actione ita inquit. Frumentum emere in Sicilia debuit Verres ex senatusconsulto: & ex lege Terentia & Cassia frumentaria. Emq̄dī duo genera fuerunt: vnū cæterarum decimarum: alterum quod præterea ciuitatibus æqualiter esset distributum. illius decumani tantum quantum ex primis decumis fu-

Pli. locus.

Aestimatio denarii & sestertii.

isset:tritici modium. dccc. millia. precium autem constitutum decuma-
no in modios singulos sestertiis ternis:duodetricies. imperato sestertiis
quaternis. Ita vt frumentum imperatum: sestertium duodecies in an-
nos singulos Verri decernebatur quod aratoribus solueret: in alteras
decimas ferme ad nonagies. Sic per triennium ad hanc frumenti em-
ptionem siciliensem prope centies & tricies erogatum est: hanc pecu-
niam tantam tibi ex ærario inopi atq; exhausto: datam ad frumentum:
datam vt siculis aratoribus quibus tanta onera respub. imponeret: solue
retur: abs te laceratum sic esse dico: vt possim illud probare si velim: om-
nem hanc pecuniam domũ tuam reuertisse. Hunc locum Ciceronis qui
lõge aliter in exẽplaribus legitur: sic emẽdandũ esse censui: quoad emen-
datiora reperiãtur exẽplaria: & eius hũc sensum esse: vt intelligamus tri-
plicẽ frumẽtationẽ siciliẽsem. fuisse. Primã vectigalẽ quę decumana erat.
alterã itidẽ decumanã non etiã gratuitã: Sed vt aratores siculi alterã de-
cumã darent: ternis sestertiis in modios taxatã. has duas certas statiq; nu
meri frumenti fuisse: id est octingenũ milliũ modium in singulas. tertiam
non deumanã sed incertã & ꝑ necessitate reip. indici solitã ęqualiter ciui
tatibus. ꝓpterea igit̃ decumani noĩe Cicero quotãnis duodetricies sester
tiũ imputauit Verri: quippe cũ frumẽti modius trinis sestertiis ęstimat9
esset: si ter octingenta millia numeres fiant vicies quater cẽtena millia nũ
mum quotãnis: quare potius. dcccc. millia legendũ videtur: vt fiãt septies
& vicies cẽtena millia nũmũ: quę si ter rursus numeres: fiant semel & octo
gies cẽtena millia nũmum in triẽnio: vt sit quod Cicero dixit ferme ad no
nagies: oĩa augens oratorie. malim tamen locum mendosum relinquere:
q̃ hanc sententiam asserere: pręsertim cũ duodetricies non quadret in an
nos singulos. non nihil tamẽ adminiculatur hic locus ad id quod de sester
tiis diximus: quum centies & tricies sestertium pro tanta pecunia dixe-
rit. Verum cum publica & æterna frumenti æstimatio quaternum esset
sestertium in Sicilia frumenti feracissima: q̃ti putamus fuisse Romæ in
caritate annonæ? Et quantum lucrum contempsisse eum qui assibus ven
diderit si domi repositum habuit: aut iacturam fecisse si in Siciliam aut
carthaginẽ petierit? Nam vt in capita ciuium singulis modiis defunct9
sit: quod credibile nõ est vt postea intelligetur: non minus q̃ trecenta mil
lia hominum plebeiorum fuerunt. Legimus apud Eusebium quo tempo-
re Cicero Quintium reum patrocinio suo defendit: censu Romæ octo in
uenta esse hominum millia quadringẽta sexagintatria millia. vt ergo tre
centa millia hominum fuerint tantum: & Seius tot modiis defunctus sit:
nec pluris Romæ frumentum in annonæ inopia q̃ apud siculos in solita
vbertate fuerit: Seius in populum mille ac ducenta millia nummum. id est
duodecies sestertium dilargitus est. Quod si ad verisimile exigere hoc
velis: minimum hæc summa duplicabitur. Plin. libr. xxxiii. Non erat apud
antiquos numer9 vltra centũ millia: itaq; hic & hodie multiplicatur: vt de
cies centena millia aut sæpius dicantur. fœnus hoc fecit nummusq; per-
cussus: & sic quoq; æs alienum etiamnum appellatur: postea diuites co-
gnominati: dummodo notum sit eum qui primus acceperit hoc nomen:
decoxisse creditoribus suis. Ex eadem gente. M. Crassus negabat diui-

tem esse nisi qui redditu annuo legionem tueri posset. In agris suis sester
tium viginti millia possedit: quiritium post Syllam ditissimus: nec fuit sa
tis nisi totum Parthorum esurisset aurum: atq; vt nomen quidem opti-
mum occupauerit (iuuat enim insectari inexplebilem istam habendi cu
piditatem) multos postea cognouimus seruitute liberatos opulentio-
res: pariterq; tres Claudii principatu. Pallãtem: Callistum: & Narcissum.
Atq; vt hi omittantur tanq̃ adhuc rerum potiantur. C. asinio Gallo. C.
Martio Cyrino consulibus ad. vi. calend. februarias. C. Cecilius Claudi-
us Isidorus testamento suo dixit: q̃uis multa ciuili bello perdidisset: ta-
men relinquere seruorum quatuor millia centum sedecim. Iuga boum
tria millia sexcenta: reliqui pecoris. ccl. septem millia: in numerato pon-
do sexcenta millia: qui funerari se iussit sestertiis. xi. millibus. hæc verba
Plinii non modo sic in impressis exemplaribus sed etiam in antiquis qui
busdam leguntur: quæ si vere leguntur: nugatoria sunt quæ diximus ta Diuitiæ
metsi testatissima: in antiquissimo exemplari legimus: in agris ħs. M. M. Crassi.
possedit: ita vt duæ. M. M. similitudinem haberent literæ postremæ in
græcorum alphabeto: sed inuersæ: cuiusmodi & alibi in antiquis libris
legimus. Lego igitur: in agris sestertium bis millies possedit. hoc est ære
nostro quinquagies centena millia aureorum coronatorum. Huius si vi-
cesimã partem pro redditu annuo statuamus: fient ducenta quinqua-
ginta millia: quæ si ita dispensemus vt Gregarius miles quaternos in
mensem aureos accipiat: duodequinquagenos in annum: decem cohor-
tium quingentariarum legio ali potuit. Restabunt decem millia: quo-
rum quinq; millia in quinquaginta centuriones statuimus pro duplican-
do stipendio: & quinq; altera pro iis qui a græcis ectacti id est superor-
dinati: dicuntur: vt cornicines: signiferi: caduceatores: & Fabri, qui ma-
chinas faciunt. Qz si apud Plin. viginti millia sestertium legamus: si-
gnificabuntur quingenti aurei: si vicies sestertium: quinquaginta mil-
lia: si vicies millies immensa summa. Errore igitur librariorum lubrico
quidem ipso in notis numerorum vel summarum: vt postea videbimus:
factum est vt pro sestertium bis millies: sestertium viginti mil. legeretur
astipulãte scilicet tot ætatum ignorantia: pręsertim quod ad hæc verba
pertinet. Sed & in sequẽtibus nõ nihil de Crassi diuitis dicetur. Quod au
tem sequitur de Cecilio: in numerato pondo sexcenta millia. in antiquis-
simo lib. ħs. dc. legitur. obseruaui autem in antiquis. H. &. S. cum apice
significare sterter: apicem autem porrectum super quemcunq; nume-
rum millia significare: vt. dc̃. cum apice sexcenta millia. Sexcenta autem
millia pondo argenti æstimantur a nobis sexagies centena millia au-
reorum. Quæ cum immensa sit pecunia & maior censu Crassi: qui qui-
ritium post Syllam ditissimus ab eodem Plin. fuisse dicitur: legendum
puto sestertium sexenties: quod signat quindecies centena millia coro-
natorum. Non enim Memini me legisse vt latini pondo aut libras de nu-
merata pecunia dicerent: etiam si minis græci in hac significatione
vtuntur. Nam quod Liuius argenti pondo bina & selibras in mili-
tem præstaret: dixit: ad argentum infectum rettulisse mihi videtur: quo
etiam loquendi modo nunc vtimur. Nec tamen me latet quod. Plin.

in mentione citrinarũ dixit: qui locus in ordinẽ tãdem incurret & explicabitur a nobis. Illud quod sequitur: qui funerari se iussit sestertiis. xi. lego sestertiũ vndecies. Vt aũt sciamus q̃ sint numeri apud Pli. mẽdosi: age cõferamus Pliniũ cũ reliquis auctoribus: atq; etiam ipsum secũ. Iã primũ li. supradicto vbi de ęrario populi Ro. vt copioso loqtur & opulẽto: auri (inquit) in ærario populi Romani fuere. Sex. Iulio Lucio Aurelio Cõss. septẽ annis ante bellũ punicũ tertium: pondo. dcc. xxvi. argenti nonaginta duo millia: & extra numerũ. ccc. & lxxv. si priuatus homo Cęcilius Isidorus sex centa millia pondo argenti habuit: quonãmodo ærariũ locuples existimabit: qd̃ cẽtũ millia nõ habuit? Idẽ paulo post: intulit & Aemyliꝰ Paulꝰ Perseo rege macedonico deuicto prędã pondo triũ milliũ: a quo tpe populus. Ro. tributũ pendere desiit. Plutarchus de triũpho Pauli loquens: Post armorũ currus tria virorũ millia sequebãtur: quę numismata ferebãt argentea vasis trecẽtis quinquaginta: vas erat quodlibet triũ talentorũ: quatuor viri singula vasa portabãt: alii crateras argẽteas & phialas caliceſq; ornatissimos & ingentes certo ordine deferebant. & paulo inferius. Postea sequebãtur qui aurea numismata gerebãt in vasis triũ talẽtorum vt supra de argẽteis dictũ est: numerus vasorũ fuit tria & octoginta. His verbis. Plutar. auctor est mille & quinquaginta talẽta argenti: & ducẽta vndequinquaginta auri in ærariũ illata esse prętер vasa aurea argẽteaq;. Pli. tria millia põdo nõ addito auri argẽtiue: at ego dico vicies maiorem numerũ apud Plutar. esse q̃ apud Pli. id quod ex dicẽdis apparebit. alioq; quo nã pacto Populus Ro. tributa pendere propter ærarii opulentiã desiisset? Sequitur rursus eodẽ Plinii loco. Sexto Iulio. L. Martio consulibus hoc est belli socialis initio octingenta quadraginta sex auri põdo fuere in ærario. Cęsar primo introitu vrbis in ciuili bello suo ex ærario protulit laterũ aureorũ. xxvi. millia & numero põdo trecẽta. nec fuit aliis tẽporibus respublica locupletior. hactenus ille. Quomodo memorabile Plinius existimauit in ærario Romano octingẽta tũc auri põdo fuisse: cũ Cęsar post ea sex & viginti aureorum laterum millia ex ærario abstulerit? de quo loquẽs Orosius lib. vi. ita inquit: Cęsar Romã venit: negatãq; sibi ex ęrario pecuniã fractis foribus inuasit: ptulitq; ex eo auri põdera. iiii. M. C. xxxv. argenti põdera prope: dcccc. Orosii numerus multo minor est Pliniano: vt vtrobiq; corruptũ esse appareat. Ego in antiquissimo exẽplari: ita primũ illũ locũ legi: auri in ærario populi Ro. fuere sex. Iulio. L. Aurelio: cõss. septẽ annis ante punicũ bellum tertium põdo. xvi. dcccx. argẽti. xxii. lxx. & in numerato. lxii. lxxxv. cccc. Sexto Iulio Martio cõss. hoc est belli socialis initio auri. xvi. xx. dccc. xxix. C. Cæsar primo introitu vrbis ciuili bello suo ex ærario ptulit laterũ aureorũ. xv. argẽteorũ. xxxv. & in numero his. cccc. nec fuit aliis temporibus resp. locupletior. Intulit & Aemylius Paulus Perseo rege victo e macedonica p̃da his. ii. iii. a quo tpe. po. Ro. tributum pendere desiit. hęc verba inserẽda huic opi duxi vt legẽtibus iudicium integrũ seruaretur. Si quid tamẽ cõminisci licet: hũc locũ sic restituere possumus ex vetusti exẽplaris & aliorũ obseruatiõe. auri in ærario po. Ro. fuere septẽ annis ante bellũ punicũ tertiũ: septingẽta millia vinginti sex. argẽti nonaginta duo millia: & in numerato trecenties & septuagies

Mendosi numeri apud plinium.

Copię ęrarii Romani.

quinquies. Item Sexto Iulio. L. Martio cõss. hoc est belli socialis initio auri pondo octingenta millia. xlvi. & inferius. Intulit et Aemylius Paulus Perseo rege victo e Macedonica pręda sestertium ter millies. In Cęsaris autem mẽtione locus mutilatus sic restituendus: protulit laterũ aureorum quindecim: argẽteorũ. xxxv. mil. & in numerato sestertium quadringenties. In harũ summarũ æstimatione ineũda in singula põdo cẽtenos aureos solatos statuendos esse arbitror: quia in tanta copia auri necesse est partem fuisse mediocris notæ: vtpote quod esset cõflatũ e vasis & supellectili: sic fit vt singula cẽtena millia cẽties cẽtena millia aureorꝫ valuerit. ita septingenta millia septingenties cẽtena millia valuerũt. argenti autẽ nonaginta duo millia denario multiplicata: nõgentis viginti millibus coronatorũ æstimãtur: & trecẽties & septuagies quinquies sestertiũ nõgẽta quadraginta circiter millia. Sed vix verisimile est septies plꝰ auri q̃ argenti fuisse. Qꝫ si vetustũ exẽplar verum esse aliquis existimauerit: sic legendũ erit fortasse. põdo sedecies septingẽta: argẽti nonagies bis octuaginta quinq; millia (q̃q̃ in vetusto: vicies bis. lxx. cccc. legatur) & in numerato sexagies bis octuaginta quinq;. hęc summa immensa est oĩno: quippe sedecies cẽtena millia & septingenta põdo intelligo. quę cẽties multiplicata millies & sexagies cẽtena millia aureorũ valẽt. argẽti aũt summa nonagies bis: decies multiplicata: noningẽties vicies cẽtena: prętер numeratã pecuniã. quare nihil statuo: si tamẽ vetusti numeros sequi placeat: nõ video quomodo. xxii. lxx. cccc. aliter legere possimꝰ q̃ vicies bis septuaginta millia quadringẽta: quę summa argẽti ad nũmũ relata ducenties vicies septies cẽtena millia coronatorꝫ efficit: idẽq; cẽseo de eo quod sequitur. Belli socialis initio auri põdo. xvi. xx. dccc. xxix. quod si nõ mẽdose legitur: vtiq; sic interpretandum est. Sedecies viginti millia octingenta vndetrigita: hoc est sedecies cẽtena viginti millia. Cẽtena em̃ antiqui subintelligẽda relinquere solebãt: eo modo quo in his verbis quadringẽties sestertiũ pro quadringẽties cẽtena millia sestertiũ vt docuimꝰ: & debere ducẽties. hoc more sępe locutũ. Pli. docebimus. li. iiii. cũ locus occurrerit. Cice. in p̃tura vrbana: accepi (inquit Verres) vicies ducẽta trigintaquiq; millia quadrigẽtos quindecim nũmos. hoc perinde ẽ ac si dixisset Cicero vicies bis cẽtena. xxxv. millia: vt manifeste ex sequẽtibus patet: & ex Asconio pædiano. vt aũt legamꝰ. xvi. millia pondo vt i eo vetusto legitur: ridiculũ est: cũ apud Suetonium legamus Augustũ vna donatione in Cellam capitolini Iouis sedecim millia pondo auri & quingẽties sestertiũ contulisse. Quare lectionis fides sit penes vetusta exemplaria: si vsq̃ esse potest hodie: verborũ aũt interpretatio sit penes antiquitatis studiosos. Nequid aũt cõminisci videar: penes me futura antiqua exẽplaria profiteor: vt nulli nõ adire liceat quẽ quidẽ initiatũ his sacris esse sensero. Credibiles fortasse has summas atq; etiã omnino credibiles facit locus Suetonii in Vespasiano his verbis: sunt contra qui opinẽtur ad manubias & rapinas necessitate cõpulsum summa ærarii fiscique inopia: de qua testificatus sit initio statim principatus: professus quadringenties millies opus esse vt resp. stare posset. si ei Vespasianꝰ sperauit se quadringẽties millies sestertium cogere posse: ad instaurandã dignitatem imperii. Ro. quæ

a Nerone & ſequentibus per luxus inuſitatos exhauſto ærario: concide
rat: ſimillimũ veri eſſe poteſt eo tẽpore quo imperiũ. Ro. in ſenatꝰ aucto
ritate & populi poteſtate ſitũ erat: potuiſſe ex Orientis Aphricæq́ ſpoliis
& vectigaliũ reſiduis: quartã eiꝰ ſummæ partẽ in ærario coactã eẽ. maxi-
ma eñ pdictarũ ſumma nõ excedit cẽties millies ſeſtertiũ: id eſt bis milli-
es & quingẽties cẽtena millia aureorũ noſtrorũ. Hęc adnotauiſſe nõ ab
re fuit vt arbitror: & ſi nihil habui quod hoc in loco ſtatuerẽ. exiſtet enim
fortaſſe aliquis qui vetuſtis exẽplaribꝰ diligẽter euolutis: vel veriſimilio
ra inueniet: vel cõmẽtationi noſtrę faſtigiũ imponet: admonitiõe hac no
ſtra extimulatus. magnã aũt eſſe ſummã pecunię quã Cæſar ex ærario p-
tulit ex calculo intelligere licet. Si eñ. xv. mil. laterũ aureorũ fuerũt: non
dubito cẽtũ & quinquaginta millia pondo auri fuiſſe: cũ quilibet latercu
lus decẽ pondo minimũ fuerit: qua ratione fiũt aureorũ ſolatorũ centies
quinquagies cẽtena millia. Si aũt huic ſummę argẽti æſtimatio addatur
cũ eo quod in numerato fuit: immẽſa fiet ſumma. quod vero in vulgatis
exemplaribus & quibuſdã antiquis legitur & numero põdo trecẽta: om
nino corruptũ eſt: numeratã eñ pecuniã non libris ſed ſeſtertiis ſignifica
bãt antiqui. Appianus ĩ ſecũdo bellorũ. Ciuiliũ: theſauros (ĩquit) a nemi
ne cõtactos vſq́ in illũ diem militibus rapere cõceſſit: quos olim execra
tione propoſita cõditos fuiſſe memorãt: vt niſi in tumultu belli celtici nõ
promerẽtur. Ex quibus verbis intelligimus Cęſarem vſq́ ad fæcẽ ærariũ
exhauſiſſe. q̃q̃ Pli. dicat tũc ærariũ locupletiſſimũ fuiſſe: ſed intelligimus
prę̃libatũ a Põpeio & ſenatu. Trãquillꝰ. & Plutar. de hoc ſiluerũt vt & ipe
Cęſar in cõmẽtariis ſuis. Sic tñ hic Pliniũ locutũ eſſe credo cõiecturã ex
aliis auctoribus faciens & ex aliis ipſius locis: argumẽto erũt etiã ea quę
poſtea dicentur a nobis ſi quis diligẽter animaduertat. Hãc aũt deprauaNumero
tionem exẽplariũ induxit antiquorũ librariorũ inſtitutũ qui numeros &
ſummas ſua quãq́ notula ſcribebãt: aliter eñ ſeſtertios nummos aliter ſe-
ſtertia aliter ſeſtertiũ gignẽdi caſu notabãt: aliter librã: & talentũ: aliter
& denariũ: & mille & millies nõ eodẽmodo. Quare per tot ſęcula veri re-
rũ numeri aliis atq́ aliis ſubinde traducibus exẽplariũ inſerti: ad noſtrã
auorũq́ memoriã peruenire non potuerũt: pręſertim accedẽte librario-
rum culpa. Qui pleraq́ oculis ſolis pauca etiã mente tranſigũt. Age quis
illud libri octaui tueri poſſit: Metellus Scipioni Triclinaria Babylonica
octingẽtis millibus vęniſſe iã tũc poſuit in capitalibus criminibus: q̃ Ne-
roni principi quadringentis millibus ſeſtertiũ nuper ſtetere. ſi ſtragula
Babylonica octingentis millibus ab homine priuato cõparata ſunt: quo-
nãmodo memorabile eſt Neroni principi pfuſiſſimo quadringentis mil-
libus ſtetiſſe: In antiquis duobus exemplaribus quadringenties ſeſtertiũ
legimus: in vno antiquiſſimo quadringẽtis: ſed ita vt cõſpicue deletilem
membranę locum cerneres: & quadringenties principio fuiſſe intellige-
res. eſt alioquin locus nõ vno aut altero verbo corruptus: in antiquorum
eñ nullo capitalibus criminibꝰ legitur: ſed vel in Catonis vel in capitonis.
nec poſuit ſed ponit: nec Scipioni ſed Scipio in recto. locus igitur ſic re-
ſtituendus. Metellus Scipio triclinaria Babylonica ſeſtertiũ octingentis
millibus vęniſſe iam tũc: ponit in capitonis criminibus: quę Neroni prin

Numero rũ deprauatorum ratio.

Inſigne p̃ciũ tricliniariũ Babylonicorum.

cipi quadringẽties ſeſtertiũ nuper ſtetere. hoc ſenſu vt Metellus Scipio
Capitonem accuſauerit: & ei obiecerit ꝙ triclinares tapetas quibus tri-
clinia vel ſternebãtur: vel obtendebãtur: viginti millibus aureorũ noſtro
rum parare auſus eſſet. quę tamẽ poſtea Nero decies centenis millibus
parauiſſet ad ornatũ aureæ domus. Capitonis coſſutiani meminit Taci-
tus li. xvi. Crimina (inquit) obliterari nõ ſinebat Capito coſſutianꝰ: p̃ter
animam ad flagitia pręcipitem inimicus Thraſeæ: ꝙ auctoritate eius
concidiſſet: iuuãtis cilicũ legatos dũ Capitonẽ repetundarũ interrogãt.
cuius accuſationis meminit etiã Iuuenalis Saty. octaua. Capitonẽ cilicũ
piratã vocans. ſed de hoc Capitone intelligi dictũ Plinianũ nõ põt: quia
& is Thraſeã Petũ reũ peregit ſub Nerone: quo noĩe quinquagies ſeſter
tiũ pręmii loco tulit: accuſatoribus (inquit Tacitus) Eprio & Coſſutiano
quĩquagies ſeſtertium ſingulis: Oſtorio duodecies & quęſtoria inſignia
tribuũt. Quo ex loco ĩtelligere poſſumꝰ q̃ ille ſceleratiſſimꝰ prĩceps etiã
perditus luxu & prodigentia fuerit: qui duobus Calũniatoribus ad accu
ſandum virũ egregium ſubornatis ducenta quinquaginta millia corona
torum dederit: id eſt cẽties ſeſtertiũ. ſemel in vniuerſum teſtatus ſum me
ita in hoc tẽpore locuturũ quaſi iã olim coronati noſtri percuſſi fuerint:
vt expeditiꝰ trãſigere hoc negocium poſſim. Capitonis Fonteii meminit
Oratius ĩ prio ſermonũ æqualis mecœnatis. Hũc igitur vel patrẽ eiꝰ Me
tellus hoc nomine accuſaſſe videtur. Capitalem aũt Luxũ Romę fuiſſe nõ
comperimus ne exilio quidẽ mulctatum: tametſi probroſe obiici ſolitũ:
vt de Lucio Craſſo videbimus. Vtinã aũt eo in loco Plinius per oĩa emen
dari poſſet: vt in eo quod ſequit̃ in eodẽ capite: Vidimus iã & bidẽtiũ vel
lera purpura cocco conchylio ſeſquipedalibus libris infecta: velut illa ſic
naſci cogente luxuria. Ego vt viuẽtiũ nõ bidẽtium lego ſic ſenſu expoſcẽ-
te: ita ſeſquipedales libras nõ intelligo. Qꝫ ſi labris legamus tamẽ ſeſqui
pedalibus nõ congruit. eſt & aliud ibidẽ vlcus quod quia pſanare nõ po-
terã: ne attingere quidẽ potius eſſe duxi. Cęterũ quod de cẽſu ſenatorio
& eq̃ſtri diximus nõ mirũ videri debet: vt Romę ſenator eſſe nõ potue-
rit: qui minorẽ cẽſum triginta millibus coronatorũ in cẽſu habuerit: hoc
eñ ſtatutũ eo demũ tẽpore fuiſſe videtur ĩ quo imperiũ. Ro. in Aſiã trãſi
it: aut certe extra Italiam promotũ eſt. Quare Pli. li. xiiii. luxuriã poſterio
rum temporum & rerũ honeſtarũ incuriam inſectans: Reges (inquit) in
numeri honore artiũ colebãtur: & in oſtentatione has præferebãt: opem
& immortalitatem ſibi per illas prorogari arbitrãtes. Quare abundabãt
& pręmia & operæ vitæ: poſteris laxitas mũdi & rerum amplitudo dãno
fuit: poſtq̃ ſenator cenſu legi cœptus: iudex fieri cenſu. magiſtratũ ducẽ-
q́ nil magis exornare q̃ cenſus: poſtq̃ cœpere orbitas in auctoritate ſum-
ma & potentia eſſe: captatio in q̃ſtu fertiliſſimo: ac ſola gaudia in poſſidẽ
do: peſſum iere vitę precia: omneſq́ a maximo bono liberales dictę artes
in cõtrariũ cecidere: ac ſeruitute ſola profici cœptũ: eodem tamen habẽ-
di quo eat ſpes omniũ tendente voto. Sic eñ legendũ cenſeo ex vetuſtæ
lectionis obſeruatione: licet in exemplaribus q̃ circũferunt̃: aliter extre-
mum membrum legatur. Iudicem autem fieri cenſu Pli. ideo dixit. ꝙ equi
tes etiam iudices vocabantur: propter equitum decurias quę ex equeſtri

Cẽſus eq̃ſtris ſenatoriuſq́.

ordine erant.Idem.li.xxxiii.laquearia quæ nūc & in priuatis domibus auro teguntur:post carthaginem euersam primo inaurata sunt in capitolio cēsura.L.nūmii.Inde trāsiere in cameras:parietes quoq; q iā & ipsi tā vasa inaurātur:cū sua ætas varia de catulo existimauerit.q̄ q; tegulas æreas capitolii inaurasset primus.Idē paulo superius.& nos fecim9 q̄ posteri fabulosa arbitrent.Cæsar q postea dictator fuit:prim9 in ędilitate munere patris funebri:omni apparatu arenæ argenteo vsus est:ferasq; argenteis vasis incessere tū primū visum:mox (qd̄ etiā in municipiis æmulantur) Caius Antonius ludos scena argētea fecit. Idē Lucius Murena.Itē paulo inferi9.Claudii successor Nero Pōpeii Theatrū operuit auro in vnū diē: quo Tiridati Armeniæ regi ostenderet.& quota pars ea apparatus fuit Aureæ domus ambiētis vrbē? Idē Pli.li.xxix.de medicis loquēs:multos p̄ tereo medicos:celeberrimosq; ex iis Cassios: Carpetanos: Aruncios: Albutios:Rubrios.ccl.sestertia annua mercede iis fuere apd̄ pricipes.Quitus vero Sertinius iputauit pricipib9:q; sestertiis quingenis annuis cōtētus esset.Sexcena.n.sibi q̄stu vrbis fuisse numeratis domibus ostēdebat. ducēta & qngēta sestertia id est sex millia ducētos qnquaginta aureos annua mercede celebres multos medicos Romæ a pricipib9 habuisse dicit. Stertiniū vero etiā summā altero tāto maiorē.hoc est duodena millia qngētenos:Cū priuato q̄stu & vrbico denaquina millia cogere posset. Qua propter hoc etiā imputabat principibus:q; cētum sestertia quæstus eorū gratia cōtēneret.Sequitur apud Plu.par & fratri eius merces a Claudio Cæsare infusa est.censusq; q̄q̄ exhaustis opibus Neapoli exornata ita auctus vt hęredi sestertia.ccc.relinqueret:quadringena arūcius solus. sic locum legit Hermolaus Barbar9 quibusdā verbis cōtra fidē exemplariū addītis:quod diuinare est nō emēdare.Ego ex vetustę lectiōis obseruatiōe sic legendum censeo:censusq; q̄q̄ exhausti operibus Neapoli exornata hęredi sestertium trecēties reliq̄re:quātum Athena.i.arūcius solus:vt intelligamus Arūcium cognomento Athenam dictum.sensus est autē nō qualis ad Hermolao ponitur:vt trecēta duo fratres reliquerint hęredi:quod Pli.pro re prędicanda posuit:sed trecenties:quę cētuplicato maior est pecunia:hoc est septingēta quinquaginta quinq; millia.In quo insignis fuit & concors Neotericorū omniū hallucinatio vt ante dictū est: qui nescio quo fato velut iure quodā sic errore recepto:omnes vniuersiq; pedibus ierunt in eius sententiam quem primū horum verborum intelligentia fefellit.q̄q̄ partim eorum rem egregie latinam multis in partibus gesserint: partim gręcorum penetralia:atq; etiā adyta reserarint:vt acriore vi animi atq; ingenii sic maiore opæ precio.Quo noie simul eorum memoriam & colo & veneror:simul eorum monumentis acceptum fero quicquid literarum studio doctrinæ (quantula ī me est cūq;) assecutus sum.id quod eo magis ex animi sententia dico q; nullius docti viri quicq̄ eo nomine voci debeo:quod quidē a prelegente acceperim: alioquin & doctorū obseruantissimus:& omnia eorū causa cupiens.Sed sic fuit fatū meū: vt mihi tm̄ & libris opam satis multam:p̄ceptoribus lōge rariorē q̄ tōsoribus dederi.Cuius sortis etsi magnope me pœnitet: ītērdū etiā suppudet: quod tamen celare plerosq; nō possum:palā omnibus fateri nō erubesco: vtiq;

Stipendium medicorum. Romæ

Pli. locus

cū ea re cōmemorāda argumētū mihi venię p̄struere videar.Iuuat igit̄ doctissimorū hoīm luculētā culpā in reb9 arduis meminisse:nō q; vēdibili9 inuētū meū ea re fieri sperē:sed quo mihi iure etiā optimo veniā erratorū haud dubiā spōdeā: p̄sertī si nec inauspicato conatu nec irrito ī cōem studiosorū cām īcubuisse iueniar.Sequit̄ eodē loco Plinii: tū crinas Massiliēses:arte geminata vt cautior religiosiorq;:ad siderū mot9 ex ephemeride mathematica cibos dādo:horasq; obseruādo:auctoritate eū p̄cessit:nupq; sestertia cētū reliqt muris patrię:mœnib9 quoq; aliis pene nō minori summa extructis.sestertiū nō sestertia lego:nō sine vetustę lectōis astipulatu: alioquī quonāmodo cētū sestertia sufficere mœnib9 massilię possent? aut cur Pli.magnā hanc summā esse diceret? Sequit̄ ex eodē cap.p̄ quę effectum est vt nihil magis ,pdesse videretur q̄ multitudo grassantiū:neq; em̄ pudoris ęmuli p̄cia summittūt:notū est ab eodē charmide vnū ęgrū ex p̄uincialibus sestertiis ducētis conductum:Archontio vulnerum medico sestertiis centū condēnato ademisse Claudiū principē : eidēq; in gallia exulanti & deinde restituto acquisitū nō minus intra paucos annos.lego:neq; em̄ pudor sed ęmuli precia summittūt : & Archontio vulnerū medico sestertiū cēties Claudiū ademisse: bonis eius cōfiscatis.Sentētia em̄ Plinii hęc est:q̄q̄ medici Romę multa nefarie admitterēt artis suę licentia:potiē tamen esse cœpisse vt plures essent q̄ pauci:quia olim cū pauci essent:p̄cia immodica aut stipulabantur ab ęgris aut quouis modo exprimebāt: nullo em̄ pudore deterrebātur vt immēsis mercedib9 abstinerēt.sed mutua (vt fit) æmulatione minoris opas suas addicere tūc cœperūt cū multi extitere medici.Cū aūt vellet Pli.impudentiā flagitantiū docere:charmidis facinus tanq̄ exemplum improbitatis medicæ cōmemorauit: qui ęgrū vnū prouincialem sanandum: quinq; (vt ita dicā) millibus coronatorū cōduxit.vt aūt doceret q̄ quęstuosa tunc medicina esset: vulnerariū Archontiū dixit ducentis quinquaginta millibus aureorū cōfiscatione amissis: intra paucos annos totidē in exilio quæsiuisse.Prēter loca supradicta etiā aliū eodē cap. in trāsitu emēdabimus:vbi em̄ legit̄.Itaq; Hercule in hac artiū sola euenit:vt cuicūq; medicū se p̄fitēti statim credat̄:cū sit p̄iculū in nullo mēdacio maiē.nō tm̄ illud intuemur:adeo blāda est spirādi p̄ se cuiq; dulcedo.lego sperādi p̄ se nō spirādi p̄ se.hęc q̄ de medicorū mercede ex hoc Plinii loco dicta sunt a me:fide fortasse maiora nōnullis videbunt̄: vtpote ab hodierno nō mō cēsu:sed ēt sēsu abhorrētia.Itaq; cū hęc scribere cœpissem:ī mētē mihi venit:eā me rōnē ī his cōmētariis seq; eē necesse:quā geometrę & mathematici ī demōstrādis speculamētis suis istituerūt. Quō.n. illi ex primis ,pbāt ordie sequētia:& simī atq; theorema qd̄dā cōpererūt:illi stati vt cōfecto adnectūt assuūtq; aliud:& illi rursus aliud atq; aliud serie ppetua:cū sequētia cōsistere sine ātegressis neq̄āt.Nā absq; hoc foret: res ipsī cōmunē sensū haud īcurrētes rudib9 adhuc aīs approbare demōstrareq; nō posset:minutisq; eos assēsiōib9 vsq; adeo obstrīgere:vt cū p̄gressa pro compertis habere se faterentur:subeuntia quoq; inficiari nequirent cum hęc ex illis necessario confiant. Vt igitur Mathematicis necesse est primum quodq; deinceps theorema: ita ei quicum disputant approbare : vt omnem fatendi tergiuersationem atq; etiam dubitationem exi-

Quæ dicendare stant fide maiora videbūtur.

Mos mathematicorum in demōstrationibus.

mant. Sic nos præcedétia (vt arbitror) veluti propositiones quasdã plane demonstratas tenemus: ex quibus hæc quæ nunc agimus: ratione nõ solum probabili sed etiam propemodum necessaria astruere possumus. Verumenimuero quãdo in lectorũ animis q̃libet persuasis (de meo em̃ coniecturã facio) idẽtidẽ (vt ita loquar) rebellaturã hæsitationẽ video: nõ cõmittã vt hactenus contestatis acquiescẽs: nõ oĩno cõpos propositi euadã. Spe.n. decidisse videbor: si re in iudiciũ hominũ deducta: nõ protinus secũdũ nos ab omnibus pronũcietur. Equidẽ vt Castor & Pollux iudiciorũ p̃sides obstare mihi cõtendãt: plures tamẽ tribus ingeniorũ ferã. proinde libẽs facio vt re q̃q̃ ꝓbata: rursus auctoribus amplissimis denũciem testimoniũ. atq; interim argumẽtis validissimis causam meã ita affirmẽ: vt omnẽ ambigẽtibus animis dubitationẽ abstergeã. Interea exẽpla ad id qd̃ agebamus citabũtur. Tacitus lib. xiii. de Nerone nondũ deterrimo principe loquens. sed nobili familiæ honor auctus est: oblatis in singulos annos quingenis sestertiis: quibus Messala paupertatẽ innoxiã sustentaret. Aureo quoq; Cottæ & Atherio Antonino annuã pecuniã statuit princeps: q̃q̃ per luxum habitas opes dissipassent. de eodem Tranq. nobilissimo (inquit) cuiq; sed a re familiari destituto annua salaria & quibusdã quingena constituit. & de Vespasiano. Expleuit cẽsum senatoriũ. consulares inopes quingenis sestertiis annuis sustentauit. si ergo senatores quidam Romani iam consulares facti duodecim millia & quingẽtos aureos annuo stipendio a principibus habuerũt: cur increbile sit id qd̃ de medicis dictum est? Artes autem hoc tempore pene dixerim damnosas: olim non modo Romæ sed etiam in Asia quæstuosas vel locupletatrices potius fuisse auctoritatibus docebo. Iamprimũ idem Tranquillus. de Vespasiano principe auaritia infami etsi cætera pene optimo. Ingenia (inquit) & artes vel maxime fouit. primus e fisco latinis græcisq; rhetoribus annua centena constituit: prestãtes poetas necnon artifices coemit. annua centena non minus duobus millibus & quingẽtis aureis fuerunt. quæ si nunc in breuiario principis anniuersario legerẽtur: nõ dico vni nomini expẽsa: sed in vniuersum literatorũ genus: prodigii instar esse crederetur: ab iis quidẽ magnis viris qui ærariũ nostrũ libero pene arbitrio expẽsant. Ex quo intelligere licet vnde Fabius Quintilianus saltus illos coemerit qui a satyrico celebrãtur. primus. n. Romę ex Hispania veniẽs stipendiũ e fisco accepisse dicitur ab Eusebio sub Domitiano. qd̃ tamen nõ esse verũ ex dicto loco Trãquilli deprehẽditur. Huius ætatis aliud est iudiciũ: p̃sertim in Gallia: suo sibi suffragio a ludo poetico oratorioq; explosa: vt antea dictũ est. Viginti talẽtis vnã orationẽ Isocrates vẽdidit vt auctor est Pli. in. vii. id ẽ aureorũ nostrorũ duodecim millib9. O tẽpora: o mores? Isocrates Athenis. i. in vrbe eruditissima orationẽ vnã tãti vẽdere olim potuit: q̃ti nũc Gallia puincia locupletissima eadẽ & doctorũ hominũ egẽtissima si sese ip̃a nosset: nec latias nec græcas Athenas estimãdas esse putat. & nos mirabimur ab oĩbus nobis verba dari qbuscũ negotiũ habem9? Thucydidẽ impatorẽ Atheniẽses (inqt idẽ Pli.) in exilium egere: rem cõditorẽ reuocauere: eloquẽtiã mirati cui9 virtutẽ dãnauerãt Thucydides ab exilio publico decreto reuocatus est: vt historiã scriberet

Adnotanda senatoribus salaria constituta.

Artes olim in precio habebantur q̃ nũc euiluerunt.

Poetarũ & rhetorũ annua salaria.

quæ nunc extat. nũc vero quis dabit historico quãtũ daret acta legẽti? vt inquit ille satyrographus. Vnde fit vt res a maioribus nostris gestas tã cõmemorare possimus q̃ qui terra editi auos citare nequeũt. Alexander Magnus inter spolia Darii Persarum regis vnguentorũ scrinio capto: qd̃ erat auro gemmisq; ac margaritis preciosum: varios eius vsus amicis demonstrantibus: quando tedebat vnguenti bellatorẽ & militia sordidũ: immo Hercule (inqt) librorũ Homeri custodiæ detur: vt p̃ciosissimũ humani animi opus: q̃ maxime diuiti opere seruaretur. Idem Pindari vatis familiæ penatibusq; iussit parci cũ Thebas caperet. Aristotelis philosophi patriã condidit: tantæq; rerũ claritati tam benignum testimoniũ miscuit. auctor idẽ Pli. q̃ male autem cũ promis condis ærarii nostri ageretur: si eius regis æmulos principes haberemus? q̃ longe autem abigerentur ab aula sorices illi prætoriani diuisorũ assecle: qui nobis sericati ob oculos incurrunt: arroso argento principali tumidi. O mirificam officinam quæ q̃uis sordidos homines: sesquimẽse politos ad vnguẽ nobis reddat. O inania: o ingrata: o pudenda deniq; literarũ studia: quibus aduersis fatis nequicq̃ intabescimus. quos isti non sapientiæ amore captos sed mente potius putant. Verum vt quod instat agamus: idem Pli. lib. supradicto: medicinæ scientiam (inquit) in Theombroto Ptolemæus rex Megalensibus sacris donauit centum talentis seruato Antiocho rege: & li. xxix. Erasistratus Chrysippi discipulus Aristotelis filia genitus: Antiocho rege sanato: centum talentis donatus est a rege Ptolemæo filio eius: vt incipiamus & præmia artis ostendere. Erasistratum & Theombrotum vel eũdem fuisse intelligimus: vel Pli. non eundem auctorem vtrobiq; secutum. centum talẽta sexaginta millia aureorum valuisse post paulo docebimus. Idem li. vii. Aristidis Thebani pictoris vnam tabulam centum talẽtis rex Attalus licitatus est. octoginta emit duas Cæsar dictator: Medeam & Aiacem Timomachi: in templo Veneris genitricis dicaturus. Candaules rex Bularchi picturam Magnetum exitii haud mediocris pari rependit auro. In antiquis legitur medio crispanti. quare sic legendum censeo. mediocris spatii rependit auro. nam rependere pari auro nunq̃ a Plinio dictum est. & alioqui. Pli. mediocri magnitudine tabulæ precii magnitudinem significare voluit. rependere auro plena est locutio. Cicero de orat. cui pro Gracchi capite aurum erat repensum. quod Pli. ipse lib. xxxiii. imitatus est: his verbis. Hæc paulatim exarsit rabie quadam non iam auaritia: sed fames auri. vtpote cum Septimuleius. C. Gracchi familiaris auro repensum caput eius excisum ad Opimium tulerit. Quanta autẽ auctoritas artibus olim fuerit: etiam ex eo cõiicere possumus: quod idẽ li. xxxv. inqt de Pamphilo pictore loquẽs. docuit neminẽ minoris talẽto annis decẽ: quã mercedẽ Apelles & Melanthius ei dedere: & huius auctoritate effectum est Sicyone primũ: deinde & i tota Græcia vt pueri ingenui ante omnia graphicen hoc est picturã in buxo docerẽtur: recipereturq; ars ea in primũ gradũ liberalium. In vetustis tamen omnibus legitur: vt pueri ingenui oĩa antigraphicen: licet hoc Hermolaus ex vetustis restituisse se dicat. quare suspicor sic Pliniũ scriptũ reliquisse. ingenui omnia ante graphicen. quasi hæc fastigiũ doctrinæ puerili imponeret, qd̃ tamẽ admonẽdi animo dictũ a me existimari velim. non. n. facile

Damnosa in Gallia literarũ studia.

Præmia medicorũ memorabilia.

Precia pictarũ tabularũ.

De honore picturæ.

mutandã esse structurã veterem censeo. non nihil hanc opinionẽ meam intendit id qd̃ sequitur. semper quidẽ honos ei fuit vt ingenui eã exercerẽt: mox vt honesti: perpetuo interdicto ne seruitia docerẽtur. cæterũ qd̃ hic dicitur neminẽ docuisse minoris talento annis decẽ: nõ consentaneũ mihi visum est vt cũ tanta precia tabularũ legeremus apud Plí. idẽ tamẽ docẽdi preciũ tã paruũ poneret. atq; ita poneret: vt admirari nos vellet. Quare cum exẽplaria antiqua adirẽ: repperi nõ annis sed annuis legẽdũ: nec decẽ sed. xl. vt sit: docuit neminẽ minoris talentis annuis quadraginta: q̃q̃ in antiquissimo ita scriptum erat quingẽta in pagella quidem: sed in margine quadraginta. vt minimũ autẽ annuis decem legendũ: hoc est aureorum sex millibus. quod lõgissime abest ab eo sensu qui ex impressis percipitur: absurdissimo illo quidem: cum etiam pluris hodie pictores instituantur. Atqui ne decoxisse doctrinam eam Apelli putemus qui tanti picturã didicit: Idẽ auctor de eo loquens aliquanto post ita inquit. Pinxit & Alexandrum Magnũ fulmen tenentẽ in templo Ephesię Dianę viginti talentis auri. digiti eminere vidẽtur: & fulmen extra tabulã esse. Immane tabulæ precium accepit aureos mensura non numero. vel vt ex vetustissimo lego tabulæ precium in nũmo accepit aureo mensura non numero. viginti auri talenta vt minimũ: centum ac viginti millia aureorũ coronatorum valent. quod tamen exquisitius postea viderimus Strabo lib. xiiii. de Co insula loquẽs & vrbe eius cognomini: In suburbano est Aesculapii templum valde nobile: simulachris multis refertũ. in quis est Apellis Antigonus. fuit etiã pridem Venus e mari emergens: quæ nunc diuo Iulio Cæsari dicata est Romæ: quam Augustus honori patris consecrauit vt generis auctorem. Fama est coís pro tabula centum talenta ex imperato tributo remissa esse. φασὶ δὲ τοῖσ κώοισ ἀντὶ τῆσ γραφῆσ ἑκατὸν τάλαντων ἄφεσιν γενέσθαι τοῦ προσαχθέντοσ φόρου. Interpres eo in loco lapsus Anadyomenẽ id est emergentem Venerem: nudam transtulit quasi apodyomenen. est enim ἀνάδυσισ emersus cui opponitur κατάδυσισ q̃q̃ & aliud significat. Plí. lib. supradicto Venerem exeuntem e mari diuus Augustus dicauit in delubro patris Cęsaris: quæ anadyomene vocatur. versibus græcis tali opere dũ laudatur victo sed illustrato. Huius enim inferiorẽ partem qui reficeret non poterat inueniri. Ego tamen ex vetustis melius posse legi puto. versibus græcis tali opere dũ laudatur victo. sed per tot lustra huius inferiorẽ partẽ corruptã qui reficeret nõ potuit inueniri. Per lustra autẽ cẽsores olim sarcta tecta ædium sacrarũ tuenda locare solitos esse notum est. Romanorum igitur res nũmaria ita propemodum constituta fuit. græci drachmis: minis: & talẽtis vsi sunt. Talentũ multiplex fuit auctore Festo. Atticũ autẽ sex millium denariorũ fuisse dicit τάλαντον (inquit) Sudas μνᾶς ἓξ ἑξήκοντα. ἡ δὲ μνᾶ δραχμῶν ἑκατόν. Talentum inquit minarũ est sexaginta. mina autem drachmarũ cẽtum. hoc etiam legimus in versibus illis qui apud Priscianũ leguntur: & fauini esse dictitantur: Cecropiũ superest post hæc docuisse talentum: sexaginta minas seu vis sex millia drachmas. Quod summũ doctis perhibetur pondus Athenis. Priscianus de ponderibus. scrupulus inquit sex siliquæ. drachma scrupuli tres. vncia drachmæ octo. scrupuli. xxiiii. vnciæ. xii. libra. libra vel mina attica drachmæ. lxxv.

Anadyomene Apellis.

Talentũ.

Libra vel mina graia drachmę. xcvi. talentum Atheniense paruum minæ sexaginta. magnũ minæ. lxxxiii. & vnciæ quatuor. ad hoc probandũ citat Liuium: sed quoniã verba Liuii apud Priscianũ corrupta sunt: ab auctore ipso repetenda sunt. qui lib. iiii. de bel. Maced. de Tito Quintio loquens Græciæ liberatore: ingẽs (inquit) numerus erat bello punico captorũ: quos Annibal cum a suis non redimerentur vænundederat. multitudinis eorum argumentum est q̃ Polybius scribit centum talentis eam remachæis stetisse: cum quingentos denarios precium in capita quod redderetur dominis: statuissent. mille enim ducẽtos Achaia ea regione habuit. Hactenus Liuius. Ex cuius verbis intelligimus in centum talentis millies ac ducenties quingentos denarios esse: hoc est sexcenties mille. quod perinde est ac si dicas centies sex millia denariorum. Ita planũ fit in quolibet talento sex millia denariorum fuisse: cum centesima pars eius summæ sint sex millia. Rem per se odiosam q̃ potui facillime explicui: sicq; vbiq; facturum me comparaui: ne qui hunc librum in manus sumpserint: identidem necesse habeant eo tantis per deposito palimpsestum sumere. sic appellãt tabellam deletilem qua calculatores vtuntur. addit hoc Priscianus: denarios eo tempore nummos argenteos fuisse siliquarum pondere vicenarũ quaternarum: id quod Liuius in eo libro ostendit de triumpho eiusdem Quintii loquens his verbis. Signati argenti octoginta quatuor millia fuere atticorum: tetrarchiam vocant: trium fere denariorum in singulis argenti est pondus. quo in loco Liuii non tetrarchiam sed tetradrachmum lego: non ex Prisciano apud quem in anis areola pro hoc verbo relicta est: sed ex Cicerone & Polluce libro nono de vocabulis rerum ad Cõmodum Cæsarem. qui auctor didrachmũ tridrachmũ & tetradrachmũ nomisinata olim fuisse tradit. eũq; nũmũ ab Athenienſibus bouem appellatum esse ab eius pecudis nota: indeq; ficta ab Homero arma Hecatombœa & Enneabœa. Id etiam ex Prisciano satis intelligi potest qui nummos illos atticos fuisse scribit duarum & septuaginta siliquarum. Idem Liuius (inquit ille) ostendit lib. xxxvii. ab vrbe cond. magnũ talẽtum atticum octoginta habere libras & paulo plus: cum supradictorũ cõputatio manifestet octoginta tres libras & quatuor vncias habere talẽtum quod est denariorum sex millium. Liuii verba hæc citat. talentum ne minus pondo. lxxx. Romanis ponderibus pendat. vel sic decreuit senatus vt non plus q̃ternæ libræ & quaternæ vnciæ singulis talẽtis desint. hactenus Priscianus. Cuius cõputationẽ sic accipio: (nihil enim aliud addidit) Cum vnũquodq; talentum sex millia denariorum pẽderet: octo quoq; millia drachmarũ pependisse ratione prædicta. Hæc octo millia si in centenarios partiaris: octoginta vtiq; libras cẽtenarias habebis. atqui cũ libra antiqua quã Liuius secutus est: drachmarũ fuerit sex & nonaginta: supererũt quater octoginta drachmæ id est trecentæ & viginti: ex quibus ratione prędicta tres libræ cõficiũtur: & insup tertia pars libræ: id est duæ & triginta drachmæ. Ita in talenta singula ternæ libræ cum triente tribuuntur vltra octoginta libras. Sciendum autẽ (inquit ille) q; secundũ Liuii computationẽ cẽtum minæ atticę: quarũ singulę. lxxv. drachmas habent: faciũt talentũ magnũ. minus autẽ talentũ sexaginta minæ secundũ Dardanũ faciũt. maius autẽ

Palimpsestos.

Didrachmum. Tetradrachmũ Arma Hecatõbœa Homero.

et minus fuisse docet Terentius in Phor.cum inquit.Si quis daret talētū magnū.Italica aūt mina drachmas habet (vt supra dictū est) nonaginta sex:quæ libra est.xii.vnciarū hoc est denarii.lxxii.Qua cōputatiōe.lxxxiii. libræ Romanæ & quatuor vnciæ:quod magnū talentū esse diximus: centum minas atticas faciunt.Seneca in.x.epistolarum ad Nouatum.xxiiii. sestertia (inquit) id est talentū atticum paruū .xxiiii.enim sestertia sexaginta libras habēt.Hactenus apud Priscianū legitur.Quo dicto Priscianus ipse sibi contrarius est. Hac enim ratione talentum magnū septem millia & quingentas tātum drachmas habuisse probatur: qd̄ Liuii supra dicta ratione octo millia habebat.quippe cū singula tetradrachma id est quaternarum drachmarū nūmos ternis denariis estimauerit:sena quoq; millia denariorum octonis millibus drachmarum æstimauit: at hoc q̄ sit consentaneum cum postremo dicto videamus. In promptu est enim vnicuiq; videre cum centum libræ centenariæ decem millia drachmarum valeant: si inde quartam partem eximamus: vt libræ iam sint septuaginta quinq; drachmarum: non plus q̄ septem millia & quingentas drachmas talentum valiturum:quod tamen Liuiana computatione octo millia valuit. Iam vero octoginta tres libras per numerum drachmarum.i.nonagies sexies multiplicemus:fient in summa septem millia nongentæ sexaginta octo drachmæ. his si trientem prædictum: id est duas & triginta drachmas addiderimus quæ ex quaternis illis exuberantibus vnciis fiūt: numerum omnino octo millium habebimus.Quare manifesta est hallucinatio in calculo prædicto.Quem Prisciani esse ideo non credo q; in tribus libris antiquis quos vidi tractatus ille non visitur: vno etiam antiquissimo.Centum igitur minæ atticæ talentum magnum vt fecerint:nō id talētum erit cuius Liuius loco supradicto meminit:sed euboicum fortasse, de quo idem Liuius.lib.eodem sic inquit:de pace loquens cum Antiocho facta. Europa abstinete Asiaq; omni quæ cis Taurum montem est:decedite.pro impensis deinde in bellum factis.xv. millia talentum euboicum dabitis.quingenta præsentia.duo millia & quingenta cum senatus populusq; Ro. pacem comprobauerit. mille deinde talenta per duodecim annos.Quid sit autem euboicum talentum docet Festus his verbis.Euboicum talentum nummo græco septem millium & quingentorū cistophorum est: nostro quatuor millium denariorum. Cistophororū autem crebra est mentio apud Liuium vt libro eodem in triumpho.L.Scipionis. tulit in triumpho argenti pondo.cxxxvii.millia:& paulo superius. de nauali triumpho.L.Aemylii pecunia translata nequaq̄ tāta pro specie regii triumphi. tetracina attica.ccxxxiii.millia.Cistophori.cccxxii.mil. In superiore exemplo non tetracinum & cistophori lego: sed tetradrachmum & cistophorum genitiuo casu.In hoc autem tetradrachma & cistophori: & vbiq; apud Liuium sic emēdandum censeo. Tetracinum enim quid sit nemo vt arbitror nouit.Nec tamen dictum Festi conuenit cū ratione Liuiana quæ talentum sex millium denariū facit.nisi etiā corruptū numerū apud Festum aliquis suspicari malit.q̄q̄ alioquin Festus ipse sibi non constat.qui alibi talentum atticum sex millium denarium facit: rhodiū cistophorum quatuor millium,alia etiā genera ponens nihil ad rem pertinen-

Euboicū talentū.

Cistophori.

Liuii locus.

tia.quare potius adducor vt talētū apud Liuiū sit octogenariū & proportione epitriton habeat.i.sesquitertiā:vel vt alii loquūtur tertiariā:ad talentū atticū minus:qd̄ sexagenariū est.Sic.n.ratio quadrabit: vt quā proportionē denarius ad drachmā habuisse dicitur:eandē Liuianū talentum ad vulgare id est ad atticū habeat.libras nūc centenarias intelligi volo. nā qd̄ apud Priscianū legitur:vt talētum minus sexagenariū sit: & libræ eius septuaginta quinq; drachmarum:nullo auctore confirmari potest. cū enim Suidas:Pollux:Festus:græci & latini talentum atticū sex milliū drachmarum esse dicant & sexaginta minarum:necesse est vt.lx.minas non atticas sed græcas intelligamus & centenarias:quæ atticas octoginta faciūt.Talenti magni meminit Plautus in Mostel.his verbis.Si hercle nūc ferat sex talenta magna argenti pro istis presentaria:nunq̄ accipiet.Locus autē ille Liuii qui apud Priscianum citatur:nō li.xxxvii.legitur:sed tricesimo octauo:his verbis.argenti probi.xii.millia attica talenta dato intra.xii. annos pensionibus equis. Talentum ne minus pondo.lxxx. Romanis ponderibus pēdeat. vbi tamen ordinem verborum peruersum esse credo. non enim latine.xii.millia talēta:sed talentū dicitur:quomodo & alibi & in loco supradicto locutus est Liuius.Quare hic Liuiū scripsisse puto: argenti probi attica talenta.xii.millia. vel atticum talentum. Qd̄ si de talento dicere vlterius pergam:exitum res non inueniet:vsq; adeo de talento diuersa prodūtur & varia ab auctoribus.Suidas talentum apud quosdam centum & viginti quinq; librarum fuisse tradit.apud nonnullos genus fuisse nomisma tis.Nō omittendum id quod Pollux inquit:talentum atticum apud Athenienses atticas drachmas capere numero sex millia.apud alios eūdem numerum:sed suarum cuiusq; loci drachmarū. Id quod eo pertinere potest quod de talento Liuiano dictum est: siue euboicum siue aliud fuerit: vt quomodo Athenis & alibi talentum sex millia drachmarum habuit vernacularum cuiusq; loci:sic Romæ sex millia denariorum habuerit: quæ tamen æquauerint pondere octo millia drachmarū. nihilo tamen secius cōstituere omnino habeo quid sit talentum: quātūq; sit ad Romanū nūmū relatum:siquidem ad vlteriora progredi ordine instituto volo.Obseruaui igitur Romanos nō ante talenti vocabulo vti cœpisse:q̄ imperii fines ad eas vsq; gentes prorogauerunt: quæ hoc vocabulo signati argenti vtebātur.tunc autem eos verisimile est eodem genere talenti vti solitos: quo genere vtebantur ii quibuscum commercia aut belli:aut pacis habuerūt.nisi si quādo certis verbis concepta fœdera aliud genus induxerunt:vt in Antiochi fœdere prædicto factum est:quo cautum est de talenti quantitate. Fere autem talentorum vocabulo vsi sunt in rebus Græciæ & Asiæ.quare cum Græci & Asiatici populi sena millia drachmarum & sexagenas minas tribuant:ego in colligendis summis hanc rationem vt potissimam sequar. malo enim extenuasse res videri q̄ in maius auxisse. atqui nemo talentum apud scriptores rerum in Græcia aut Asia a Romanis gestarum: minus fuisse libris sexaginta contenderit:vt arbitror. Denarii autem & drachmæ promiscuam appellationem habebo auctoritate fretus Plutarchi & Plinii. & scribentium concordia. nec me deterrebit locus ille Liuianus in quo pro trium fortasse quatuor legendum est.q̄q̄ & inter antiquū

Talētum magnū.

denarium & drachmam Athenienſem potuit aliqua eſſe differẽtia.quod tamen non probo. Habeo enim antiquiſſimum in honorem Romuli & Remi percuſſum: quibus infantibus lupa ſub ficu vbera præbet. literæ exeſæ vetuſtatem præferunt. Pondus idem quod reliquis: qui drachmales ſunt.ab altera parte.x.litera denarium ſignificare videtur.ſed potuit tetradrachmus nummus maligne percuſſus eſſe in difficultate rei publicæ Athenienſium:vt aliquando Romæ factum eſſe docebimus: ita vt quatuor drachmarum nummus nõ multo plus tridrachmo valeret: id eſt denariis trib9.τάλαντον (inquit Sudas) μνῶν ἑξήκοντα. ἡ δὲ μνᾶ δραχμῶν. ρ'. ἡ δὲ δραχμὴ ὀβολῶν ἑξ. Talentum (inquit ille) minarum eſt ſexaginta:mina autem drachmarum centum.drachma obolorum ſex.ſed de minutis poſt ea viderimus:ne quid indubitatum relinquatur. nunc talentum æſtimabimus ſexcentis coronatis noſtris.hoc eſt ſexagies denis.denos enim aureos in libras conſtituimus. Hac ratione centum talenta centies ſexcẽtos aureos valent:hoc eſt ſexaginta millia.quod promptum eſt colligere in digitos tantum calculum deducenti.centies enim quingenti:quinquaginta millia efficiunt:& centies centum decem millia. eadem ratione decem talenta ſex millia coronatorum valent.& viginti duodecim:triginta decẽ & octo. quadraginta quatuor & viginti. quinquaginta autẽ triginta. & mille ſexcenta millia.Quod ſemel dicendũ duxi ne lectores poſthac æſtimandis ſummis hæreant.Ita fit vt qđ græci quinquaginta talenta argẽti dicunt:Romani duodecies ſeſtertium dicant quæ ſumma cenſus eſt ſenatorii:qđita poſtea probabimus vt nemo in poſterũ ambigat. Veniamus ad hiſtoricorũ loca.Plutarchus in Cęſare.Circa Pharmacuſam inſulã a Piratis capit. qui per id tẽpus nauibus magnis & immẽſis claſſib9 mare occupauerant.a quibus cũ pro eo redimẽdo viginti poſcerẽtur talenta:deriſit ꝓ quale cepiſſent virũ ignorarent.Proinde quinquaginta ſe daturũ pollicitus eſt. Tranquil.in eodẽ numeratis deinde quinquaginta talentis expoſitis in littore:non diſtulit quin e veſtigio claſſe deducta: perſequeretur abeũtes.quinquaginta talenta triginta millibus coronatorũ æſtimo. Idẽ Plutar. Cæſar ex prętura prouinciã ſortitus Hiſpaniã:cũ proficiſcẽti creditores magnis clamoribus impedimẽto eſſent: cõfugit ad Craſſum: qui Romanorũ ditiſſimus:aduerſus Pompeii in rep. potẽtiã acri Cæſaris ingenio ac feruore ſimul egebat.Craſſo igitur contra inexorabiles maxime ac importunos creditores octingentorum & triginta talentorũ ſponſione iinterueniente:Cæſar in prouinciam abiit.hoc perinde eſt ac ſi dicã Quingenta & quatuor millia aureorũ quæ Cæſar debebat Craſſum fide ſua eſſe iuſſiſſe.de quo idẽ Tranquil.ex prætura vlteriorẽ ſortitus Hiſpaniam:retinentes creditores interuentu ſponſorum remouit.Appianus in ii.bel.ciuilium.Cæſar deinde in Hiberiã delectus prætor cum magnã facultatum partem ob ambitum ære alieno deuinxiſſet: huiuſmodi verbis vſus eſſe dicitur.bis millies & quingenties cẽtena millia ſibi adeſſe oportere vt nihil haberet.Hęc ſumma ære noſtro maior eſt bis & ſexagies centenis millibus aureorum.græci hunc numerum ſexcentas & viginti myriadas appellant.lingua noſtra millionẽ vocat decies centena millia.hoc ſi imitari volumus chiliada chiliadum vt græci dicere poterimus: hoc eſt

Aeſtimatio taleti ære noſtro.

Aes alienũ Cæſaris dictatoris.

Numerorũ maiorũ vocabula.

Chiliades & myriades.

mille millenarios vel millies mille. græci rurſus myriadem vocant decem millia:ergo decies centena millia:centum myriadas dicunt:& mille myriadas centies centena millia.quod ideo præfandum duximus ne legentes conturbentur ſi vel iis vocabulis aliquando vtamur. vel eos auctores citemus qui ea vſurparunt. Plutarchus in Craſſo. Apud Romanos omnes conſtat virtutes quas plurimas Craſſus habuit: vnius auaritiæ ſordibus obſcuratas fuiſſe. Cuius vitiis clariſſimum teſtimonium præbet magnitudo diuitiarum quas breui admodum tempore ſibi comparauit. nam cum trecenta ſolum talenta ex paterna hæreditate accepiſſet: priuſq̃ aduerſus Parthos exercitum duceret:ſeptem millium & centum talentorum ſummam coegiſſe traditur.cum etiam decimam facultatum ſuarum partem Herculi conſecraſſet:& publicum epulum dediſſet populo.ac tres minas in ſingula ciuium capita contuliſſet.Harum diuitiarum maximam partem (ſi verum proferre licet) ex ciuilibus bellis atq̃ incendiis comparauit: calamitatibus publicis ad priuatas vtilitates abutens. & paulo poſt enumeratis prædiis quæ & in vrbe & ruri ſectionibus quęſiuerat,ſeruos pręterea (inquit) circiter quingentos emit fabrilis artis & architecturæ peritos. nec iis tantum ad propriæ domus extructionem vſus eſt: ſed ciuibus ædificare volentibus eorum operas mercede locabat.ac ſimul areæ ſpatium cuicunq̃ pro arbitrio ſuo ad ædificandum vendebat. Cumq̃ ſignati argenti maximam copiam & agros miriſice cultos: in iiſq̃ cultorum ingentem numerum poſſideret: minimi tamen hæc omnia facienda videbantur præ maxima turba ſeruorum quos variis artibus inſtructos habebat:lectores: ſcribas: pictores: argentarios: procuratores:menſarios:quos ipſemet ſumma diligentia curare:diſcentibus aſſiſtere: plærosq̃ etiam docere conſueuerat. aiebat enim præcipuam domini curam circa ſeruos eſſe oportere: cum ſint rei familiaris tanq̃ animata inſtrumenta. Septem millia & centum talenta bis & quadragies centena millia aureorũ noſtrorum valent.& ſexaginta pręterea: quam ſummam ſi Craſſus poſt decimatas facultates ſuas:& largitionem popularem habuit: quid exiſtimamus eum integris facultatibus habuiſſe? quod ſi verum eſt eum in ſingula capita ciuium Romanorum ternas minas dediſſe:vt centum millia ciuium fuerint ad donatiuum nomina ſua dantium: minoris trecentis myriadibus: id eſt tricies centenis millibus defungi largitione non potuit.Quare hunc locum ſuſpectũ habeo:præſertim cũ circa hæc tempora cenſu Romæ acto inuenta ſint quadringenta ſexaginta millia paulo ante proſcriptionẽ Syllanã.diximus ſupra apud Pliniũ legendũ eſſe de eodẽ Craſſo in agris ſeſtertiũ bis millies poſſedit:Quiritiũ poſt Syllã ditiſſimus. Siqdẽ bis millies quinquagies cẽtena millia aureorũ valet.quare Claudii libertus Pallas:qui a Cornelio Tacito ſeſtertii ter millies poſſeſſor dicitur:vicies & quinquies cẽtenis millibus Craſſo fuiſſe ditior perhibetur:qđ etiã Plinius ſatis ſignificauit his verbis.multos poſtea cognouimus ſeruitute liberatos opulentiores. pariterq̃ tres Claudii principatu Pallantem:Calliſtum:& Narciſſum.Diuitiæ autem Narciſſi in prouerbium veniſſe videntur:cum Iuuenalis dicat. nec Crœſi fortuna vnq̃ nec Perſica regna Sufficient animo,nec diui-

Craſſi diuitię malæ partæ.

Pallas ter mille ſeſtertiũ poſſedit Craſſo ditior.

Diuitiæ Narciſſi.

tiæ Narcissi indulsit Cæsar cui Claudius omnia. Magis id mirum forsitã videri possit quonã modo Demetrius Põpeii libertus vnius ciuis. Ro. q priuatũ fastigiũ aut certe ciuile nõ excessit: tantas opes parare potuerit. de quo Plutarchꝰ in Põpeio ita inqt Demetrii cõiugẽ q Põpeii libertꝰ plurimũ apud ipsum poterat: quiq; censum triũ milliũ talentorũ reliq̃rat: Põpeius p̃ter naturę suę mores nec humane nec liberaliter habuit. De eius liberti insolentia & fastu & opibus multa ab eodẽ auctore alio loco dicunt. Sed quod de Cęsare ex Appiano diximus: id vero videndũ est: fidem em̃ excedere videretur vt ciuis. Ro. i. ante dictaturã bis millies & quingenties æris alieni habuerit. Iã primũ Plutarchꝰ de eo ita inquit: ad impẽdas autem profusior: breuẽ ac momentaneã sibi gloriã tam magnis opibus permutare videbatur: cũ tũ re vera paruis amplissima cõpararet: antea vero q̃ vllũ iniisset magistratũ: mille ac trecẽtorũ talentũ cõflasse æs alienũ dicitur: mãdata deide illi Appię vię cura: ingẽtes prodegit pecunias. ędilis ccc. & xx. paria gladiatorũ exhibuit circa spectacula põpas atq; epulas p̃ fusissimis sumptibus vsus: vniuersas superiorũ munificẽtias obliterauit. Quas ob res affectã sibi plebem reddidit: vt certatim honores excogitarent quibus paria cũ illo facerẽt. Tranq. de eo loquens: deposita prouinciæ spe pontificatũ maximũ petiit nõ sine profusissima largitiõe. In qua reputans magnitudinẽ æris alieni cũ mane ad comitia descenderet: p̃dixisse matri osculanti fertur domũ se nisi pontificẽ non reuersurum. Plutarchus aũt auctor est dixisse eum matri aut pontificẽ hodie videbis filium aut exulem. quanta autẽ summi pontificatus esset dignatio & q̃ opimus eius redditus ex eo coniici potest: q̃ Tranquil. in Claudio imquit. Postremo etiam sestertiũ octogies pro introitu nouĩ sacerdotii coactus impendere: ad eas rei familiaris angustias decidit: vt quum obligatam ærario fidem liberare non posset: in vacuum lege prædiatoria venalis pependerit. Si enim pro sacerdotio vno Claudius tantum conferre non dubitauit: quid existimamus: de pontificatu maximo qui caput erat omnium vt est hodie: & quem principes ipsi assumere solebant vt ex nomismatis apparet. Idem Tranquil. in Cæsare. Crassum Pompeiumq; in vrbem prouinciæ suæ extractos: compulit vt detrudendi Domitii causa consulatum alterum peterẽt: perfecitq; per vtrumq; vt in quinquennium sibi imperiũ prorogaretur. Qua fiducia ad legiones quas a republ. acceperat: alias priuato: alias publico sumptu addidit. Idẽ alibi: Egit cum tribunis plebis collegam se Pompeio destinantibus: id potius ad populum ferrent: vt absenti sibi & quandocunq; imperii tempus expleri cœpisset: petitio secundi consulatus daretur: ne ea causa maturius & imperfecto adhuc bello decederet. Quod vt adeptus est: altiora iam meditans & spei plenꝰ: nullum largitionis aut officiorum in quẽq̃ genus publice priuatimq; omisit: forum de manubiis inchoauit: cuiꝰ area sup̃ sestertiũ millies cõstitit: munus populo epulumq; pronunciauit in filię memoriam: quod ante eum nemo fecit. Quorum vt q̃ maxima expectatio esset: ea quæ ad epulum pertinerẽt: q̃uis macellariis oblocata: etiã domesticatim apparabat. Et paulo inferius: legionibus stipẽdiũ in perpetuũ duplicauit. frumẽtũ quotiẽs copia esset: etiã sine modo copiaq; p̃buit: ac singula interdũ mancipia &

Põtificatus maximus.

prędia viritim dedit: & rursus inferius: tũ reorũ aut obęratorũ aut prodigæ iuuentutis subsidiũ vnicũ ac potentissimũ erat. Hęc & huiuscemodi alia etiã si post prętura Hispaniensem contigerunt: tamen eo pertinent: vt intelligamus Cæsarem ingenio admodũ profuso ac magnifico fuisse: & quod nõ nisi summa appeteret. Eiusdem generis sunt quæ sequuntur apud eundem auctorẽ. mũditiarũ lautitiarũq; studiosissimũ multi prodiderunt: villã in Nemorensi a fundamentis inchoatam: q̃ non tota ad animum ei responderat: totam diruisse: q̃q̃ tenuẽ adhuc & obęratũ. & iterũ alibi: ante alias dilexit Marci Bruti matrem Seruiliã: cui & primo suo cõsulatu sexagies sestertiũ Margaritã mercatꝰ est. Quod hic dicit̃ de Margarita sexagies sestertium empta; fidem facit dicto Pliniano de Margarita cleopatræ centies sestertiũ æstimata: id est aureis ducentis quinquaginta millibus. Ego cũ inquirerem an id verum esse potuerit: sic rationẽ ducebam: dotem omnem Margaritarum (vt Plinius inquit & gemmarii nostri confirmant) in candore: in magnitudine: in orbiculari forma: in ęuore & pondere esse scimus: candorem nostri nitorem indicum intelligunt: Quare in vnionum indicatione omnia hæc obseruant. Cum hæc p̃derem percũctatus sum a gemmario quodã primi nominis mihi familiari: quem vidisset vnq̃ p̃ciosissimum vnionem: quantum pendere meminisset. Cum de hoc verba faceremus & ille tricenarios se vidisse respõdisset: idq; vt memorabile in pręcipua bonitate commemoraret: super sermonẽ aduenit gemmarius alter qui dixit pridie se vnum tenuisse quadraginta ceratia pendentem. hoc enim verbo in gẽmis appendẽdis vtuntur: quod infra a nobis exponetur. Is igitur cũ rei pernoscendę cupidum me videret ait se postridie mihi eum ostensurum in manibus inclusoris aut vascularii: qui illigandum eum monili conduxerat. ea die ad cõstitutã horã nõ affui: tertio die cũ venissem ad eũ: cõperi ab iclusore redditũ: cęterꝫ eũ esse in dactylotheca principali: tribus aureorum millibus emptũ: Auellanę magnitudine: orbiculatum: eximiæ pulchritudinis: pondere (vt dixi) quadragenarium. ab alio gemmario audiui: quo etiam familiariter vtebar: vnam se Margaritam tenuisse: exquisita bonitate: pondere tricenariam: quatuor millibus aureorũ emptam a duce Borboniana Ludouici regis vndecimi filia: viragine cordatissima eadẽ & magnificẽtissima: socru ducis Borboniani qui hodie in eo genere principum censetur quos sapientissime Homerus Amymonas appellabat. Significare volẽs ita omni reprehensione maiores: vt ne nasuti quidem homines & ipse deniq; momus aliquid in eis improbarent. Sed Plinius de vnionibus loquens põdus (inquit) ad hoc æui semũciæ pauci singulis scrupulis excessere: hoc põdus sex & octoginta ceratia & bessem ceratii æquat: cũ in vncia cẽtũ & octoginta sint ceratia: & viginti in drachma. Non mirũ est igitur si vnio omnis æui maximus & omni dote bonitatis p̃stantissimus: tãti ea ætate æstimatꝰ est quo mũdus auro & argẽto exuberabat: vt ex sequẽtibꝰ liq̃do docebit̃. Pli. li. xxxvii. de adamãte loquẽs ita inqt: pximũ apud nos indicis arabicisq; Margaritis p̃ciũ est: tertia auctoritas smaragdis phibet̃ pluribꝰ de causis: hactenꝰ Plinius. Ex cuius verbis intelligimus Margaritã in ordine gemmarum adamanti tantum cedere: licet hoc tempore vix quartę sit auctoritatis. Idem tamen

Margarita cleopatræ: & altera seruiliæ.

De vnionibus.

Amimonos.

Ordo gẽmarũ auctoritatis

li.ix.Principiũ ergo culmẽq; omniũ rerũ p̃cii Margaritę tenẽt:indic9 has mittit Oceanus.Ergo cũ eo tẽpore vnionũ inter gẽmas prima aut certe se cũda esset indicatura: tũcq; rerũ p̃cia ad summũ licitatiõis excreuissent: & ille Cleopatrę vnio pondere altero tãto præstaret quẽ p̃ciosissimũ memorię nostrę vnionẽ gẽmarũ institores meminerũt:atq; eo amplius scrupulo:nõ abhorrere a fide puto tãti æstimatũ esse:simul q; omnibus numeris cõmẽdationis absolutus erat:simul q; ad culmẽ probationis & primatum peruenerat:& ita inclaruerat fama vt natura specimen sui fecisse in duab9 Margaritis existimaretur:vt ex Plinio apparet.Huius precii ratio sic arbitror iniri põt.Quũ ex illo gẽmario quęrerẽ q̃ti ex formula æstimaretur plurimo Margarita quę pondere quaternaria:& bonitate prima esset:trigita(inqt)aureis eiusmodi emptã vidim9.Quid octonariã(inq̃) eiusdẽ notę q̃ti æstimares:ait minimũ ducẽtis.Cũ vlterius rogitãdo per accessiones p̃gerẽ:Ita respõdit vt intelligerẽ accessionẽ p̃cii deiceps ex pondere nõ numero sed ꝓportione fieri:vt quomodo duplicãdo põdere supradicto octonaria Margarita septuplex quaternarię æstimatione facta esset:sic in duodenaria & vicenaria & vlteriorib9 maiore deiceps maioreq; sursum versus incremẽto p̃ciũ augesceret.Qua ratõe si p̃ciũ Plinianę illi statuamus:in immẽsum quoddã p̃ciũ abibit taxatio.Maius fortasse miraculũ sit Cęsarem centũ quinquagita millibus vnionẽ vnũ emisse:vt adulterę donaret.de quo Tranq.ita scribit(vt ad rem redeamus)in primo cõsulatu tria millia põdo auri furatus e capitolio tãtũdẽ inaurati æris reposuit:societates ac regna p̃cio dedit:vt qui vni Ptolemęo ꝓpe sex millia talentorũ suo põpeiiq; nomine abstulerit.hęc Tranquilli auctoritas fidem facere põt iis quę a nobis Paulo ante dicta sunt.Plutarchus de eodẽ loquens:inter hęc(inquit)Res gallica maxime Cęsarẽ extulit:qui in remotissimis locis cũ eẽt:bellaq; aduersus Belgas Britãnosq; cõsereret:aurum argẽtũq; spolia cęteraq; diuitias ex hostibus partas(tanta horũ aderat copia)magno numero Romã misit:horũ deinde largitiõibus animos ciuiũ tentãs:ędilibusq; ad spectacula tribuens prętoribusq; atq; cõsulib9 eorũq; vxoribus donãs:multos sibi allexit.Quare in reditu supatis alpibus cũ ad ciuitatẽ Lucanã hybernaret:virorum & matronarũ magnum numerũ eo accessisse memorãt:cũ plausu lętitiaq; ingẽti sese offerẽtium. Cõsulares viri eo profecti sunt ducẽti:inter quos Põpeius:& Crassus fuere:procõsulũ quoq; ac p̃torũ centũ & viginti fasces ante Cęsaris fores inspecti:alios aũt omnes spe donisq; repletos Cęsar dimisit:cũ Crasso autẽ & Põpeio fœdus iniit.Idẽ in Pompeio:de initiis ciuilis belli loquens.Cęsar(inquit)validius tum rebus imminebat.Qui cũ nondũ lõge Italiam attigisset:sedulo ad vrbẽ destinabat milites vt comitiis adessent:multos illic tũ ciues pecuniis allicies:multos etiã primoq; muneribus demulcẽs. inter quos Paulus cõsul ob mille & quingẽta talẽta mutatus est: & Curio tribunus plebis ingẽti ęre alieno liberatus est:hactenus ille.Ecquis estigitur qui aio cõcipere possit tantã corruptoris munificentiã: qui alterius tantũ cõsulis fauorẽ nongẽtis millibus aureorũ redimere non dubitarit? q̃q̃ maior illa fuit Curionis merces qui sexcẽties sestertium æris alieni habuit vt auctor est Valerius.lib.nono.ob illas rapinas Gallicas emanauit

Vnio seruilię dat9

Rursus ad Cęsarẽ redit.

Animosissimus corruptor: Curionis æs alienũ

illud trimetrum iãbicum Catulli:quis hoc potest videre:quis potest pati: Mamurrã habere quod comata gallia habebat:& cũcta Britannia? eo ne nomine imperator vnice:fuisti in vltima occidentis insula: vt ista vestra diffutata mentula ducẽties comesset aut trecẽties? Quo ex loco satis cõiicere est ingentẽ esse summam trecẽties sestertiũ:quo Catullus Mamurrã pręfectum Fabrũ Cęsaris locupletatũ esse a Cęsare spoliata gallia & Britãnia cõqueritur.de quo Pli.li.xxxvi.sic inquit.Primũ Romę parietes crusta marmoris operuisse totius domus suę in cęlio mõte Cornelius nepos tradit Mamurrã Formiis natũ pręfectũ fabrũ Caii Cęsaris in Gallia. neq; indignatio sit tali auctore inuẽta re.hic nãq; est Mamurra Catulli Veronensis carminibus proscissus: Quẽ vt res est:domus ipsius clari9 q̃ Catullus dixit habere quicquid habuisset comata Gallia.quibus verbis Pli. ingẽtẽ luxũ ædificii significauit.Age q̃d de Luculli diuitiis existimare possum9:qui cũ reip.infensus priuatę vitæ se dedisset:ædib9 & p̃toriis extruendis:hortis & cœnationib9 amœnissimis incredibili sumptu paratis:& bibliotheca insigni vtriusq; linguę libris referta:atq; oibus obuia & patẽti:opes bello quæsitas conterere nõ potuit:cũ interim quotidiano epularum apparatu in prouerbiũ prope venerit? vnũ de eo dictũ Plutarchi referemus quod est i hanc ferme sententiã.Quodã die(inquit)cũ Cicero & Põpeius Lucullũ in foro sedentem ociosumq; offendissent:eo salutato dixerũt sese apud eũ eo die cœnaturos: ea demũ conditione vt nihil ad solitam cœnã eorum causa adderet.quo primũ recusante:cœnãq; in diẽ posterum reiiciente:illi sese dicere neq; diẽ aliũ constituturos:ac ne potestatem quidem illi facturos:vt seruis aliquid in aurem imperaret. Hic Lucullus deꝑhensum se videns:id tandẽ orare eos institit vt vel eorũ venia sibi liceret palã vni ex seruis dicere ad Apollinis eo die se cœnaturũ:erat aũt Apollo triclinii aut cœnationis nomẽ:& ordinatas illeita cœnationes habebat: vt taxata cœnarum summa vnicuiq; loco esset.eo igitur audito famuli quid agi ille vellet gnari:cœnã continuo appararũt impẽdio quinquaginta millium:tãta celeritate & lautitia epularũ vt Põpeius & Cicero obstupescerẽt.Quinquaginta millia:mille ac ducẽtos quinquaginta aureos valẽt. Huiusmodi multa a Plutarcho referũtur: fidem omnino excedẽtia si ex p̃senti seculo æstimẽtur. Varro li.iii.de re rust.de Piscinis Luculli loquẽs.Cõtra ad Neapolim.L.Lucullus postq̃ perfodisset montẽ:ac Maritimũ flumẽ immisisset in Piscinas q̃ reciproce fuere:ipse Neptuno nõ cederet de piscatu.In baiano aut ardeæ tanta ardebat cura vt Architecto permiserit vt suã pecuniam cõsumeret:dũmodo ꝓduceret specus e piscinis in mare:oblectaculo quo æstus quotidie ab ortu lunæ ad nonã proximam introire ac redire rursus in mare posset:ac refrigerare piscinas.Columel.li.ix.Attamẽ iisdẽ tẽporibus quib9 hãc memorabat Varro luxuriẽ: maxime laudatur seueritas Catonis:qui nihilominus & ipse tutor Luculli:grandi ære sestertiũ milliũ quadringẽtorũ piscinas pupilli sui vẽditabat. Tum em̃ celebres erãt delitiæ popinales:cũ ad mare deferebantur viuaria:quorũ studiosissimi velut ante deuictarũ gẽtium Numãtinus & Isauricus:ita Sergius Aurata & Licinius Murena captorum piscium lętabantur.vocabulis.Macrob.li.iii.Satur.Piscinas aũt q̃ refertas habuerit p̃cio-

Mamurra.

Lucullus Bibliotheca luculli

Memorabilis lux9 Luculli.

Piscinæ.

Piscinarii

ſiſſimis piſcibus Romani illi nobiliſſimi principes. L. Philippus & Hortenſius quos Cicero piſcinarios appellat: etiam illud indicium eſt: q̃ Marcus Var. in li. de agricultura refert. M. Catonem qui poſt Vticæ periit: cũ hæres teſtamenro Lucillii eſſet relictus: piſces de piſcina eius quadraginta millibus vẽdidiſſe. Locus autẽ Ciceronis a Macrobio ſignificatus legitur li. pri. ad atticum his verbis. Sed poſtea q̃ primũ Clodii abſolutione leuitatem infirmitatẽq; iudiciorum perſpexi: tũ autẽ beatos homines (hos piſcinarios dico tuos) non obſcure nobis inuidere: putaui mihi maiores quaſdã opes & firmiora pręſidia eſſe quęrẽda. Pli. li. ix. Eadẽ ætate prior L. Murena reliquorum piſcium viuaria inuenit. cuius deinde exemplũ nobilitas ſecuta eſt: Philippus: Hortenſius: Lucullus: exciſo etiã mõte iuxta Neapolim maiore impendio q̃ villã ædificauerat: Euripum & Maria admiſit. qua de cauſa Magnus Põpeius Xerxem togatũ eũ appellabat. quadraginta ipſius piſcinæ a defuncto illo vęniere piſces. Ex antiquo tamen melius legitur. xl. ſeſtertiis e piſcina defuncto illo væniere piſces. quare apud Columel. non milliũ quadringentorũ ſed quadraginta legẽdũ videtur: qd̃ tamẽ idẽ auctor grande æs appellauit. nos mille aureis eã ſummã taxamus. Idem Pli. lib. eodem. murenarũ viuariũ priuatim excogitauit. C. Hirius ante alios. qui cœnis triũphalibus Cęſaris dictatoris ſex millia numero Murenarũ mutua appendit: nã permutare quidẽ p̃cio noluit: aliave merce. Huius villã inter q̃ modicũ. xl. millibus piſcinę vęndiderũt. hoc dictũ Plinii eo pertinet qd̃ ſupra diximus de magnificentia Cæſaris. q̃tũ. n. æſtimamus reliquarũ epularũ apparatũ fuiſſe: cum murenę ſex millia numero fuerint: q̃uis vęnales tot reperiri non poſſent? Verũ ille locus Plinii emendandus eſt: ptim ex vetuſtis in qbus ita legitur: huius villã intra quã modicũ. xl. piſcinę vęndiderunt (mille autẽ adiectitiũ verbũ eſt) ptim ex Varrone & Macrobio. Varro. li. ſupradicto. Illę autẽ maritimę piſcinę nobiliũ potius exinaniũt marſupiũ q̃ replent. Primũ. n. ædificantur magno: ſecũdo implẽtur magno: tertio aluntur magno. Hirius circũ piſcinas ſuas ex ædificiis duodena millia ſeſtertiũ capiebat. eã omnẽ mercedẽ eſcis quas dabat piſcibus cõſumebat: nec mirum. vno tẽpore. n. memini hunc Cæſari ſex millia murenarũ mutua dediſſe in pondus: & propter piſcium multitudinẽ quadragies ſeſtertio villã vęniſſe. duodena ſeſtertia Varro magnũ ſumptũ vocauit: nos trecẽtis aureis æſtimamus. ſic igitur locum Plinii lego. Huius villã intra q̃ modicã quadragies piſcinę vendiderũt: id eſt centũ aureorũ millibus: villã intra q̃ modicã intelligo minorẽ etiã mediocri. Hoc. n. modica ſignificat qd̃ notius eſt q̃ vt exempla requirantur. Verũ huius emendationis Macrobiũ auctorem habeo: cuius hæc verba tranſcribẽda duxi ex libro ſupradicto. auctor eſt Pli. C. Cæſarẽ dictatorẽ cum triumphales cœnas populo daret: ſex millia murenarũ a Caio Hirio ad pondus accepiſſe. huius Hirii villam q̃uis non amplã aut latã: conſtat propter viuaria quæ habuit quadragies ſeſtertium vęnundatam: ſic autẽ intra q̃ a Plinio dictum eſt: vt ſupra q̃ & extra q̃ dicuntur ab auctoribus & infra q̃. Cicero. ſtomachi autem partes quæ ſunt infra q̃ cibus deuoratur: dilatantur. & arteria aſpera oſtium habet adiunctum linguæ radicibus paulo ſupra q̃ ad linguam ſtomachus adnectitur. Hic locus admo-

Pli. locus.
Intra q̃.
Infra q̃.
Supra q̃.

nere nos debet q̃ Plinius corruptus ſit in huiuſmodi rerum deſcriptione vt antea diximus. Subiungam nunc aliqua eodem pertinentia quo illa p̃cedentia. Pli. li. x. pauonem cibi gratia Romæ primus occidit orator Hortenſius adiiciali cœna ſacerdotii. ſaginare primus inſtituit circa nouiſſimum piraticum bellum. M. Aufidius Lurco: exq; eo q̃ſtu redditus is ſexagena millia ſeſtertium habuit. Varro li. ſupradicto ex pauonibus. M. Aufidius Lurcho ſupra ſexagena millia nũmum in anno dicitur capere. Qd̃ Varro nũmum Pli. ſeſtertium dixit: ne de hoc poſtea dubitetur quod antea diximus: nũmum & ſeſtertium idem fuiſſe Romanis. quonãmodo autem villatica paſtio ſexagena millia quotãnis reddere vno nomine: id eſt pauonum ſagina potuerit: docet Varro his verbis. Primus hos Quintus Hortenſius augurali adiiciali cœna poſuiſſe dicitur: quem multi ſecuti cito precia eorum extulerunt. ita vt oua eorum denariis quinis væneant: ipſi facile quinquagenis: grex centenarius facile quadragena millia ſeſtertium reddat: vt quidẽ Albutius aiebat: ſi in ſingulos ternos exigeret pullos: perfici ſexagena poſſe. Idem paulo ſuperius. hi ad conſtituendos greges parantur bona ætate & bona forma: paſcuntur omne genus obiecto frumento maxime hordeo. Itaq; Seius his dat in menſes ſingulos hordei modios ſingulos. Ita vt fœtura det vberius anteq̃ ſalire incipiãt. hic a procuratore ternos pullos exigit: eoſq; cũ creuerint quiquagenis denariis vẽdit: vt nulla ouis hũc aſſequatur fructũ. Sexagena ſeſtertia quiq; millia denariorũ valẽt vt diximus: ſi ergo in ſingula capita cẽtenarii gregis ternos pauones reddĭtus annui ſtatuas: trecẽtos pullos habebis: quos ſi grãdiores factos & ſaginatos quinquagenis denariis vęnundatos intelligas: quina dena millia denariorũ in ſumma erũt: id eſt quiquagies trecẽtena. Rurſus ſexagena millia ſeſtertiũ æſtimatione noſtra mille ac quingẽtos aureos valent: & quinquaginta denarios: id eſt ſelibrã argẽti quinq; coronatis æſtimare ſolemus. Si igitur trecẽties quinos vel quinquies trecẽtenos aureos multiplices: mille ac quingẽtos in ſumma inuenies: ita ad nũmũ conuenit quod de nũmo ac denario ſeſtertiiſq; dixim⁹. Apud Varronẽ mẽdoſe legit: itaq; ſenis his dant. pro Seius his dat. Seianę. n. villę apud eum fit mẽtio & alioquin modi⁹ ſex pauonib⁹ in menſem nõ ſufficeret: qui vix vni ſufficit vt poſtea docebimus. Idẽ alibi de villatica paſtiõe Seii loquẽs: Certe inq̃t merula ibi vidi greges magnos ãſerũ: gallinaq;: colũbarũ: gruũ: pauonũ: nec nõ gliriũ: piſciũ: aprorũ: cæteręq; venationis: ex quibus reb⁹ ſcriba librari⁹ eius ĩ ãnos ſingulos plus quinquaginta mil. e villa capere dicebat. Axio admirante: certe noſti (inq̃t) materterę meæ fundũ ĩ ſabinis qui eſt ad vigeſimũ quartũ lapidẽ via ſalaria a Roma. quid ni inq̃t? atqui in hac villa qui eſt ornithon: ex eo vno quinq; millia ſcio vęniſſe turdorum denariis ternis: vt. lx. millia ea pars reddiderit eo anno villæ: bis tantũ q̃ tuus fundus. cc. ingerum reate reddit. Quid. lx. inquit Axius. lx. lx. derides? lx. inq̃. Sed vt ad hunc bolum peruenias op⁹ erit tibi aut epulũ aut triumphus alicuius: vt tunc fuit Scipiõis Metelli: aut collegiorũ cœnę: quæ nunc innumerabiles excandefaciunt annonam macelli. reliquis annis omnibus & hanc expectabis ſummam. Quotus enim quiſq; eſt annus quo non videas epulum aut triumphum: aut collegia coepularii? qui nunc

Pli. lo.
Pauonũ precia.
Nũm⁹ & ſeſtertiũ idẽ R.o.

innumerabiles intendant annonam. Nonne item. L. Albutius homo (vt scitis) apprime doctus: dicebat in Albano fundum suũ pastionibus semp vinci a villa: agrum.n. minus dena millia reddere: villam plus vicena. Idẽ secundũ mare quo loco vellet si parasset villam: se supra centũ millia villa recepturũ. age nõ Mar. Cato nuper cum Luculli accepisset tutelã e piscinis eius. xl. millibus sestertiũ vendidit pisces? Ternis denariis id est duodenis nũmis turdos venisse ad epulum adiiciale dicit. id est ære nostro denis solidis turonicis & semisse. si igitur quinquies duodena millia vel duodecies quina numeres cum quinq; turdorum millia fuerint. lx. millia nummorum efficies. turdi apud nos hyeme non altiles sed aucupio capti & cõtinuo occisi: veneũt summũ senis denariolis: id est solidi semisse. Florentiæ altiles auiculas comedi adipe oino obesas: magnitudine alaudæ: sapore admodum suaui: quæ tribus solidis nostris emptitari dicebãtur: sepe etiã pluris. verũ hoc adnotandũ q; ager ducentorũ iugerum triginta millia reddere non poterat: cũ villatica pastio. lx. millia vno nomine redderet. triginta millia ære nostro septingentos quinquaginta aureos valẽt. Videamus de mancipiis Romanis. Pli. li. vii. preciũ hominis in seruitio geniti maximũ ad hanc diem (quod equidem compererim) fuit grãmaticæ artis daphnidis Gn. Pisaurense vendente: &. M. Scauro principe ciuitatis. i ii. M. dcc. sestertiis licẽte. excessere hoc in nostro æuo: nec modice histriones: sed libertatem suam mercati. quippe cum iam apud maiores Roscius histrio. i ii. M. d. Anniam mercasse prodatur. Sic in omnibus impressis exemplaribus legitur: in iis etiam quos Hermolaus castigando Plinio obseruasse se dicit. quo magis mirum est Hermolaum cõniuentibus oculis hæc verba prætermisisse: cum tamen eodem capite vnum verbum mutauerit contra fidem vetustæ lectionis: in quo ego ei nõ assentior. Quomodo autem summũ precium hominis serui esse potest tria millia & septingenti sestertii: cum Columel. lib. quarto dicat: de vinitore seruo loquens. sed ego plurimorum opinioni dissentiens preciosum vinitorem in primis esse censeo. isq; licet sit emptus sex vel potius sestertium octo millibus: cum ipsum solum septem iugerum totidem millibus nummorum partum sit. Quod si apud Pli. sestertia genere neutro intelligas: immane erit precium: etiam præterq; latine loquentium consuetudo refragatur: vt alibi diximus. Plutar. in Catone maiore. Cum Babylonia supellex hæreditate ei obuenisset: vt q̃ primum vænundaretur curauit. nullam eius villam tectorium habuisse: nec vllum mãcipiũ vltra mille & quingentas drachmas emisse dicit. quasi non delicatis & formosis: sed colonis ac robustis stabulariis & bubulcis sibi opus esset. mille & quingentæ drachmæ sex millia nũmorũ valent. Qd̃ conuenit cum dicto Columellæ qui sex vel potius octo millibus vult emi vinitorem: quẽ preciosum vocat: id est centum quinquaginta vel ducẽtis aureis nostris emptum. Liuius lib. ix. de bel. Macedonico de censura eiusdem Catonis loquens. In censibus quoq; accipiendis tristis & aspera in omnes ordines censura fuit, ornamenta & vestem muliebrem: & vehicula quæ pluris q̃ quindecim millium æris essent. in censum referre viatores iussit. Item mancipia minora annis. xx. quæ post proximum lustrum decem millibus

Precia mancipiorũ.

Pli. lo.

æris aut eo pluris vænissent: vti ea quoq; decies pluris q̃ q̃ti essent æstimarentur: & his rebus omnibus terni in millia æris attribuerentur. Hęc æstimatio maior est tribus millibus septingentis sestertiis: sed ex Liuii loco intelligimus non impune olim id est censuræ tempore fuisse iis qui precia rerum vltra modum intendissent. propter quod emanauit dictum illud Plinii in loco supradicto eodem capite statim post verba prædicta. nisi siquis in hoc loco desiderat Armeniaci belli paulo ante propter tyridatem gesti dispẽsatorem: quem Nero. III. C. XXX. manumisit. sed hoc precium belli non hominis fuit. tam Hercules q̃ libidinis non formæ Paronetemi Spadonis Seiano. III. M. D. mercante a sutorio prisco. quã quidem iniuriam lucrifecerit ille: mercatus in luctu ciuitatis: quoniam arguere nulli vacabat. quo in loco Peronetomi libentius legerim q̃ paronetemi: quod quid significare possit non video. περονήτομον fortasse nomen spadoni accommodatum quasi exectis genitalibus etiam infibulatus. legimus apud Senecam in epist. ad Lucillium lib. iiii. seruos anagnostas id est lectores literarum peritos cẽtum millibus nummorum emptos. quod tum maximum habebatur precium. Caluisius (inquit) Sabinus memoria nostra fuit diues. hic eruditus videri volebat. Hanc itaq; compendiariam doctrinam excogitauit: magna summa emit seruos: vnum qui Homerum teneret: alterum qui Hesiodum. nouem præterea lyricis singulos assignauit. Postq̃ hæc familia illi comparata est: suasit illi satellius stultorum diuitum arrosor & quod sequitur arrisor: vt grammaticos haberet analectos. cum dixisset Sabinus centenis millibus sibi constare singulos seruos: minoris (inquit) totidem scrinia emisses. Quin & apud Plinium ipsum eodem in libro de exemplis similitudinum loquentem ita legitur. Toranius. M. Antonio iam triumuiro eximios forma pueros: alterum in Asia genitum: alterum trans alpes: vt geminos vendidit: tanta vnitas erat. Postq̃ deinde sermone puerorum detecta fraude a furente increpitus Antonio est: inter alia magnitudinem precii requirẽte: (nam ducentis mercatus erat sestertiis) respondit versutus ingenii: magno ob id ipsum se tanti vendidisse: quoniam non esset mira similitudo in vllis eodem vtero editis. proinde vel refragante exemplarium fide hunc locum ita lego. M. Scauro principe ciuitatis. ccc. millibus. dcc. sestertiis licente. excessere hoc in nostro æuo nec modice histriones: sed libertatem suam mercati. quippe cum iam apud maiores Roscius histrio. ccc. l. annua meritasse prodatur: vel potius: sestertia quingenta meritasse. nota enim sestertii potuit immutari in aliam notam vt alibi sæpe. meritasse autem verbum non sine admonitione vetusti vnius exemplaris lego. quod autem sequitur. nisi siquis in hoc loco desiderat Armeniaci belli paulo ante propter Tyridatẽ gesti dispensatorẽ: quem Nero. i ii. c. xxx. manumisit: suspectũ mendi habeo. vt fortasse cẽties vicies legẽdũ sit hoc modo: quẽ Nero sester. centies vicies manumisit. nã in vetusto. i ii. c. xx. legitur. oino enim statuendũ est nonnulla etiã contra fidẽ q̃tũuis vetustę lectionis emẽdare: cũ argumẽtis ad hoc validis ĩpellimur: vt alibi in eodẽ libro vbi Plinius exẽpla numerosę sobolis ponit. Extat (inquit) in monumẽtis etiã medicorũ: & quibus talia consectari curę fuit, vno abortu duo

Anagnostæ.

Pli. loc.

puerperia egesta, in omnibus libris sic legi: præterq̃ in vno vetustissimo vbi duo dicit puerperia legi cum anxie obseruarem propter Aristotelem qui duodecim dicit li. vii. de histo. animalium. ἤδη γὰρ γενομένης διαφθορᾶς καὶ δέκα συνέβη καὶ δώδεκα ἐκτεσεῖν τὰ ἐπικυηθέντα. Iam contigit corruptione in locis muliebribus facta: & decem &. xii. superfœtatos partus eger̃i. Illud eodem in loco magis suspectum habeo q̃ emendare ausim: quarto partu Dacorum nota in brachio reddit̃ur. Aristoteles. ἤδη δὲ ἀπέδωκε τῶν τοιούτων τι καὶ διὰ τρίων. διόν ἔχοντος τινος σίγμα ἐν τῷ βραχίονι: ὁ μὲν υἱὸς: οὐκ ἐγένετο. ὁ δὲ ἑφδοῦς ἔχων ἐν τῷ αὐτῷ τόπῳ συγκεχυμένον μέλαν. Iam tale quid aliquãdo & in tertiã prolẽ rediit. siquidem habentis puncti notam in brachio: filius sine ea nota natus est: ex eo vero nepos eodem in loco brachii nigritiem quandam confusam rettulit. Plinium autem eo in loco Aristotelem esse secutum facile est vtriusq; auctoris collatione iudicare. Verum tamen emendationem illam superiorem insigni aliqua auctoritate confirmare oportet ne dubitandi argumentum cuiq̃ relinquamus. Audiamus igitur Macrobium lib. iii. Saturn. de saltatione histrionica & histrionibus ita loquentem. Cæterum histriones non inter turpes habitos Cicero testimonio est. Quem nullus ignorat Roscio & Aesopo histrionibus tã familiariter vsum: vt res rationesq; eorum sua solertia tueretur. & certe satis constat cõtendere eũ cũ ipso histrione solitũ: vtrum ille sæpius eandem sententiã variis gestibus efficeret: an ipse per eloquentiæ copiã sermone diuerso pronũciaret. is est Roscius qui etiã Lucio Syllę charissimus fuit: & annulo aureo ab eodẽ dictatore donatus est. Tãta autem fuit gratia & gloria vt mercedẽ diurnam de publico mille denarios sine gregalibus solus acceperit. Aesopum vero ex pari arte ducenties sestertium reliquisse filio constat. Hactenus ille. mille denarii quatuor millia nũmũ valent id ẽ cẽtum aureos nostros. quam mercedẽ si per singulos dies anni accepisse Roscium intelligeremus: fieret summa annuæ mercedis triginta sex millia & quingenti. quę cõputatione Romana sestertiũ quater decies & sexaginta millia dicitur. at ea summa tribus partibus maior est ea quã Pli. posuit id est trecẽtis & quinquagenis millibus. Quare mille denarios diurnos suspicari possumus Macrobiũ intellexisse ludorũ tantũ diebus accepisse Roscium. Cicero in ea oratione quã pro Roscio habuit: mercedem publicã Rosciũ respuisse dicit his verbis. Roscio cur tanti fuerit vt sociũ fraudaret causam requiro. egebat? immo locuples erat. debebat? imo in suis summis versabatur. auarus erat? imo etiã anteq̃ locuples: semp liberalissim9 munificẽtissimusq; fuit. Proh deũ hominũq; fidẽ q. LLS. ccclii. ccclii. ccclii. quęstus facere noluit: nã certe. LLS. ccclii. ccclii. ccclii. merere & potuit & debuit: is per summã fraudẽ & malitiã & pfidiã. LLS. lii appetit? & illa fuit pecunia ĩmanis: hęc paruula. illa honesta: hęc sordida. illa iucũda hęc acerba. Cur hi numeri ter legãtur nõ intelligo. sed. cccl. M. legendum puto vt ex tribus. i. fiat. M. Est autẽ alioquin oratio illa vel orationis fragmẽtum potius & mutilatum & in numeris suspectũ. magnã tamen fuisse mercedẽ Roscii ex eo intelligimus: qd̃ eodẽ in loco orationis sequitur. X. his annis ꝓximis (inqt) sestertiũ sexagies honestissime cõsequi potuit: noluit: laborem quæstus recepit: quæstum laboris reiecit po-

Roscio & Aesopus.

Salarium Roscianũ Romæ.

pulo Ro. adhuc seruire nõ destitit: sibi seruire iãpridẽ destitit. hoc tu vnq̃ Fanni faceres? sed si hos quæstus recipere posses: non eodẽ tempore & gestũ & animã ageres? dic nunc te ab Roscio. LLS. L. iii. tribus circũscriptũ esse: qui tantas & tam infinitas pecunias nõ propter inertiã laboris: sed ꝓpter magnificẽtiã liberalitatis repudiarit. Infinitas pecunias Cicero sexagies sestertiũ appellat: nec mirum cũ centum & quinquaginta aureorum nostrorũ millia esse iam docuerim9. Ergo singulis annis sexcẽta sestertia hoc est quindecim aureorum millia Roscius merere recusauit. Quod tum intelligimus factum fuisse cum diues esse cœpit: cũ etiã ad extremũ annulo aureo: id est equestri ordine donat9 fit a Sylla. Re aũt acri9 pẽsitata: Plinii dictum de annuis trecentis & quinquaginta sestertiis vel de quingentis potius: intelligo de Roscii mercede in seruitute existẽte: siquidẽ in eadem oratione Ciceronis legimus Panurgum seruum comœdum tãti operas suas locasse: qui Panurg9 Roscii fuerat seruus. Sunt hęc verba ex oratione trãscripta. Panurgum tu Saturi propriũ Fannii dicis fuisse: at ego totum Roscii fuisse contẽdo. quod erat eiũ Fannii corpus est: quod erat Roscii: disciplina. facies nõ erat: ars erat ꝑciosa. nemo eiũ illũ ex trũco corporis spectabat: sed ex artificio comico æstimabat. illa membra merere per se nõ amplius poterant. xii. æris: disciplina quę erat ad hoc tradita: locabat se non minus. LLS. ccclii. Nihil aũt certi constitui põt ex illa oratõe quã nõ nisi impressam vidim9. in volumine aũt antiquo orationũ Ciceronis quod legere nobis cõtigit: illa oratio cũ duab9 aliis deerat. Quantũ tamen ex illo fragmẽto colligi potest: Panurgus ille comœdus qui cõmunis inter Roscium & Fannium erat: a Flauio quodam interfectus fuit. qui iudicio dãni iniuriæ conuentus: lite trãsactiõe decisa. cccl. sestertia Roscio dedit pro parte sua: quare cum Fannius partem a Roscio auferre vellet tanq̃ in rem cõmunem Roscius transegisset: Cicero primũ actionẽ Fãnii depellere volens: Roscium ait pro media tantum parte decidisse: quippe qui amplius neminem eo nomine petiturum non spopondisset: deinde etiam contendit Fannium alterum tantum a Flauio abstulisse eodem nomine: propter quod Pli. non frustra dixit. Excessere hoc in nostro æuo nec modice histriones: sed libertatem suam mercati: aucto enim in immẽsum peculio histrionicis mercedibus: facile libertatem q̃tumuis magno emebant. Qz si quis apud Macrobium non mille denarios: sed mille nũmos legat: erit summa annuæ mercedis paulo: id est quindecim tantum millibus maior q̃ apud Plin. Vt autem denarios mille etiam quotidianos per annum totum meruisse Roscium credam: & nihil in Macrobio mutandũ censeam: facit id quod sequitur: Aesopum ex pari arte ducenties sestertium reliquisse filio. Vt enim triginta tantum annua aureorum nostrorum millia mereret: oportuit eum viginti annis artem exercuisse: vt ducenties sestertium hęredi relinqueret. plus autem quotãnis meruisse ex eo coniecturam facio: ꝓ vix annis viginti vox perdurare potuit ad actus fabulorum: deinde (quod maius est argumentum) inusitato luxu vitam transegisse dicitur: quare vt tantum luxuriæ restaret: oportuit eum maiora multo stipendia ac magis opima fecisse: de quo elogium illud extat Plinii, libro decimo his verbis: Maxime tamen insignis est

in hac memoria Clodii Aesopi tragici histrionis patina sexcẽtis sestertiis taxata: in qua posuit aues cantu aliquo aut humano sermone vocales nũmum sex millibus singulas coemptas: dignus prorsus filio a quo diximus deuoratas margaritas. De filio autẽ libro nono locutus est his verbis: cũ Antonii & Cleopatræ mentionem faceret. Non ferent tamen (inquit) hanc palmã: spoliabũturq; etiam luxuriæ gloria. prior id fecerat Romę in vnionibus magnæ taxationis Clodius Aesopi tragœdi filius: relictus ab eo in amplis opibus hæres. (ne triũphatu suo nimis superbiat Antonius pene histrioni comparatus) & quidẽ nulla sponsione ad hoc productus: quo id magis regiũ erat. sed vt experiretur in gloria palati quid saperent margaritæ. atq; vt mire placuere: ne solus hoc sciret: singulos vniones cõuiuis ad sorbendũ dedit. quo in loco non triumphatu sed triũuiratu lego ex vetusto libro. Docuimus supra hãc patinam Aesopi patris quindecim millibus coronatorũ nostrorũ stetisse. Plinius dicit vniones magnæ taxationis filium conuiuis singulis sorbendos dedisse. Q; si ducenties sestertium ad id sufficere potuit: coniectura assequi possumus immanem esse summã ducenties sestertium: præsertim cũ Cicero sexagies sestertiũ infinitam pecuniã appellauerit. Restat igitur vt credamus Roscium non minus sex & triginta millibus aureorũ nostrorũ meruisse annua mercede: dũtaxat publica: vt in ludis Romanis & Megalensibus compitaliciis sæcularibus: & aliis qui publico sumptu fiebãt. nam & priuatis ludis vt funebribus & aliis qui a magistratibus priuato apparatu fiebant: multas etiã pecunias meruisse eos intelligimus. de publicis meminit Iuuenalis saty. sexta. si gaudet cantu nullius fibula durat vocem vendentis prætoribus. exemplum priuatorũ est apud Tranq. in Cæs. Edidit spectacula varii generis: munus gladiatoriũ & ludos etiam regionatim vrbe tota & quidẽ per omnes linguarum histriones. ludis Decius Laberius eques Ro. mimũ suũ egit: donatusq; est quingẽtis sestertiis & annulo aureo. Inde illud Iuuenalis. viii. saty. Consumptis opibus vocem Damasippe locasti Sipario: clamosum ageres vt Phasma Catulli. Idem Trãquillus in Augusto. Fecisse ludos se ait suo nomine quater: pro aliis magistratib9 qui aut abessent aut non sufficerent: ter & vicies: fecitq; nonnunq̃ vicatim ac pluribus scenis per omniũ linguarum histriones. & post paulum. Ad scenicas quoq; & gladiatorias operas & equitibus Ro. aliquando vsus est. spectãdi voluptate teneri se neq; dissimulauit vnq̃ & sæpe ingenue professus est. itaq; corollaria & præmia alienis quoq; muneribus ac ludis: & crebra & grandia de suo offerebat. Idem in Vespas. ludis per quos scena Marcelliani theatri restituta dedicabatur: vetera quoq; acroamata reuocauerat: Apollinari tragœdo quadringenta: Tarpeio Diodoroq; citharœdis ducenta: nonnullis centena: quibus minimũ quadragena sestertia super plurimas coronas aureas dedit. Ex prædictis liquido apparet vnde Aesopus tantæ luxuriæ sufficere potuerit: q̃q̃ ante hęc tempora fuerit. sed quibus erat non minus studium artis histrionicæ: & maius fortasse: quo magis primores vrbis Romæ populum huiusmodi spectaculis conciliare sibi conabantur: eo tempore quo omnia in populi erant potestate. quantã enim esse eam munificẽtiam putamus quæ vnico histrioni vna donatione de-

Loc9 Pli.

cem millia aureorum dederit? q̃q̃ Cęsar Laberio quarta parte plus dedit. Hanc tamen Aesopi prodigentiam Apicius Nepotinis helluationibus exuperasse dicitur: ob quod in prouerbium Apicianæ cœnę venerunt. de quo Martialis. in. v. epig. dederas apici bis trecenties ventri: sed adhuc supererat centies tibi laxum. hoc tu grauatus: ne famem & sitim ferres: summa venenum potione duxisti. quod perinde est ac si diceret: Apici sex centies sestertium id est quindecies centena aureorũ millia (de nostris semper loquor: iisq; coronatis) inexplebili illa ingluuie helluatus: cum posses adhuc ducentis quinquaginta millibus (quod centies laxum appellat) vitam lauto & eleganti victu producere: tamen venenum miser hausisti: ne patrimonio tanto superesses: quod iamiam te deserturum videbatur. Longe autem falsus est in hoc Calderinus qui bis trecenties pro sex millibus vel sexcentis fortasse millibus intellexit: cũ septingenties centena millia Martialis significauerit. quomodo & alibi in secũdo epig. illa illa diues mortua est secundilla centena decies quæ tibi dedit dotis. millia. n. subaudiendum. vt apud Iuuenalem. & ritu decies centena dabũtur antiquo. quomodo idem alibi. optima sed quare cæsonia teste marito? Bis quingẽta dedit: tanti vocat ille pudicam. id est decies centena millia: quod decies sestertium dicitur. Plinius propterea Apicium nepotum omniũ altissimũ gurgitẽ appellat li. x. Phœnicopteri linguam præcipui saporis esse Apicius docuit: nepotũ omniũ altissim9 gurges. & in. ix. M. Apicius ad omne luxus ingenium mirus. Sudas. ἀπίκιος μάρκος ὃν διαρκεῖ μυρίον ὄνομα ἐπὶ τε ἀσωτίᾳ καὶ πολυτελείᾳ: ἱκανὰς μυριάδας ἀργυρίου καταναλώσας εἰς τὴν γαστέρα. Apicius Marcus cuius adhuc nomen perdurat in luxũ & inusitatos sumptus insigne: multas argenti myriadas in ventrem absumpsit. Idem Martialis in eodẽ quinto Infusum sibi nuper a patrono plenũ maxime centies syriscus: in sellariolis vagus popinis circa balnea quattuor peregit. O q̃ta est gula cẽties comesse? Admiratur gulã quę ducẽta & quinquaginta millia aureorũ vorare potuerit. Non omittẽdum videtur id qd̃ a Plinio eodem loco dicitur. sed quia locus ille vulgo corrupte legitur: ideo eum ex animi mei sententia obseruatis veteribus libris referã. Asinius (inquit) Celere cõsularibus hoc pisce prodigus Claudio principe: vnũ mercatus sester. octo millibus. quæ reputatio aufert transuersum animũ ad cõtẽplationẽ eorũ qui in conquestione luxus coquos emi singulos pluris q̃ equos quiritabant. at nũc coci triumphorũ p̃ciis parantur & cocorũ pisces. nullusq; prope iã mortalis æstimatur pluris q̃ qui peritissime censum domini mergit. Meminit Liuius li. ix. de bello Maced. de triũpho Manlii loquens. epulæ quoq; ipsę & cura & sumptu maiori apparari cœptæ. tum cocus vilissimũ antiquis mancipium & æstimatione & vsu: in precio esse: & quod ministerium fuerat ars haberi cœpta. vix tamen illa quæ tum cõspiciebãtur: semina erant futuræ luxuriæ. Hæc verba congruunt cum Pliniano dicto: qui triumphorum preciis cocos emptitatos principum Romanorum tẽporibus admiratur: cũ olim Cato & alii seueriores vrbis magistratus conciones queribundas ad populum haberent: (quod quiritare a crebra quiritium appellatione vocatur) ob id q; ineunte luxuria coci iam equorum preciis pararentur. octo millia nummũ ducẽtos aureos æstimare so-

Apicius luxus pdi tissimi.

Decies cẽtena.

Pli. locus.

Preciũ mulli piscis.

Quirito.

lemus:verũ apud Macrobiũ non octo millia legitur sed septẽ.Asinius (inquit) Celer vir consularis vt Samonicus refert:mullum vnum septem millibus nũmum mercatus est.In qua re luxuriam illius seculi licet æstimare: ꝙ Plinius secundus temporibus suis negat facile mullum repertũ qui duas pondo libras excederet:at nunc & maioris ponderis passim videmus: & precia hęc insana nescimus.Hactenus Macrobius. Iuuenalis: de hoc dubitans saty.iiii.ita inquit:mullum sex millibus emit ęquantem sane paribus sestertia libris:vt perhibent qui de magnis maiora loquũtur. Ita in controuersia apud auctores duo millia manẽt.Cocum igitur.Pli. antiqua æstimatione non pluris æstimauit q̃ ducentis aureis:q̃ti Columella vinitorem vult emi:non igitur precium hominis maximum tria millia & septingẽti sunt sestertii vt supra docuimus. Multa huiusce generis restabant nisi hic liber iusta iam magnitudine excreuisset.Quare hactenus de nũmo æreo argenteoq; dictum sit:quorum explicationem aurea (vt ita dicam) commentatio excipiet:ampliore ipsa orsu ac teretiore filo prædictis attexenda.

Guillielmi Budęi Parisieñ.Regii Secretarii
de Asse & partibus eius:
Liber tertius.

Aureus

Longum iam iter emensis partim remigio: partim velificatu:cum scopulos omneis pręteruecti videremur:Plinius nobis manus improuisus iniecit:ac consistere coactos: etiam propemodum retro conuersis velis inhibuit. apud quem lib.xxxiii.sic legitur.Aureus nũmus post annos.lxii. percussus est q̃ argenteus: ita vt scrupulũ valeret sestertios vicenos: quod efficit in libras ratõe sestertii qui tũc erat sestertios nongentos.posthæc placuit.xl.millia signari ex auri libris:paulatimq; principes imminuere pondus: minutissime vero ad.xlv.millia.Si enim hęc verba emẽdata sunt:causam haud dico quin stilum vertere cogar:omniaq; retexere quę magno cum labore adhuc comprobasse videor.etenim cum duodenæ sint vnciæ in libra Romana:& in vncia quaterna & vicena scrupula:fiũt in asse scrupula ducenta octoginta octo:est enim scrupulum ducentesima octogesima octaua pars assis vt inquit Col. si ergo scrupulũ auri vicenos sestertios valet: & vicenario numerum illum multiplicemus:fiet summa quinq; millia septigenti sexaginta sestertii:quibus si semũciam addamus:vt sit libra centenaria quam ante instituimus:fiẽt sex millia sestertium:siquidẽ quatuor drachmæ.i. semuncia. xii. scrupula valent:q̃ vicies multiplicata ducẽtos quadraginta efficiunt:ita fiũt sestertii sex millia:& denarii mille & quingenti in auri libra:quæ ratio prorsus cum Pliniano dicto discrepat.Deinde quod sequitur.post hæc placuit.xi. millia signari ex auri libris: quonã modo explicari potest:nam si nongẽti sestertii in libra:quonammodo. xl. millia? ꝙ si millia æris itelligere libeat:nõ ideo magis negociũ procedet:

cum.xl.millia æris sedecim millia nummũ valeant.& ea ratio quã sequimur.xv.millia æris auri libram valere deprehendit:siquidẽ auri scrupulũ vicenis sestertiis valet.In hoc nodo dissoluendo cũ diu ęstuarim nihil cõminisci potui quo locũ hunc certo restituerem.Morẽ autẽ antiquis fuisse nouimus vt non modo numeros notulis significarent exarandi cõpẽdia sectantes:vt nos quoq; facimus:sed etiam vt denarios & sestertios & sestertia propriis qd̃q; notis scriberent. Priscianus etiã illas in Verrinis Ciceronis ad tẽpora sua extitisse testatur. q̃q̃ Prisciani opusculũ illud de numeris & ponderibus esse non putẽ vt antea dixi.lubricã autẽ scribẽdi rationem illam notulariam fuisse ex eo coniicere possumus:ꝙ mille per.M. puram scribebant.& per eandẽ literam singulis apostrophis hinc & inde circũscriptã:decem millia.eaq; rursus sic multiplicabãt per apostrophos: vt cẽtum millia significare volentes.i.literã vnitatis notam ternis vtriq; apostrophis cingerent.Apostrophus autem dextera similis est omnino literæ.c.quæ tertia est in alphabeto.qua numerus centenarius vt nunc sic olim notabatur.ita facile fuit vel duas vel tres apostrophos pro duobus aut tribus.c.fallere id est pro ducentis & trecentis:apud eos quidem qui rationem numerorum antiquariam ignorarent. q̃q̃ & is auctor siue Priscianus siue alius fuit: parum sibi constare videatur in iis notulis declarandis.Iam apud Valerium Probum.x. litera quæ tertia est a fine alphabeti nostri:nota est denarii nummi:addita tamen a dextro latere virgula transuersa.eademq; litera pura:id est sine virgula: nota est decem millium. apud Priscianum autem vtrinq; apostropho circũscripta.idem Probus addit quãlibet numerorum figuram:si ei præponatur linea ex transuerso directa:tot significare millenarios quot per se ac pura vnitatũ nota est.vt verbi gratia.i.mille &.v.quinq; millia &.x.decem millia: & itidẽ alias literas.Id quod mihi tractum a gręcorum more videtur.quare simile veri est numeros antiquorum auctorum ad nostram ætatem magna ex parte corruptos peruenisse: quiquidem notis scripti fuerunt. Librariorum enim ignorantiæ & sępius incuriæ accessit emendatorum vel temeritas vel hallucinatio:qualis est illa apud Tranq. de cẽsu senatorio quã antea adnotauimus.Multos apud Plinium locos huiusmodi deprehendimus:quorum partim expliciti sunt. partim post explicabuntur. de asino vidimus quadringentis sestertiis empto apud Varronem:apud Pli.nummis totidem:& itidem de auiculis vocalibus.notabo nunc etiam alios duos:interea dum & alii in ordinem suum reiiciuntur.apud Pli.igitur li.xiii. de citrinis mensis ita legitur.Extant hodie. M. Ciceronis:in illa paupertate: & quod magis mirum est illo æuo:emptæ libris.xi. cum his memorantur & Galli Asinii quæ libris.xi. venundatæ sunt. & duæ a Iuba rege venditę: quarum alteri pretium fuit libris.xv. alteri paulominns. Interiit nuper incendio quam Cethegus decedens libris.xiiii. permutauerat: lati fundi taxatione si quis prædia tanti mercari malit. sic quidem legitur in codicibus Venetæ impressionis etiam antiquæ quam Hermolaus secutum se esse testatus est. qui tantum ipse admonito latifundii pro latifundi legendum esse:nihil præterea dixit.Ego impressos codices cum antiquis conferens: ita in duobus legi. & quod magis mirum est illo æuo

Notæ numerorum antiquę.

emptæ his memoratur & galli asinii.xi.venundatæ:& rursus incendio ac
tegus descendens his permutati lati fundi taxatiõe. his autem pro sester
tiis legi facile est coniicere:quod verbũ antiqui interdũ per aspirationẽ
&.h.literam sic scribebant.his quod duas libras & semis significabat:aspi
ratio aũt ex duplici.l.constat.Hunc locũ igitur sic restituendũ puto ex ve
Pli.lo. tustæ lectionis obseruatione:extant hodie.M.Ciceronis in illa pauperta
te:& quod magis mirũ est:illo æuo:emptę sestertiis.xi.memorãtur & gal
li Asinii sestertiis.xi.venũdatę:sunt & duæ a Iuba rege pendentes:quarũ
alteri p̃ciũ fuit sester.xii.alteri paulo minus:interiit nuper incendio atte
giis descendẽs sestertiis.xiiii.permutata latifundii taxatione.In mentiõe
autem Ciceronis antiqui codices sestertiis tantum habent sine numeri ad
iectione.Cęterum videre est pauculis in versibus quot errata fuerint:at
tegiis autem legẽdum puto pro maurorum casulis:quod non sine stoma
cho a Pli.dictum est:vt ex supellectili rusticæ domũculæ mensa sestertiis.
xiiii.parata sit:id est trecẽtis quinquaginta aureis:quod Pli.p̃ciũ appellat
latifundii:id est agri late patentis.Apud eũdem.li.xix.in prędictis exem
plaribus ita legitur:vbi hortorum meminit,etiam ne in herbis discrimen
inuentum est:olusq; differentiam facere:in cibo etiã vno asse vęnali:& in
his aliqua quoq; sibi nasci tribus negant:caule in tantũ signato vt paupe
ris mensa nõ capiat. Sylueſtres fecerat natura horridos vt quisq; demete
ret passim:ecce altiles spectantur asparagi:& Rauẽna ternis libris repẽ
Pli.lo. dit.hæc verba Hermolaus:& qui ante eum.Pli.emendauere:pari conni
uentia transmiserunt:cum tamẽ quędam ex antiquis exemplaribus emẽ
dari potuerint:quibus obseruatis sic legere locum hũc institui:Etiam ne
in herbis discrimen inuentum est:opesq; differentiam facere in cibo etiã
vno asse vęnali:& in his aliqua quoq; sibi nasci tribus negant:caule in tan
tum saginato vt pauperis mensa nõ capiat.Sylueſtres fecerat natura cor
rudas:vt quisq; demeteret passim:ecce Altiles spectantur asparagi.Sagi
natum caulem dixit Pli.nõ signatum:vt altiles verbum satis significat:an
tiqua autem exemplaria horridas non horridos habent:& opus non olus
& fecere non facere in vetustissimo legimus.Plin.ipse alio loco eodem in
libro Hortorum iudicauimus corrudam:hunc intelligimus Sylueſtrem
asparagum:ex his verbis satis apparet Plin.loco superiore corrudas non
horridos scripsisse.Idem.omnium hortensiorum laudatissima cura aspa
ragis:de origine eorum in sylueſtribus curis abunde dictum:est & ali
ud genus incultius Asparago:mitius corruda:passim etiam in mõtibus
nascens:refertis superioris Germaniæ campis:non inscito Tyberii Cæsa
ris dicto:herbam ibi quandam nasci simillimam Asparago:vel(vt in anti
quis codicibus)non inficeto.Ty.Cæsaris dicto.Cæterum quod sequi
tur in superiore loco:& Rauenna ternis libris rependit:haud scio an ter
nis sestertiis rependit legi debeat:vel ternis nummis.Plin.alibi.nullũ gra
tius iis solum q̃ rauennatium. Qz si ternis libris legamus:ad pondus re
ferendum est:propterea q; saginatos & altiles appellauit.sed illud non cõ
uenit:propter verba qnæ sequuntur.Heu prodigia ventris:mirum es
set non licere carduis pecori vesci:non licet plebei.Vt autem libris pro as
sibus intelligam adduci non possum:cum legisse me nõ meminerim:nec

id precium esset:quod plebem a macello arceret. In eodem capite obiter
& alia emendabimus:aues vltra Phasidem amnem peti:nec fabuloso qui
dem terrore tutas:immo sic precioſiores:alias in numidia atq; æthiopia
in sepulchris aucupari:aut pugnare cum feris:mandi ab eo cupientem
quod mandat ali?.lego ex antiquis alias in numidiæ atq; æthiopiæ sepul Pli.lo.
chra:aut depugnare cum feris mandiq; capientem quod mãdat alius. sic
enim sensus argutior & magis Plinianus.Ibidem hortorum Cato prędi
cat caules:hinc primum Agricolę existimabantur prisci.& sic statim fa
ciebant iudicium num quæ esset in domo materfamilias(etenim hæc cu
ra fœminæ dicebatur)vbi indiligens esset ortus.Lego ex antiquis:& sic
statim faciebant iudicium nequam esse in domo matrẽfamilias:id est pa
rum frugi:nec ad rem augendam acrem:hoc enim neq̃ significat: vt ser Neq̃
uos neq̃ dicebant qui bonæ frugi non essent:& paulo inferius. nam car
nis desideria etiam erant in exprobratione:legendum gari:id est liqua
minis.respondet enim pręcedenti membro:damnantes pulmentaria quę
alio egerent pulmentario.& rursus inferius:hortos villæ iũgendos non
est dubium:riuosq; maxime habendos si contingat profluo amne. Si mi
nus e puteo pertica organisve pneumaticis tollendo non haustu rigan
do.Lego.Si cõtingat præfluo amne:si minus e puteo pertica organisve
pneumaticis vel tollenonum haustu rigãdo.Liuius libro.viii.de bello Ma
ced.circa principium:collectis rursus animis in arietes tollenonibus li Tolleno
bramenta plumbi aut saxorum stipites robustos incutiebant. huiusmodi nes.
tollenonum meminit Vegeti? libro quarto:dicuntur & tollones a quibus
dam a tollendis rebus vel hominibus:hic autem a Plinio pro eo hausto
rio accipitur quod a græcis celoneum dicitur.In vetusto codice tollon
nouum legitur:in aliis vel tollendo non:ex quibus facile erat cõiicere tol
lenonum esse legendum.sunt & alia in eodem capite mendosa:quæ inta
cta ideo relinquenda duxi.quia cõminisci nihil potui:aliqua etiam vix di
gna quæ attingãtur:vt illud in quo Hermolaus conflictatus est:in reme
dio Saturnica signa:vbi saturica ex vetustissimo lego pro Satyrica more
antiquo.quod autem sequitur:tot generibus vsq; ad infimã plebẽ descen
dente anima:legendum mihi videtur annona:etiam si nulla auctorita
te exemplaris ducar.hæc autem ideo commemoranda duxi:vt labefa
ctatam esse exemplarium Plinianorum fidem lectores merito iudicare
possint:qui hæc & huiuscemodi alia toto hoc opere sparsa:accurate per
penderint:nec vnius aut alterius loci auctoritate rebus contestatissimis
fidem derogandam esse:q̃q̃ dictum Plinii supradictum huiusmodi est vt
res ipsa & mutilatum & corruptum esse locum clamitet:cum eius loci mẽ
bra mutuo collidantur. Si enim auri scrupulum vicenis sestertiis valuit:
quonam tandem modo in libra sestertii tantum nongẽti? sed sint sane nõ
gẽti i libra sestertii:q igit̃ fieri põt vt a nonigẽtis ad.xl. millia puẽtũ sit?
Quare relinq̃tur vt Plini? hoc i loco suo sibi testimonio refellat̃ & cõcidat.
In vno venerãdę vetustatis libro ita legebat̃:qd̃ efficit i libras rõne sester
tii q tũc erãt.D.nõgẽti:post hęc placuit.x.xl.signari ex auri libris:ex quo
coniicio nõ millia.xl.sed nũmos Pli.reliqsse scriptũ:& locũ mutilatũ post
verbũ sestertii,in oibus enim libris antiquis erant pluraliter legitur:&

xl.signari non.xl.millia.q̃ autem ancipites notæ fuerint inter nummos & millia patuit ex supradictis.Nec eo tamen pertinet longa hæc disputatio vt veritatis assertionem in hoc loco positam putem:aleaq; huius operis in hoc vno cardine verti. Nec enim vsq;adeo exilibus argumentis nixus sum:vt si Pli. ipse reuiuiscat:& hunc locum agnoscere velit ita vt lectitat: aut si dies olim forte autographum Plinii:aut eius ætatis volumen æquale protulerit(vt id fieri posse credamus)nõ ipsi etiam Plinio iudicem ferrem ausim vniuersam antiquitatem ni hoc perperam ac falso scriptum sit: vt & alia quędam quæ postea dicentur.Dixi supra argentea me nomisma ta Romanorũ diligenter expendisse:vt id qđ ratiocinatiõe & auctoritate vetusta collígebam:re apse quoq; comprobarem. in auro itidem faciendum quum statuissem:quatuor & viginti nomismata(tot enim aurea eo q; plura habebam)in altera lance posui. & ex aduerso sex vncias nostras statui. Quo facto cum leuius aurum esse inuenirem: grossulorum duorum additamento cum pauculis minutiis rẽ ad æquilibrium perduxi.has minutias nostrates grana vocant.hæc quatuor & viginti sunt in denario nostro:quod scrupulum latine vocitatur.Quomodo enim in vncia latina quatuor & viginti sunt scrupula:sic in nostra quatuor & vigiti denarii. & vt drachma tria scrupula pendet:sic grossus tres denarios.verum hęc nomisma cum sigillatim pẽsitarem:in iis fuerunt Tyberii Augusti duo:in quibus effigies parum iconicę videbantur: vnum hac inscriptione Tyb. Cæsar.diui Augu.Augustus:& in auersa facie Pontif. max. vbi simulachrum sedens. alterum vtrinq; effigiẽ habebat:vt eodem habitu:sic sibi dissimilem:cum hoc elogio notis scripto.Tyberius Cæsar Augustus tribunitiæ potestatis quindecies: & in altera parte: Tyberius Cæsar diui filius. Singulorum pondus erat didrachmũ:id est denarii bini argentei quadrigati de quibus ante diximus.alterũ fuit male effigiatum:sed quod Augusti fuisse ex indice cognouimus:qui fuit eiusmodi quatenus legi per vetustatem potuit.Cæsar Augustus pater patriæ.& in postica facie:Cęsari Augusto.hoc q̃q̃ attritum:grauissimũ tamẽ inuenimus:vt bina argẽtea traheret: aliud eiusdem principis erat iconica effigie:qualis vulgo agnoscitur: a postica parte quadrigatum: lẽmate tetragrãmato in infimo margine.S.P.Q.R.Significante senatum populũq; Romanũ:& in auersa parte nomen principis ipsius erat.Hoc iusto pondere leuius erat circiter granulis duobus.Sed ita vt detritũ diceres quod ponderi deerat.Erat vnũ eiusdem Augusti & Antonii in triũuiratu percussum:vtrinq; effigiatũ: iisdẽ elogiis quibus & argenteum illud cuius inter argentea meminimus: nec decoris characteribus:& cætera inscite effigiatum:pondere non detrito sed iniquo:imminuto sex granulis.Incidit in manus meas & aliud in quo erat Augusti effigies pulchre expressa.hoc titulo.S.P.Q.R.o.Cęsari Augusto Cos.xi.trib.Pot.vi. & in tergo.ciuib. & sign. Milit.a.Part.Recup. Percussum in memoriam signorum quę cũ Crasso amissa erãt: & postea Augusto a Parthis remissa sunt. Appẽdi & aliorũ principũ in quis & Tyberii Claudii Augusti:eleganter percussum.hoc lẽmate.Ty.Claud. Cæs. Ger.IM.TR.P.iconicũ. cui⁹ imaginẽ ex trãqllo agnosceres:a tergo hoc elogio Cõstantiæ Augusti:quod q̃q̃ detritum:põdus tñ iustum asserua-

Aurea nomisma expensa.

Augu.

Aurea nomisma.

uerat.Appendi & Neronis Cæsaris & Iconica & scite percussa hoc indice.Nero Cæsar.Aug.Imp.In postica facie spicea erat corona: intus quatuor habẽs literas ex.S.C.significantes decretam ei coronam. ambiente extrorsus hoc elogio.Pontif.Max.TR.PO.VI.Cos.IIII. iusto pondere aliquanto leuiora.vnum præterea Galbæ Neronis successoris iconice effictum: cum corona spicea ambiente marginem.in auersa facie octo literarum elogio hoc significante.senatus po.q; Romanus ob ciues seruatos.leuius etiam aliquanto Neronianis.Habui tum et Vespasiani superciliosa fronte: & nitentis vultu. Habui & Neruæ & Traiani Hadrianiq; principum:eleganter quidem expressa:sed pondere leuiuscula: octonis circiter detractis minutiis. suus vnicuiq; index erat: prædictis titulosior.vt in Neruæ.Imp.Cęsar:Nerua Traian.Aug.germ.P.M.TR. PO.Cos.II.p.p.Imperator Cæsar Nerua Traianus. Augustus Germanicus.Pontifex maximus.tribunitiæ potestatis.consul iterum. pater patriæ.& in Traiani itidem:nisi q; Dacici titulus accesserat.In cuius postica facie statua equestris erat hastam intorquẽs: accurate expressa:equo vehens incitato:cum honorifico hoc elogio.S.P.Q.R. optimo principi. Hoc nomisma omniũ quæ vidi pulcherrimum erat: & facie augustissima.secundum quod Hadriani successoris eius nomisma principalem dignationem atq; auctoritatem augustam præferre maxime videbatur. quod etiam ipsum equestrem statuam habebat: equo non pugnaci: sed viatorio insidentem. Cernere erat asturconem tollutim gradientem: & velut a longis itineribus strigosum.credo vt princeps terrarum peragrator intelligeretur.sic enim appellatus est. Appendi etiam Antonini pii. M. Antonini cognomento philosophi. Aurelii & Seueri: imminutiore sensim pondere.In quibusdam a tergo est pro elogio liberalitas Augusti. In Aureliano hilaritas.In Seueriano æternitas imperii. & in Lucii Veri victoria Augusti alata.M.Antonini philosophi huiusmodi lemma habebat.M.Aurelius Cæsar Aug.Pii filius.tribunitiæ potestatis tertium:cõsul iterum.& in auersa facie concordiæ simulachrum:brachiis leniter expassis. cuius latera altrinsecus cingebant chamæteræ pusillæ singulæ: inuicem auersantes. quibus vtraq; manu lacinias stolæ porrigere concordia visebatur. Hic.M.philosophus qui Verus ab Eusebio appellatur & ab Eutropio:Aurelius etiam dictus est Antonini pii adoptione vt auctor est Capitolinus:qui etiam Faustinæ vxoris nomine nummũ percussit:hoc indice.Faustina Augusta:Pii Augusti filia.Hęc ideo enarraui verbose fortasse: q; hodie huiusmodi multa circũferuntur nomismata: ex quibus iudiciũ fieri volo siquid aut falso aut temere censuisse visus sim: neq; enim de meis tantummodo iudicio facto acquieui. Aureum autem Romanum attici nummi instar percussum fuisse existimare debemus coniectura ab argenteo nũmo sumpta:de quo ante dictum est.at aureus atticus qui stater ab eis appellatur: pondere didrachmus erat: vt auctor est Pollux.li.iiii.de vocabulis rerũ ὁ δὲ χρυσοῦς στατὴρ δύο εἶχε δραχμὰς ἀττικάς Aureus (inquit) nummus duas drachmas atticas habebat. de quo etiã infra nõnihil dicetur. Quare cum denarium Romanũ drachmali põdere fuisse constet:aureum quoq; Romanũ didrachmũ id est duorum denari-

Nomismata prisca.

Aureus atticus stater.

orum pondere percussum fuisse merito iudicare debemus: q̃q̃ quid opus est argumentis cum nũmi ipi extẽt: vetustatis symbola asseruãtes: ne im ponere nobis nouitii pro veteranis possint? proinde cũ libra Romana sex & nonaginta drachmarũ fuerit: duodequinquaginta nũmi didrachmi ex ea factitati sunt a principio: quibus si semunciã addideris id est quatuor drachmas: vt ex libra fiat plena mina (Cũ libram & minam in re nũmaria idẽ fuisse docuerimus) erunt in libra quinquaginta omnino nomismata: vt apud Pli. quinquaginta potius q̃ quadraginta legẽdũ sit. Siquidẽ (vt dixi) cum illa nomismata vniuersa quatuor & viginti expensarẽ: & vnius nũmi loco pondusculũ didrachmũ (grossum nũc appellamus) adderẽ: minimo minus sex vncias in æquilibrio tenebã. hoc est libræ nostræ argẽtariæ dodrantẽ. ex quo intelligimus quinquagenos olim aureos in singulis libris fuisse: dũtaxat iusti ac legitimi nomismatis. vetustos aũt nũmos extare ꝑter ea quę dicta sunt: etiã Pomponius iurisconsultus admonere nos pot: quili. vii. digestorũ in titulo de vsu fructu sic iquit: numismatũ aureorum vel argẽteorum veterũ quibus pro gẽmis vti solẽt: vsufructus legari pot. Auaritia aũt principũ vel tẽporũ iniquitate imminutio põderis post ea inualuit. id quod hodie apud nos q̃q̃ obmurmurãte hominũ sermone nihilominus factitatur. In aureis em̃ nostris binũ ternũq; granulorũ inter trimẽtum lege quoq; admittit̃: reme diũ viri monetales appellãt. id quod primũ clęmẽtia edictali nũmulariorũ mãcipibus indultũ: ne cui frandi esset si quis nũmus ex multis leuiusculus fefellisset auaritia ꝓ iure suo sumpsit: ita vt nulli iã iusto priscoq; pondere signẽtur: & qui priscorũ extãt: aut ostẽtationis gratia in delitiis habeãtur: aut prius accisi demũ in commercia & ad collybũ ꝓdeant: hinc fit vt coronati qui cruciati cognominãtur: iam commerciales non sint: vt suppondiales. Q̃z si tam animose principes imminutæ monetę crimina exercerẽt: q̃ iminutæ maiestatis exercẽt: melius cum rebus humanis ageretur: & minus fallerẽt adulteratores nũmi: quorũ iam ipsorum crimẽ multitudine reorum & interdum potẽtia atrox esse desiit. sed sic est fere in omni parte sui resp. nostra: vt primorũ arbitrio (ne dicã libidine) non legũ ꝑscripto gubernetur: quarũ legum nulla tot: tantis tanq; terrificis vinculis astricta vnq̃ memoria nostra fuit sanctio: vt nõ quilibet in aula ordines ductãtium: aut resoluere aut rescindere aut abrũpere non toto anno vertẽte potuerit. & nos imperia nostra exteras gẽtes sic quoq; accepturas sperabimus? Romani aũt nũmi imminutionẽ sic colligo. In vncia (vt dixi) nostrates grossulos octo ponũt vt Romani octo drachmas: & ternos in grossulo denarios qui latine scrupuli dicuntur. In singulis autem denariis vicena quaterna grana: pro quibus & vlterioribus minutiis verbũ latinũ assignare non possumus. In vncia igitur quatuor & viginti denarios ponimus: & granula quingẽta septuaginta sex. i. quater & vicies quatuor & viginti: atqui Romani quaternos aureos in vncias signabãt: & argẽteos octonos: liquidẽ argentei bini singulos aureos æquant põdere: Ita quater duodenos in libras signasse deꝑhẽduntur. i. in duodecim vncias: & binos ex semũcia: quę minę. i. librę argẽtariæ accedit. Sic numerus quinquagenarius in libram impleri deꝑhendi tur. Age dũ igitur fac ex quolibet nũmo in argyrocopio: id est in officina

DE RE NVMMARIA

argentaria detracta esse octo granula (quãdoquidem hanc decessionem in recentioribus fere deprehendimus) detrimenti scrupulum vnum in ternis nummis inuenies: & in denis octonis scrupula sex: id est aureũ vnũ & duos aureos in tricenis senis. & in quadragenis quinis duos aureos & semissem: & in quinquagenis eo amplius aurei quadrãtẽ. Q̃z si sesquiplã huius detractionem posueris: vt in singulos nũmos duodena granula decesserint: in libras quinquageni quaterni nũmi signari potuerunt: ita vt eo amplius sextantes lucrifierẽt. huiusmodi aũt ętate Plinii signatos fuisse affirmare non dubitẽ: quippe cũ Tyberianis & Claudianis vt grauissimis aliorum principũ nũmos opponerem: non anteq̃ decimũ granum addidi prągrauare illi Vespasiani nũmum destiterunt: cum interim collybo detritus non videretur: quod ne cõminisci videar: a tergo in eo nũmo annonam esse dico. q̃q̃ in nũmo domitiani nihil didrachmo: id est ponderi iusto deerat: scito quidem ipso & in quo vultuosam faciem agnosceres: Vespasianum genitorẽ liniamentis oibus referentẽ. Illud augustale ob parthica signa percussum: duo amplio grana auctarii habebat. In Neruę & Aurelii leuiter quidem detritis vndecimi demũ pondusculi additamento examen neutro propẽsum stabat. Hadrianici aũt octo circiter granorũ detractionem habebant. sunt em̃ eiuscemodi qui in posteriore parte nõ equestrem statuam: sed salutem Augusti habent: in. ii. consulatu eius signati: in antica parte imago est liniamenta prioris illius malereferens. Fortasse igitur apud Pli. legi posset. post hæc placuit. L. nũmos signari ex aurilibris: paulatimq; principes imminuere pondus: minutissime vero ad. lv. nũmos: nãne millia legatur ratio omnino refragatur vt antea diximus. Sed eo maximeq; millia argenti signari ex auro non potuerunt: nec auri põdere imminuto ex. xl. millibus. xlv. millia fieri nisi argentei nũmi põdus imminutum intelligamus: quod consentaneum huic loco non videtur. vtcũq; locus ille corruptissime legitur. nec nos in eo fallimur quod dictũ est. re enim comprobatur. Romanis nomismatibus pares omnino pondere sunt anglici nũmi qui nobiles appellantur. dũtaxat eduardei & rosati: pondere senum scrupulorum. hoc cum ex actis virorũ monetaliũ & ex nũmulariorũ monumentis cõperimus: tum vero examinali experimeto probare voluim̃. hoc tantum interest q; rosati pondere pares: auri bonitate cedũt: Eduardei instar omnifarium habent: in prima enim nota auri bonitatis censentur: Quæ tamen ipsa a puritate exacta & obryza quadrante scrupuli distat. aiũt em̃ nullum nũmum ad plenã puritatẽ exactum esse. Sed iã illud videndum quonãmodo auri scrupulus vicenos sestertios valere potuerit. quod anteq̃ explico hoc ꝑfandũ habeo: me plinii locũ: ita legere istituisse quoad aliud inuenero. ita vt scrupulũ valeret sestertios duodenos: quod efficit in libras rõne sestertiorũ qui tũc erãt denarios nõgẽtos: & inferi̇ Paulatiq; pricipes iminuere põd̃: minutissime nero ad quinquagitaquiq; nũmos: vt intelligamus Neronẽ nomsima extenuasse eo tẽpe quo donationibus immodicis & ꝓdigis impẽdiis exhaustus: a senatu cẽties sestertiũ annuũ exigere cœpit. Verũ esto vt recte apud Pli. sestertiis vicenis legat̃: Auri nũc vncia ad puritatẽ excocti æstimatione principali sedecim francis & quadrãte & eo amplius denariis quinq; valet. hãc æstimationẽ fini-

Pli. lo.

Auri preciũ.

rimarum gentium cõmercia intenderunt:pluris em̃ aurei nostri permutantur q̃ per edictũ liceat:cõniuẽtia tamẽ principali approbãte:quod tẽporum difficultate cõstitui nõ põt:id quod experimento vno & altero cognitum est:fremẽte nequicq̃ homine vno primario qui id se effecturũ per omnia numina deierarat:p̃conialibus interdictis aliis super alia personantibus:quæ q̃libet minacia & ab homine ire impotentissime manãtia(cuius tunc ferociæ recta & vtilia cõsilia cedebant)publicũ tamẽ consensum peruincere nõ potuerunt.Nos autem ratione in argẽto instituta neutrã harum æstimationum sequemur.sed mediocrem:& eam quam mercurialí(vt ita dicam)arbitratu approbare.i.negociatorũ opinione possimus: id em̃ genus hominum auri argentiq; rationem callere maxime mihi videtur:videlicet cõmerciis id assequentes:etenim quãti vnũquodq; sit nomisma externarum gentium iudicio condiscũt:quippe quæ aurum argentũq; nostrum nullo respectu characteris:exploratũ tantum appẽsumq; estimant.& vt auri argentiq; grauis rationẽ euariare cũ nũmularia & cõsistere necesse est:sic æquandæ rei arbitramentũ:in conciliabulis & emporiis recte atq; ordine fieri existimatur.Auri igitur vnciæ sedecim francicos:& octo solidos & semissem precium statuemus:& pro ea summa nouem nostros solatos taxabimus:ratiõe ducta quasi singuli solati sex & trigínta solidis & semisse valeant: &si cũ hæc ꝓderẽ duodequadraginta solidis oblocarẽtur.Qua ratione libra Romana centum & duodecim aureos solatos & semissem valebit:tantidẽ enim nec pluris singula pondo æstimabimus Romanis & asiaticis opibus æstimandis:vt extenuasse magis rerum miracula q̃ auxisse videamur.Tametsi poteramus citra reprehensionẽ aurũ argentũq; extẽporis huius conditione estimare.presertim cũ Italia & omnes pene prouinciæ prolixius ista æstimare q̃ gallia solitę sint.Cuius rei luculenta testimonia proferre possem:si quorũdã nostratium hominũ quæstus immodicos cõmemorare vellem ex collybo factitatos:dũ in Italia res gessimus: aureis tũc nostris vice mercis exportatis.Tãti igitur nomisma ta Romana æstimare poteram quanti aurũ argentũq; infectum nũc permutatur:modo ne nota vetustatis in precium cederet. Sit igitur auri vncia primę indicaturæ sedecim frãcicis & octo duodenariis & semisse:quali nota percussi sunt Eduardei prędicti: & galliæ quondam vernaculi qui pecude villosa signati sunt:nũc inuentu rari:vt plæriq; antiqui . aiũt eos nummularii nulli nummo bonitate secundos esse.quod vt intelligatur scire hoc oportet:auri bonitatem in quatuor & vigintí caractis indicaturæ consumari:vltra id nihil exquiri posse.Indicatura est quam lingua nostra legem vocat:id est notam gradũq; bonitatis:eadem lingua caractas a ceratio verbo græco vulgari inscitia deflexit.Est enim ceratium minuti põderis vocabulum:a grano siliquæ ductum qui fructus est arboris Italicæ prędulcis:digitorum hominis longitudine:& pollicis latitudine: nos hac in vrbe importatum vidimus.intus sunt grana quæ ceratia dicuntur nomine cum fructu communicato.Theophrastus tamen aliter appellat:propterea Columel.lib.iii.siliquam(inquit)græcam quidam ceratium vocant.Vtitur eo vocabulo Dioscorides.Aiunt Genuæ carubam vocitari. Ex quo factum esse arbitror vt nostri pondusculi certam minutiam eo no

Quãti auri libra romana estimatur.

Vncia auri.

Auri indicaturæ.

Ceratiũ.

mine appellent. Tradunt enim nũmulariorũ placita quatuor & vigínti ceratia in auri libra esse:& in singulis ceratiis vicena quaterna grana. & in his rursus singulis vicenas quaternas carubas:& postremo in carubis totidẽ minutula.Antiqui scrupuli appellatiõe in ea re vtebãtur.Pli.li. xxxiii. de lapide Lydio loquẽs.his coticulis periti cũ e lima rapuerint experimẽtum:protinus dicũt quantũ auri sit in ea:quantum argenti:vel eris:scrupulari differẽtia mirabili ratione nõ fallente.scrupulũ dixit quod caractã nostri dicunt.Aurũ itaq; nũmariũ p̃dictũ:licet nõ sit exacta probitate : in primã tamẽ notã cedet:quod quadrãte tm̃ ceratii a primario absit:q̃q̃ rarissimũ sit primariũ inuenire.huius semũcia octonis erit francicis & quaternis solidis & quadrãte solidi estimatiõe nostra:& quadrãs vncię:id est binæ drachmę:quaternis frãcicis & binis solidis:id est duodenariis.Qua ratione scrupulũ:id est tertia pars drachmę quod denariũ a nostris dicit: ternis denis solidis & besse valet.Est autẽ ea ratio argenti vt quo purius inuenirí nõ possit:id cineraceũ & parisinũ vocetur:Parisiis ad summã bonitatẽ excoctũ.Apud nos em̃ nõ pridẽ:vir q dẽ obscuræ sortis chrysoplysium instituit:id est lauãdi auri officinã:rem omnino quęstuosam:sed paucissimis hominibus cognitã.huius est id artificium vt vi aquæ medicatæ quã Chrysulcã appellant quantulãcũq; auri partem argẽto aut cuiuis metallo illitã aut confusam:nullo dispendio abstrahat:ita vt inauraturis nihil iam depereat mũdo:nisi quod vsu interteritur.Res omnino stupenda auri argentiq; quotãcũq; portionẽ ex ære eximere:ctiã(quod magis mireris)manẽte vasculi forma quassa interdũ & inani:veluti quadam idea a materia abstracta.Is moriens filio artẽ cũ patrimonio non mediocri reliquit:qui nunc vnus Chrysoplytę appellatiõe dignus esse existimatur:vsq; adeo ea in parte prestat:alioquin a paucis tentata:cæterũ valitudini noxia:fumus em̃ bullientis eius aquæ haustus vitalia tabefacere dictitatur: & eum artificem magna vigilãtia satagere circa aquam necesse est:& occasiones horarum identidem obseruare:& temperaturæ modum nosse: quapropter in ea functione alieno sæpe ministerio vtitur eminus ipse respectans.Imprimis iam locuples eo artificio factus:ac secunda etiam fama celeber:cointius appellatur.Quæ autem aqua vim habet chrysulcam (id est auri ab argẽto abstrahẽdi) in ea aurum fidit cum aqua deferbuit: argentum autem aquæ confusum visitur:& demum auro exempto alio artificio ab aqua elicit & eluitur.Argentum igitur cineraceum & parisinum in prima indicatione censetur.Tametsi a summa puritate sex granis absit:id est quadrante denarii.hoc argentum vulgo granallium dictum: in frusta formatur similia ramentis ligni a terebra conuolutis:quam formam accipere dicitur cum excoctum & feruens in aquam demittitur: sensim em̃ cãsitando & pessum eundo:in lemniscos plærũq; vel in clauculas configuratur:q̃q̃ & alias temerarias accipit formas.est etiam cineraceum e germania aduentitium quod in pastillos vel quadras formatur leuiter pustulosas:& nostro bonitate secundũ est.huiusmodi ab antiquis pustulatum vt arbitror dictum est.Est autem ea ratio indicaturæ in auro argentoq; cõmunis:vt quod excoctissimum sit vel aurum vel argentum: in eo alieni metalli pars omnino decoqui non possit:vt verbi gratia in au

Argentũ parisinũ & cineraceum.

Chrysoplysium

Chrysoplytes parisiẽsis

Vis aquę chrysulcę

ro ſexta & nonageſima pars cuiuſcũq; maſſæ. in argẽto octaua & quadra geſima. Siquidem nõ eadẽ eſt formula in auri argentiq; exploratione. nã omne corpus aureum in quatuor & viginti ceratia partiuntur: & pro mo do temperaturæ varias notas auri faciunt. ſumma autẽ nota auri in quar to & viceſimo eſt ceratio ad quadrantem abſoluto: id eſt vt quadrans tan tum ceratii in tota maſſa æreus ſit aut argenteus. argenteã autem maſ ſam in duodena denaria partiuntur: quæ latine duodena ſunt ſcrupula: culmen igitur bonitatis in. xi. ſcrupulis & duodeuiginti granulis eſſe ai unt. Hæ igitur notę non reapſe primæ ſunt: ſed pro prima nota cedunt: quandoquidem experimẽto cognitum eſſe fertur Chryſurgicam diligẽ tiam progredi porro non poſſe: etiam ſi vulgo aurum & argentum om nibus numeris abſolutum appelletur. pfecti tamen nũmulariorum quos pro viris monetalibus habemus: affirmant aurum non ad vltimum modo quadrantem excoqui poſſe: ſed etiã eo amplius ad vltimi quadrãtis qua drãtem: ita vt ad bonitatẽ numeris omnibus abſolutã nihil pręter qua drãtis quadrantem deſit: quẽ ipſi appellant ſextãdecimam caractę: eum em̃ quadrantẽ qui deeſt exquiſitæ auri vel argenti probitati: quartã cera tii appellantes: in octauas binas partiuntur: & octauam rurſus vnã in bi nas ſextaſdecimas. decoqui igitur aiunt octauã: & alterã ſextãdecimam ſumma induſtria poſſe: alteram ſextãdecimam non poſſe. argentum vero ita decoqui poſſe vt nihil pręter merũ argentũ ſuperſit: & huiuſcemodi in hac vrbe fuiſſe dicebant cum hæc ſcriberem. verũ lege cautũ olim fuiſ ſe: ne cui mancipi fraudi eſſet qui nummum percuteret: ſi auri quod pri mæ notæ aſcriberetur vltimi ceratii dodrans tm̃ aure9 eſſet: videlicet id prouidente legiſlatore ne auri excoquendi difficultate nummulariorũ mancipes in mulctam inciderent: & nũmi ipſi ſępe in publicum cõmitte rentur: eã tamen mentem fuiſſe vt plęriq; nũmi exacta indicatura ſigna rentur. ſed auaritia eorum factum vt omnibus omnino nũmis quadrans ille decederet: dum paſſim remiſſione ſummi iuris mãcipes quaſi iure ſuo vti cœperunt: & id quod intra ſpem veniæ relictum erat: ab omnibus & ſemper pro iure vſurpatum eſt. Huius rei argumentũ eſſe q; quadranta le illud ſubſidium non lucro redẽptorum cedere ſed principũ ſolitum ſit: quibus hoc lucrum refundere monetarii redẽptores publico nomine ſæ piſſime coacti ſunt virorum monetalium ſeueritate: hodieq; ita factitari aiebant licet in alio genere: vt ſi mancipes. i. argyrocopiorum conducto res (quos magiſtros nũmulariorũ vocãt) relatis pyxidibus deteriora ali q̃to feciſſe nomiſmata iudicentur: quod notæ pręſtitutæ deeſt: id reſarci re principi populi nomine cogantur. Pyxidas appellant vaſcula in quib9 nomiſmatis cuiuſq; officinæ ſpecimina conduntur. Reliquum eſt vt colli gam9 qualis fuerit argenti ad aurũ analogia. Diximus in vncia octonas eſſe drachmas: & in drachma terna ſcrupula. hac ratione ſcrupulus ſeſter tium vnũ & trientẽ capit: cũ drachma & denarius quaternis ſeſtertiis va leant. Si igitur ſcrupulum auri vicenos ſeſtertios valuit vt ex Plinio didi cimus: auri ad argentum ea fuit proportio quæ eſt quindecim ad vnum cum viginti ſeſtertios quindecim argẽti ſcrupula valuerint quot ſcilicet vnum auri ſcrupulum valuit. hoc autem tempore ea fere eſt auri ad argẽ

Auri ſumma nota.

Pyrides argyrocopiorum.

Auri ad argẽtum Analogia

tum analogia quæ eſt duodecim ad vnum: paulo tantum minor: ſiquidẽ cum vncia auri edicto regio ſedecim francicis & quadrante taxata ſit: & argenti: viginti ſeptem ſolidis & ſemiſſe: ſi vndecies hãc ſummã ſolido rum numeres: fient quidecim francici & duo ſolidi & ſemis: & minor erit ſumma. q; ſi duodecies multiplices fient ſedecim francici & ſemis: & pau lo ſumma exuberabit. Q; ſi æſtimationẽ a me inſtitutam ſpectes: eadem erit ratio. hoc eſt ſi analogiã duodetriginta ſolidorũ (tanti em̃ vnciam ar gẽti æſtimaui) & ſedecim frãcicorũ & octo ſolidorũ ſpectaueris: q̃ti aurũ primariũ æſtimãdũ cẽſui. ſex em̃ ſolidis tãtũ exuberabit ſumma: vt prior illa quinq;. Vt aũt qndecuplex eſſet auri ad argẽtũ olim analogia fieri po tuit: ppter auri pœnuriã: quã Romæ tũc fuiſſe Plinio auctori credendũ eſt. q; li. xxxiii. ſic inq;t. Romæ qdẽ nõ fuit aurũ niſi admodũ exiguũ longo tpe: certe cũ a gallis capta vrbe pax emeretur: nõ plus q̃ mille põdo effici potuere: nec ignoro. M. Craſſum duo millia põdo auri rapuiſſe ſuo & Põ peii tertio cõſulatu e capitolini Iouis ſolio a Camillo ibi condita. & ideo a plęriſq; exiſtimari duo millia põdo collata. Sed qd̃ acceſſit ex gallorũ p̃da fuit: & Paulo inferius: ergo (maxime) vt duo tantum. M. põdo cũ capta eſt Roma anno trecẽteſimo. lxiiii. fuere. cũ iam capitũ liberorũ cẽſa eẽnt. clii. Mil. & rurſus infra. Frequẽtior aũt vſus annulorũ non ante Gn. Flauiũ Annii filiũ deprehendit: hic nãq; publicatis die b9 faſtis tantã gratiã plebis adeptus eſt: alioquin libertino patre genitus: vt ædilis curulis crearetur: pręteritis. C. petilio & Domitio quorum patres conſules fuerant. quo fa cto tanta ſenatus indignatione exarſit: vt annulos ab eo abiectos fuiſſe in antiquiſſimis reperiatur annalib9. Hoc primũ annulorũ veſtigiũ extat. promiſcui aũt vſus alterũ ſecũdo punico bello. neq; enim aliter potuiſſent trimodia illa annulorũ Carthaginem ab Annibale mitti. Idem inferius: nul loſq; omnino annulos maior pars gentiũ hominũq; etiã qui ſub imperio noſtro degunt hodie habet: nec ſignat oriens aut Aegyptus etiam nunc: literis contenta ſolis. multis hoc modis vt cætera omnia luxuria variauit: gemmas addendo exquiſiti fulgoris: cẽſuq; opimo digitos onerãdo: mox etiam effigies varias celando: vt alibi ars: alibi materia eſſet in p̃cio. alias deinde gemmas violari nefas putauit. ac nequis ſignandi cauſa in annulis eſſe intelligeret: ſolidas induit. contra vero multi nullas admittunt gem mas: auroq; ipſo ſignant: vt Claudii Cæſaris principatu repertum. Ex his verbis Plinii intelligim9 annulos aureos nõ ornamẽti cã ſed ſignãdi inſti tutos ſiue aurea pala ſiue gẽmea: id qd̃ ſatis ex. libris iuris ciuilis intelligit̃ in mẽtione obſignãdorũ teſtamẽtorũ. De iure aũt annulorũ aureorũ nos alibi dixim9. Tyberio aũt principe (inq;t idẽ auctor) ãno ab vrbe cõdita dcclxxv. ãnulorũ auctoritati forma cõſtituta ẽ. quo tpe ſtatutũ ne cui ius eẽt ãnuli aurei geſtãdi niſi cui ĩgenuo ipſi pri auoq; pr̃no ſeſtertia. cccc. cẽ ſus fuiſſẽt: & lege iulia theatrali ĩ quatuordeci ordinib9 ſedẽdi. Romę aũt argẽtũ magis q̃ aurũ oli abũdaſſe ex eo cõiicere poſſum9 qd̃ idẽ auctor ali bi eodẽ libro inquit his verbis: ſed p̃ter alia eqdẽ miror pp̃ĩm Romanũ vi ctis gentibus in tributo ſemper argẽtũ imperaſſe. non aurum: ſicut Car thagini cum Annibale victæ argenti pondo annua in quinquagintaan nos: nihil auri. Nec poteſt videri pœnuria mundi id eueniſſe: nam Mi

das & Crœsus in infinitũ possederant. quo in loco numerus pondo deest in omnibus libris: ex Liuio restituendus: qui pacem factam ea conditione inquit: vt decem millia talentum descripta pensionibus ęquis in annos quinquaginta soluerẽt. Aut igitur Plinium numerum omisisse calculandi tedio dicendum est: aut locum sic restituẽdum: Argenti pondo annua sedecim millia in quinquaginta annos. hoc autem sic colligo. si.x.millia talentum in quinquaginta annos pensionibus ęquis distributa sunt: oportuit ducenta singulis annis pensitari. at talentum octogenarium accipio id est vel euboicum vel ægyptium: quare ex ducenario numero per octogenarium ducto summam sedecim millium pondo colligo. Plinius: talentum autem Aegyptium pondo octoginta patere Varro tradit. vbi fortasse capere Plinius scripsit: quod postea literis transpositis corruptum

Li.locus. est. De euboico testimonium est apud Liuium.li.vii. de bello Macedonico de pace cum Antiocho facta loquentem. Pro impensis in bellum factis xv.millia talentum euboicorum dabitis: quingenta præsentia: duo millia & quingẽta cum senatus populusq; Romanus pacem comprobauerint. mille deinde talenta in.xii.annos. vbi non mille sed millena lego. & lib. sequenti vbi de confirmatione eius pacis loquitur. Argẽti probi.xii.millia attica talenta dato intra.xii.annos pensionibus æquis. talentũ ne minus pondo octoginta Romanis ponderibus pendat. quo in loco non attica talenta: sed euboicorum talentum lego. nisi intelligamus atticum magnũ & euboicum idem fuisse: vt vtrunq; Liuius pro eodem vsurpauerit. Pœnuria igitur auri fieri potuit vt auri ad argentum quindecuplex proportio priscis temporibus fuerit: ideo scilicet q; Romani studiosiores argenti q̃ auri tunc fuerunt. Pollux libro.ix. de vocabulis ad commodum Cæsarem: aurum ad argentum decuplam proportionem habuisse his verbis affirmat. τὸ δὲ χρυσίον ὅτι τοῦ ἀργυρίου δεκαπλάσιον ἦν: σαφῶς ἄρτι ἐκ τῆς μενάνδρου παρακαταθήκης μάθοι. Qꝛ autem aurum decuplum argenti esset: non obscure ex Menandri comœdia quæ sponsio vel pignus dicitur: intelligere quiuis possit. Cum enim quodam in loco talenti aurei pondus dixisset: alio loco de eodem loquens: decatalantum dixit: id est talentis decem æstimabile. Herodotus aurum τρισκαιδεκαστάσιον dixit: id est terdecies argento ęstimabile vel terdecies argento rependendum: vt infra dicetur. Ecce autem rursus aliud aliudq; occursaculum. Si enim ea fuit auri analogia ad argentum quam prædiximus: quonammodo stare illud Trãquilli dictum poterit in Cæsare. In Gallia fana templaq; deum donis referta expilauit. vrbes diruit sæpius ob prædam q̃ ob delictum. vnde factum vt auro abundaret: ternisq; millibus nummum in libras promercale in Italia prouinciisq; diuenderet. Multis iam testimoniis docuimus absoluta nummi appellatione sestertium nummum intelligi. sestertiumq; quartam tantum partem denarii fuisse: quare etiam drachmæ: cum denarius drachmali pondere fuerit. Porro etiam ratione & experimento: id est libra docente didicimus binos denarios aureis singulis rependi. & centenos in libram (quæ duodenarum vnciarum est & semunciæ) signari solitos. Cui consequens est vt in libras singulas quadringentos nummos adnumerare debeamus. Qua ratione tria num-

mum millia septem libras & selibram conficiunt. Ita apud Tranquillum auri ad argentũ analogia dimidio minor est q̃ esse ex Plinii lectione collegerim: & quarta parte minor q̃ pollux esse dixerit. Ita quicquid hacten9 astruximus: corruat in sese necesse est. Age nõne Plinius quodam loco libri tricesimitertii ita inquit. miscuit denario triũuir Antonius ferrum: miscuit æri falsæ monetę. alii e pondere subtrahunt: cum sit iustũ.lxxxiiii. e libris signari. Quo in loco notãdum q; idem auctor inquit. legem latam a Mario Gratidiano vt ludus Romæ institueretur probandi nomismatis: vt ægre fallere possent adulteratores nummi. Igitur (inquit Plini9) ars facta denarios probare: tam iucunda e lege plebe vti Mario Gratidiano vicatim totas statuas dicauerit. mirũq; in hac artium sola vitia discuntur. & falsum denarii spectatur exemplar: pluribusq; veris denariis adulterinus emitur. vbi tamen non iucũda e lege plebe sed iucunda lege plebi lego: admonitus ab antiquis exemplaribus. alioquin absurda erit locutio. sic supra: non miscuit æri falsæ monetæ. sed miscentur æra. verum si hoc verum est quod Plin. dixit. nos luculento errore lapsi sumus. vel Plutarchus potius & Appianus cęteriq;: qui centenos denarios in libra statuũt: cum Plinius eo minus sedecim statuerit. qui etiam lib.vi. de publicano rubri maris loquens qui ad Taprobanen tempestate delatus percontanti regi enarrauit Romanos & Cæsarem. rex autem (inquit) mirum in modum inter audita iustitiam Romanam suspexit: q; pares pondere denarii essent in captiua pecunia: cum diuersæ imagines indicarẽt a pluribus factos. & hoc maxime sollicitatus: ad amicitiam legatos misit. hoc dictum Plinii pugnare videtur cum eo quod Pli.lib.xxxiii. dixit de imminutione ponderis. Sed hoc Claudii tempore contigisse a Plinio dicitur. & de denario dictum est non de nummo aureo. Quare prius ad illud Tranquilli respondeo: & olim id & hodie fieri posse vt libra auri nõ pluris q̃ septem libris & semisse argenti væneat. fac vt aurum obryzum decuplex q̃ argẽtum fuerit purum: id quod pollux inquit: potuit Cæsar aurum ex donariis templorum & priuatis expilationibus congestum: ita conflandum temperandũq; curasse: immo vt non hoc affectauerit Cæsar: potuit aurum ex omnibus notis conflatum simul & colliquefactum in eam indicaturam rediisse quæ vno quadrante a primaria distat. id hodie nostri duodeuicesimarium vocant. vasa enim raro ex auro tenuissimo & mollissimo fiunt: ideo q; illud aurum vsuram non fert sine magno intertrimẽto. Quare aurum vascularium & vsuale: fere vicesimarium aurifices esse dicũt. q̃q̃ & deterius multo reperitur consulto etiam temperatum nõ modo fortuitũ. Extant hodie nũmi in Germania signati ex auro dodrantali id est duodeuicesimario: in quo quarta pars æris vel argẽti mixta est. visuntur etiã hodie Philippei & Guillielmei Hollandini ex auro fere septunciali: id est cui sesquiquadrans æris mixtus est. quos quindecim ceratiis tẽperatos appellãt. aurũ primariũ æstimatione quam nũc sequimur: valet in vncias senis denis libris & octonis solidis & semisse. qua ratione ceratiũ.xiii. solidis & octo denariolis valet. Esto igitur (verbi gratia) ꝓportio auri ad argentum quę est duodecim ad vnum: hac ratione libra auri Romana dũtaxat summę notę quaternis millib9 & octingentis nummis vęnalis esse

debuit:& auri vicesimarii quaternis millibus & duodeuicesimarii tribus millibus & sexcentis.eadēq; ratio est in cęteris temperaturis: accedente decedenteq; semper auri portione pro eo q̄tum est æris quod in auro remansit.Fieri igitur potuit vt Cæsar aurum promercale tribus nūmū millibus in libras habuerit:tum ob auri abundantiā: tum ob crassitudinem: etiā si maiorē decupla proportionē auri ad argentum statuas. Chrysurgorum tamē placita auri appellatione non dignantur:qd̄ infra dodrantē descendit.fortasse etiā ternis millibus ꝓ quaternis apud Suetoniū legit. mihi.n.antiquū videre non cōtigit.sed eo suspectos numeros habeo q̄ in Tyberio ita legitur.Corinthiorum autē vasorū precia in immēsum excreuisse:tresq; mullos.xxx.millibus nūmū venisse grauiter conquestus est.Si enim hoc verum esset: quonā modo aut Pli.hoc tacuisset: qui prodigum appellat Asiniū Celerem q̄ mullum vnū Claudio principe octo millibus nūmū emerit? aut Iuuenalis:qui sex millibus emptū mullū satyrice exclamauit? Præterea quis credat tres pisces decem auri libris emptos? Tanti.n. empti sunt si aurum tribus millibus veniit.& pisces eos qui Plinio auctore binas libras ponderis raro admodum exuperant vt auctor est Pli. Restat nunc ille scrupulus vel scopulus potius de denariorū numero in libra testimonio Plinii:contraq̄ toto hoc opere censuimus.quem si eximere vel amoliri quoquomodo possim:rursus ille alter existet de millenis sestertiis quę in li.iii.de institutione iuris a Iustiniano principe pro vno aureo accipiunt: vt antea diximus.Eqdē tot difficultatibus offensus hāc nostrā cōmentationem subinde interpellantibus:marinū illum deum Protei nomine a poetis decantatum:retentare mihi visus sum. Protei autem nomine vetustatem adumbratā in præsentia interpretabor.etenim senex ille fingitur:ad id etiam nomine accommodato.is cum omnia nouerit quę sint: quæ fuerint:quæ mox ventura trahantur:si quādo e specu emergens & in littore apricans de rerum veritate consulatur:omnia transformat sese in miracula rerum.nec prius in sese redire dicitur:q̄ omni ope omnibusq; (vt aiunt) vngulis correptus:manibus vinculisq; tenetur.nam sine vi nō vlla præcepta dabit: neq; illum orando flectes. vim duram ac vincula capto iniicias necesse est si veritatis documentum ab eo elicere velis.Hunc Proteum non modo ego nunc captare:sed etiam vincire iam videor: nec dum tamen satis arctis nexibus retinere.siquidem veritatem rerum nūc in vasto quodam sinu vetustatis abstrusam:nunc in mendis exemplarium velut in alto quodam gurgite obscuritatis obrutam: in lucē ac solem elicere conor:haud intempestiue vt arbitror. quippe eo demū tempore quo lingua Romana maiorum æqualiūq; nostrorum diligētia propemodum reddita sibi creditur. vt si hæc ætas paucarum adhuc rerum caliginem dispulerit:prisca omnino lux oborta nobis iudicari possit.Veritatem igitur adhuc attigisse magis:atq; etiam nunc palpare:q̄ in potestate habere mihi videor.idq; adeo eo magis q̄ numerosa quædam cohors antiquorū enarratrix ex aduerso stare mihi videtur: & Proteum ipsum altrinsecus retentare.Proinde renouato impetu rursus eodem incumbendum:quando quidem forte (vt spero) fortuna ex alterius operis diuerticulo quod in manibus erat:in parergon huiuscemodi transuersum me rapuit impe-

Proteus.

tus animi inconsultus.Verum multitudine rerum obuiam sese ingerente longissime digressus:institutum cursum quem magnopere vrgebam: non modo differre:(vt speraueram) sed etiam destituere atq; obliuisci coactus sum.excreuit enim opus quadruplo iam amplio q̄ pro destinatis modulis. In quo iam in altum iterum iterūq; raptus sum: haud sine mea culpa. vt q expāsis velis peruicaciæ in altū magis quo res cūq; tulisset:q̄ in littus quoddam certum vela facerē. Quare vltro citroq; iactatus emāsisse tādem me sensi: cum cœlum vndiq; & vndiq; pontus esset. videlicet in eo culpa fuit: q̄ inexplorata improuisaq; rei absoluendæ difficultate: strenue magis q̄ considerate has mihi vices depoposci. cum.n.hoc opus menses abhinc circiter decē locaretur:digito statim sublato me obstrinxi. Itaq; cum renūciare eā redemptionē nequeā:& prędes annotationes meas:& omnē industriā meā atq; etiā existimationē dederim:& identidē appeller quasi iā dies & cesserit & venerit:omnino vetustati ipi vt veneradę quidem:sic maligne veritatē promenti:nec mihi vnq̄ sacrosanctę: manus iniicienda.Quam.n.interdū veritatē ad manū etiam aspiciendā porrexit: rursus in tenebras ac caliginē cōdit.& cū rem profligatā speramus & ad lucē peruenisse:tū varię illudūt species:vt nūc in summa manu imponēda labor prope omnis effusus.atqui certū est nihil eorū quę dicta sunt antea & cōprobata interlinere. Quid igitur? Proteo vim adhibere cū flecti oratione nō poterit.& plane affirmare corrupta esse exēplaria:aut siquid eo facinorosius erit:cuius tamē inuidiā laudatis auctoribus summis amoliri a me possim.quādoquidē nō nostrū id exēplū est: & magnos in hoc viros imitabimur.Iamprimū ad Iustiniani dictū satis iā respōsum est:Cētenarii etiā olim dicti sunt nō qui centū sestertia possidebant:sed qui centū millibus æris censi erant:vt ex Liuio apparet in classiū descriptione:& ex Pli.li.xxxiii. his verbis. maximus census.cx.millia assium fuit illo rege:& ideo hęc prima classis.Q d̄ si lex Papia post nūmū argēteū signatū lata sit: cētenarii etiā dici potuerūt qui sestertia centū in censu habebāt. quomodo ducenarii iudices dicti sunt equites Romani qui dimidiatum censum equestrē habebāt.de quib? Tranq.in Aug.ad tres inquit iudicū decurias quartā addidit:quę ducenariorum vocaretur:iudicarētq; de leuioribus summis.ii autē ius annulorū nō habebāt auctore Pli.his verbis:diuo Augusto decurias ordināte maior pars iudicū in ferreo annulo fuit:iiq; non equites sed iudices vocabātur.vt autem pro mille sestertiis vnus aureus haberetur nulla auctoritate antiqua defendi potest.etenim docuimus supra aureū vnū pro cētum sestertiis cessisse Galbæ tempore: qua ratione quinq; millia sestertiū in auri libra fuerunt.& auri ad argentū proportio ea fuit quę est duodecim & semissis ad vnū.Restat locus ille Plinii de quatuor & octoginta denariis.& alter li.xxxv.longe hos retro agens: quo in loco sic legitur Timomachus Byzātinus Cæsaris dictatoris ætate Aiacē ei pinxit & Medeam: ab eo in Veneris genitricis ędē positas: octoginta talentis vęnūdatas.talentū aūt atticū vt ait Varro.xvi.sestertiis taxatur. nos talentum atticum sexcentis coronatis taxauimus.& singula sestertia quinis & vicenis.qua ratione fit vt talentum quatuor & viginti sestertia valeat:quod Pli.sedecim valuisse dicit. Ita fit vt aut in his vadis hærere

Ducenarii iudices.

necesse sit: aut aliquid non vulgare nec mediocre cõminisci: quandoquidem certum est retro actu non defungi. Quod ad prius igitur illud pertinet: alii e pondere subtrahunt: cum sit iustum. lxxxiiii. e libris signari: hoc affirmare nõ dubitauerim qd̃ Hermolaus in glossematis suis suspicatus est eo loco vbi talenti meminit: Pliniũ non. lxxxiiii. sed. lxxxxvi. scriptum reliquisse. Ita enim fateri scriptorum auctoritas cogit. cui vt astipulatur id quod apud Priscianũ legitur libram duodenarum vnciarum: sex & nonaginta drachmas habere: ita Plinianæ lectioni refragatur in libra eadem Romana denarios duos & septuaginta fuisse: id enim ibidem legitur. alioquin piaculi instar esse non putem Plinio in hoc nõ assentiri: qui de re nummaria & auri argentiq; temperatura parum accurate scripsit: nec pro eo quanta eius esse solet cæteris in rebus tradendis diligentia. Quod non magnopere mirandum est. quotus enim quisq; hodie eorum qui literas didicerunt: disertus in ea re inuenitur? vt vel numerum nummorum in libram nostram statuere certo possit: nedum rationem indicaturę tenere? Nihil tamen de Plinio. i. de ingenio rerũ omniũ capaci temere affirmare velim: nisi aut eum non semper idem de eodẽ dixisse: aut (quod verius est) corruptum eius permultis in locis librum esse. Iam primũ. li. xxi. drachma (inquit) attica (fere em̃ attica obseruatione medici vtuntur) denarii argentei habet pondus: eadẽq; sex obolos pondere efficit. nos autem supra docuimus in scrupulo binos esse obolos: & in drachma terna scrupula: qd̃ cum Plinii dicto congruit. docuimus ex Plutarcho idem esse denarium & drachmam. si Plutarchi testimoniũ non satis est audiamus Strabonem qui libro quinto geographiæ circa finem sic inquit. Cassilinũ oppidum situm est ad flumen vulturnũ. In eo prẹnestini viri quingenti &. xl. cum Annibale tunc florente vsq; adeo restitere: vt vrgente fame medimnus frumenti ducentis drachmis vẹniret: eo euentu vt venditor fame mortuus sit: emptor incolumis euaserit. ὅστ' ὑπὸ λιμοῦ διακοσίων δραχμῶν πραθέντος μεδίμνου: ὁ μὲν πωλήσας ἀπέθανεν: ἐσώθη δ ὁ πριάμενος. Valerius de hoc loquens li. vii. non medimnũ sed murẽ fuisse dicit his verbis. in illa obsidione & fide cum trecenti Prẹnestini permanerent: euenit vt quidã murem captum ducentis potius denariis vendere q̃ ipse leniendæ famis gratia consumere mallet. Sed credo deorũ prouidentia effectum: vt & venditori & emptori quẽ vterq; merebatur exitum attribuerit. Pli. li. viii. nũmos ducentos dixit non denarios. vẹnisse murẽ ducẽtis nũmis Casilinũ obsidẽte Annibale: eũq; qui vẽdiderat fame interiisse: emptorem vixisse: annales tradũt. Vsq; adeo vel varia antiqui de re eadẽ tradiderunt: vel nũmis apud Pliniũ pro denariis legitur. Rursus Plinius eodem in loco libri vicesimi primi. Mna quã nostri minam vocant pendet drachmas atticas centũ. Idẽ li. xii. de thure loquens. Micas cõcussu elisas mãnam vocamus. etiã tamen inueniũtur guttæ quæ tertiam partẽ minę hoc est. xxxix. denariorum pondus æquent. In vetusto exẽplari nõ. xxxix. sed. xxix. id est vndetriginta legitur. in duobus aliis manu scriptis. xxviii. legitur. si. xxxix. probamus vt omnia impressa habẽt exẽplaria: mina cẽtũ & decem & septẽ denarios habet. si. xxix. septem & octoginta. si. xxviii. quatuor & octoginta: & cõuenit cũ dicto Plinii, lib, xxxiii, nisi q; illic de li-

Mus.

bra dicitur hic de mina. Quod si admittamus: Plinius secũ ipse pugnabit. Ad illud alterum de talento attico quod ex Varronis auctoritate a Plinio sedecim sestertiis taxatur: id est quadraginta libris: dico in antiquis omnibus codicibus non. xvi. sestertiis legi: sed sedecim aliis: quod quomodo restituendum sit nescio. sed q̃ dubia sit fides numerorum summarũq; in Plinio & pecunię vocabulorum multis iam exemplis docuimus: quibus tamen & vnum aut alterum addemus ex eodem. xxxv. libro. quo enim in loco de parethonio loquitur: sic habent impressi codices. precium optimo in pondo sex librarum: vbi manu scripti habent: precium optimo in pondo. c. xi. denarii. vnus vetustissimus sic: in pondo. c. xi. & denarii verbum additum erat lectoris manu &. c. loco deletili scriptum. & paulo inferius de vsta in impssis libris: optima nunc asiatica habetur: precium eius in libras æris quini. in manu autem scriptis: p̃cium eius in libras. xvi. denarii. & Paulo superius de. L. Nummio. nam cum in præda vendenda rex Attalus sex millibus sestertium emisset Aristidis tabulam Liberum patrem cõtinentem: precium miratus: suspicatus aliquid in ea virtutis quod ipse nesciret: reuocauit tabulam Attalo multum querente. in reliquis non sex millibus sestert. sed sedecim libris legitur: pro sedecim talentis: vt arbitror: vel sedecim minis. greci em̃ sestertii vocabulũ non nouerunt: & alioquin sex millia sestertium non erat preciũ quod Nũmius Corintho expugnata miraretur: & ob id addictam tabulã reuocaret. Strabo li. viii. de Corinthi euersione loquens: hanc tabulã Romæ se vidisse affirmat in æde Cereris consecratã: opus omnino speciosum. propter quod etiã emanauit prouerbium apud græcos. οὐδὲν πρὸς τὸν Διόνυσον. id est nihil ad Liberum patrem: hoc est nihil hoc præ aristidis Libero patre. quod puerbiũ vsurpari solet quotiens res impares cõponuntur. Talentum autẽ atticum nemo minus dixit esse. lx. minis cẽtenarum drachmarũ: vt supra docuimus. Suidas omnino. lx. minarum esse affirmat: & minas cẽtenarias esse. Quare apud Plinium sic fortasse legendum est. Talentum autẽ atticũ: vt ait Varro: denariorum. vi. millibus taxatur. antiqui em̃ denarium. x. nota significabãt vt prędictum est a nobis. hęc etsi abunde sufficiunt cum iis quę antea tot auctoritatibus auctorum comprobata sunt: hæsitatiunculam tamẽ manere scrupulosis mentibus nolo. Protogenisq; pictoris exemplo tabulas identidem respectans: tollere manum nequeo: vrgeo memet ipse: scriptorumq; meorum calũniator fio: nec mihi satisfacio nisi omnia tam clara q̃ lucẽ reddo. Itaq; vt semel hanc disputationem finiam: recitanda sunt ea testimonia quę cõtrouersiam q̃libet ambiguam decernere ita possint vt vltra referri quæstio nequeat. Iã primum (vt mittam quod apud Priscianum legitur: Senecam ad Nouatum scribentem: talẽtum paruum atticum dixisse quatuor & viginti sestertiorum fuisse quæ sexaginta libras valent) Plutarchus in Fabio. progressus inquit dictator ad plebem vouit diis omnia eius anni caprarum: ouium: suum: atq; boum fœta: quæ Italiæ montes planiciesq; ac flumina prataq; ea in regione educarent: se mactaturum fore: & trecenta triginta tria sestertia totidẽq; denarios pro Megalesiacis spectaculis faciendis in impensam se collaturum: tertiãq; partem additurum. hoc caput est octo myriades: & tria millia quingentę octoginta tres

Pli. lo.

drachmæ:& oboli duo. Hęc verba Plutarchi quum calculo prosequerer: nec numerus responderet ad rationē quā hactenus tenendam affirmaui: errore id factum interpretis intellexi: qui quod transtulit nō percepit. id quod facile calculo explanabitur. trecenta sestertia septingentas ac quinquaginta libras valent. & triginta tria sestertia: octoginta duas libras & selibram: quū in singula sestertia dipondiū & semissem intelligamus. fiūt hęc in summa octingenta triginta duo pondo & selibra. Si igitur in singula pondo centenas drachmas numeres: ideoq; eū numerū cētenario multiplices: facile drachmas octoginta tria millia & ducētas in summa inueniēs: & pręterea pro selibra quinquaginta. huic summę si pro trecētis triginta tribus denariis: totidē drachmas adieceris: fiēt in assem octoginta tria millia quingentę octoginta tres drachmę. huic iterū summę si tertiā partem addideris nescio quid summę habiturus sis. non. n. id cōuenit vt tertiā partē addas huius ingētis summę: cū duo oboli tantū restēt ex summa a Plutarcho posita. Si autē trientē adieceris: id est duos obolos (denarius. n. senis obolis constat:) summa adamussim quadrabit. Interpres Plutarchi tritemorion id est trientem pro trito morio id est tertia parte errore ductus accepit. Trientem enim Plutarchus pro triente denarii intelligi voluit. non pro tertia parte summæ. Hoc ex Liuio probari potest libro secundo de bel. punico: qui de Fabiano voto loquens (in quo omnia ternario numero nuncupata sunt) ita post alia verba subdit. eiusdem rei causa ludi magni voti: æris: cccxxxiii. triente. Præterea bubus trecentis. nisi tamen error est apud Liuium plutarchus alium auctorem secutus est. Liuius enim pro. ccc. millibus nūmū. i. totidem sestertiis: millia æris dicit: & de denariis tacuit. trientem autem tertiam partem assis intellexit: qui genus nummi fuit vt postea videbitur. satis tamē patet ex verbis Plutarchi denarium & drachmam pro eodem accipi: & centenos fuisse in libris. Idem Liuius li. viii. de bello Maced. de. L. Scipione loquens qui post triumphū Asiaticum accusantibus tribunis peculatus damnatus esse dicitur ob suppressam manubiarum partē. de Scipione (inquit ille) iudicium factum: quo cōmodior pax Antiocho daretur scipionem sex millia pondo auri: quadringēta octoginta argenti plus accepisse q̄ in ærarium rettulerat. & paulo inferius de summa damnationis loquens. In. L. Scipione malim equidē librarii mendū q̄ mendacium scriptoris esse in summa auri atq; argenti. similius enim veri est argēti q̄ auri maius pōdus fuisse: & potius quadragies: q̄ ducenties quadragies litem æstimatā. eo magis q; tantæ summæ rationē etiā ab ipso requisitā Publio Scipione in senatu tradunt. librūq; rationis eius cum. L. fratrem afferre iussisset: inspectante senatu suis ipsum manibus cōcerpsisse: indignatum q; cum bis millies in ærarium rettulisset: quadragies ab se ratio posceretur. hactenus Liuius. Sex millia pondo auri estimatione a nobis instituta sexcenta septuaginta quinq; millia solatorū valent: cū in singula pondo centū & duodecim aureos & semissem numeremus: id est nouenos in vncias. & quadringenta octuaginta argenti pondo: quatuor millia octingētos coronatos. Porro si aureos solatos ad coronatos redigere volumus: in singulos solatos deducere solidū & semissem oportebit. sic. n. singulas auri libras centū & duo

Plutar. lo.

decim solatis & semisse taxauimus: vt solati singuli triginta sex solidis & semisse valerēt: quare ex sexcētis septuagintaquinq; millibus decies centena & xii. millia quingēti solidi decedāt necesse est: quę summa ad quinquaginta millia & sexcētos viginti qnq; francicos cōtracta: circiter vnde triginta millia aureorū coronatorū valet. Nihil. n. refert exacte hoc colligere. fit summa septingenta & octo millia octingēti aurei. tāti æstimam? peculatū. L. Scipioni obiectū. & tamē lis ei estimata fuit ducēties quadragies sestertiū. qd nos æstimare solemus sexcēta millia coronatorū. ita centū & octo millia octingēti exuberāt in priore summa: Si tanti damnatus est quāta fuit petitio. Sed si decuplex tātū fuit auri ad argētū ꝓportio vt Polluci credere nūc velimus: sexta fere pars hinc decedere debet. Ego. n. hoc aurū ita æstimaui vt auri libra paulominus duodecim libris argēti valuerit. Hæc sexta pars centū decē & octo millia & paulo aliquid amplius efficit. ad amussim autē quadrare numerus nō potest ꝓpter auri ad argētū analogiā hodiernā quę paulo minor est duodenaria vt antea docuim?: & ego ita nūc deduxi quasi plane duodecuplex esset. nō dubito aūt tanti Scipioni litē æstimatā esse: quātū iudicatū fuit eū auri atq; argēti interuertisse: id est in lite æstimāda nihil ei remissum esse: sed iudices decuplicem æstimationē secutos quę cōmunis erat: ꝑsertim in auro nō plane oryzo. Hęc ratio etsi odiosa est ꝓpter supputandi tediū: eo tamē pertinet vt intelligatur ducēties & quadragies sestertiū ingētē pecuniā fuisse: nec absurdā me rationē iniuisse in auri atq; argēti æstimatione faciēda. nunc vero cōpēdiariā rationē ineamus: cēties sestertiū significat cēties cētena millia nūmū: id est cēties ducenas: & qnquagenas libras: quæ sunt quinq; & viginti millia pondo argēti. Sic ducēties & quadragies sestertiū sexaginta millia argēti pōdo valet. Huius decima pars est sex millia: & illa est proportio auri ad argentū ex Polluce. quare ad nūmū ratio quadrabit vt ducēties & quadragies sestertium & sexaginta millia pondo argenti: vel auri sex millia: sexcentis millibus aureorum nostrorum æstimari debeant. id tantum excurret quod pro quadringentis octuaginta libris argenti taxauimus: id est quatuor millia & octingenti aurei. Intelligere autem debemus vel argenti in lite æstimanda nullam habitam esse rationem pręuterat auri summa. vel annalium scriptores eam summā prætermisisse quæ extra rotūdum numerū excutrebat. Parum enim expeditū erat sic loqui: vt dicerent ducenties & quadragies semel & aliquot præterea sestertiis litem ei æstimatā. Hoc autē ex eodē libro Liuii confirmari potest. qui de conditionibus pacis ætolis data ita inquit. de pecunię summa quam penderēt: pēsionibusq; eius: nihil de eo quod cum consule conuenerat mutatum. pro argento si aurum dare mallent: dare conuenit: dum pro argenteis decem aureus vnus valeret. Hęc ratio etsi pulchre quadrare mihi visa est: sola tamen nequit: ita hominū arbitrium astringere: vt non libere negare possint nos ad veritatis ipsius (vt ita dicam) cubile peruenisse: etiam si multa eius vestigia luculēta atq; expressa deprehendimus. Vteriore igitur indagine lectorem eo perducemus vbi vel ab inuito confessio exprimatur se iam veritatem non modo videre sed etiam palpare. Primus locus est apud Demosthenem in oratione quæ κατὰ ἀφόβου in-

ſcribitur.in qua orator enumerans fraudes tutorum ſuorum & oſtēdere volens tribus propemodum talentis vno nomine ſe ab eis circūſcriptum ita inquit. σκέψαϑε τοίνυν ὅσον ἀργύριον ὗτοι παρὰ τοῦσ κλιμοποιοῦσ κλέπτουσι. τετταράκοντα μὲν μνᾶσ αὐτὸ τὸ ἀρχαῖον. δέκα δὲ ἑτῶν τὸ ἔργον αὐτῶν δύο τάλαντα. δώδεκα γὰρ μνᾶσ ἑκάστου τοῦ ἐνιαυτοῦ τὴν πρόσοδον αὐτῶν ἐλάμβανον. Conſiderate igitur quantam iſti pecuniam ex lecticariis fabris interuertunt. primum pro ſorte quadraginta minas pono.deinde pro quæſtu decennii eorum opificii duo talenta.ſiquidem duodenas minas quotannis accipiebant eius mercedis nomine quam ſerui meruerūt. His verbis apparet decies duodenas minas duo talenta valere.Qua ratione ſexaginta minæ centenariæ talentum atticum faciunt.Eodem pertinet locus a nobis in primo libro citatus cum de vſuris centeſimis loqueremur.His enim exēplis & aliis permultis eiuſdem orationis : quæ citare nunc longum eſſet: planum fit quicquid aliqui ſcripſerint de mina attica : minam tamen atticam ſemper centenariam intelligi:& huiuſmodi minas ſexaginta talentum efficere.Demoſthenes enim non modo Athenis & ad Athenienſes orationem illam habuit: ſed etiam atticiſſime locutus eſt: vt alibi in eadem. ὅσισ γὰρ ἐκ τεττάρων ταλάντων καὶ τρισχιλίων : τοῖσ μὲν τρία τάλαντα καὶ δισχιλίασ προῖκα δέδωκε: τῷ δ ἑβδομήκοντα μνᾶσ καρποῦϑαι: φανερόν δήπου πᾶσιν ὅτι οὐκ ἀπὸ μικρᾶσ οὐσίασ: ἀλλὰ πλέον ἢ δισχιλίασ ἧσ ἐμοὶ κατέλιπε : ταῦτα ἀφεῖλεν. Verba ſunt Demoſthenis argumentantis ex verbis teſtamenti patris ſui:quæ verba ſic verti latine poſſunt.Qui enim ex quatuor talentis & tribus millibus : his quidem tria talenta & bis millena doti dedit : illi vero ſeptuaginta minarum vſumfructum reliquit : nimirum hunc clarum eſt apud omnes non a tenuibus fortunis ea legata decerpſiſſe : ſed a ſumma altero tanto maiore atq; eo etiam pleniore quam mihi reliquerat. Quam autem ſummam his verbis orator intellexerit: ex narratione eius orationis apparet his verbis. θηριππίδι μὲν ἔδωκεν ἐκ τῶν ἐμῶν ἑβδομήκοντα μνᾶσ καρπώσαϑαι τοσοῦτον χρόνον ἕωσ ἂν ἐγὼ ἀνὴρ εἶναι δοκιμαϑείην : δημοφῶντι δὲ τὴν ἐμὴν ἀδελφὴν: καὶ δύο τάλαντα εὐθὺσ ἔδωκεν ἔχειν. αὐτῷ δὲ τούτῳ τὴν μητέρα καὶ προῖκα ὀγδοήκοντα μνᾶσ. Therippidæ quidem vſum fructum ex bonis meis ſeptuaginta minarum dedit : quoad ego inter viros cenſerer: id eſt quoad tutelæ meæ factus eſſem: Demophontem autem voluit apud ſe ſororem meam habere cum duobus talentis . Huic autem ipſi quicum ago matrem meam vxorem ducendam cum dote octoginta minarum reliquit.Hactenus Demoſthenes.Ex cuius verbis intelligimus duo talenta octoginta minas & ſeptuaginta:id eſt centum & quinquaginta minas: tantum valere q̃tum quatuor talenta & ter millenas.vbi ſubintelligo drachmas.ſic fit vt talentum ſexaginta ſit minarum & mina centum drachmarum : minam enim atticam ad centum drachmas auxiſſe Solonem Plutarchus in eius vita tradidit. vt q; vbi græci millia dicunt ex ſua perſona:drachmarum ſemper intelligere debeamus.quod eo pertinet quod legitur apud Plutarchū in Pōpeio de vectigalibus Romani imperii:& in Antonio de decies ſeſtertio : vbi interpretes male ſeſtertios intellexerūt vt ſupra adnotauimus.q̃ multus autem Demoſthenes in eo loquendi modo fuerit: licet ex eadem oratione perlecta intelligere:cuius loca vertere

neceſſe nūc non habui.Alter eſt locus Ciceronis:vbi velut cubile eſſe ipſius veritatis quam quærimus exiſtimaui.is eſt aūt in oratione ,p Rabyrio: in qua oratione de Gabinio loquens qui ob Ptolemæi reductionē in ægyptum:& peculatum inſignem in ea re admiſſum:decem millibus talētū damnatus eſt:ita inquit.Redeo igitur ad crimen & accuſationem tuam. Quid vociferabare decem millia talenta Gabinio eſſe promiſſa:huic videlicet perblādus reperiundus fuit qui hominē vt tu vis auariſſimum exoraret. ſeſtertium bis millies ſed quadringenties magnopere cōtemneret. Ad intelligentiam horum verborum hoc prefari habemus.Gabinium decem millibus talentum damnatum eſſe:nec prædes tātę ſummę dare:nec ex bonis eius auctione addictis eam ſummam ſeruari potuiſſe . quare cum Rabyrius Poſthumus eius criminis affinis videretur:accuſatus & ipſe fuit:quaſi impulſu eius Gabinius Ptolemæū in regnum reduxiſſet: & quaſi pars peculatus ad eum perueniſſet:vt quod eius pecuniæ a Gabinio ſeruari non potuerat:a Rabyrio damnato exigeretur. Hūc igitur Cicero patrocinio ſuo defendit.cuius oratio & corrupta & mutilata lectitatur:nec eā in vetuſto libro orationum Ciceronis repperi.Prędicta autem verba ſic legenda cenſeo.Quid vociferabare decem millia talentum Gabinio eſſe promiſſa:huic videlicet perblandus reperiendus fuit: qui hominem vt tu vis auariſſimum exoraret.ſeſtertium bis millies ſcilicet & quadringenties magnopere contemneret.hoc ſenſu.pugnat ſecū accuſatio tua:tu Gabinium auariſſimum hominem fuiſſe criminabaris:& vt regem reduceret:talentis decem millibus conductum eſſe:nūc Rabyrii impulſu feciſſe dicis vt regem reduceret:& ob id Rabyrium in crimē vocas. Quonāmodo cōuenit hominē auariſſimum (vt tu vis) Gabinium pollicitatione bis millies & quadringenties ſeſtertium adduci ad facinus nō potuiſſe:niſi & ſuaſore Rabyrio impelleretur.Cæterum nos ſingula talenta ſexcentis coronatis aureis:& ſexaginta libris centenariis æſtimare inſtituimus:ſingulas autē libras denis aureis:ſexagies enim deni aurei ſexcenti in ſumma fiunt.hac ratione centum talenta ſexaginta millia aureorum valent:id eſt centies ſexcentos.hęc ſumma decies multiplicata ſexcēta millia aureorum efficit:tot enim coronatorū millia mille talētū valet. Sic fit vt decem millia talentū:ſexagies cētena millia aureorū valeāt:hoc eſt decies ſexcena millia . Rurſus æſtimatōe noſtra quadringēties ſeſtertiū millies mille aureos noſtros valet:hoc eſt decies cētena millia.Qua ratione bis millies & quadringēties ſexagies centena millia valet.& ita ad nūmum ſumma latina cū ſumma gręca cōuenit:& eſt ea quā gręci apartilogiam vocāt.Lingua noſtra vernacula latinę linguę imitatione rotundā rationē vocat.Nego igitur quēq̃ eſſe tā hęſitatorē:qui modo hęc verba & ſupputationē intellexerit (quotus aūt quiſq; etiā citra calculū non intelliget:) vt de hoc quod hactenus egimꝰ vltra addubitare poſſit:id eſt de ſeſtertium & talentorum & reliquorum verborum intellectu:& ſummarum auri argentiq; ęſtimatiōe.nā de auri proportione ad argentū nondū plane ſtatuo.Ita Proteus ille Logodædalus:id eſt verborū varietate fallax:& diu exemplarium mendis veluti formarum deſultoria viciſſitudine ludificatus:in ſeſe tandem rediit:peruicaci noſtro propoſito victus

Apartilogia.

Logodædalus proteus.

veritatis inuestigandæ.Exoratum autem primũ quẽq; lectorẽ velim aut
certe candidissimũ quẽq;:vt mihi vicio ne vertat ꝙ monuméta antiqui-
tatis hactenus sancta atq; intacta temerare ausus sim.cedere enim mihi
in compensationem postulo ꝙ immutata haud ita pridem quędã loca nũc
sibi restituerim:vt paria fecisse iudicari possim cum eo quod magnorum
auctorum laudatione fretus:commouere quædam non dubitaui trabali
(vt aiunt)clauo fixa.Hęc & alia contra ius receptũ non sine exẽplo ad-
missa:per philologię numẽ multis hodie mortalibus venerandũ:ignosci
ita mihi postulo:si etiã sponsiõe perfunctus corollariũ addidero.Gellius li
bro quinto noctium atticarum.Equus Alexandri regis & capite & nomi-
ne Bucephalas fuit.Emptũ chares scripsit talẽtis.xiii.& regi Philippo do-
natum:æris nostri summa est sestertia trecenta &.xii.Hactenus Gellius.
talenta decẽ sex millia aureorum valent:& tria talẽta mille & octingẽtos.
fiunt septẽ millia octingẽti aurei.Cẽtum sestertia duobus millibus & quin
gentis valent:ea ratione qua in singula pondo denos aureos taxamus.sic
trecẽta sestertia septem millia & quingẽtos coronatos valent &.xii.trecẽ
tos hoc est triginta libras argenti.Quare ad nũmum cõuenit inter vtran
q; summam.De hoc Plinius eidem Alexandro & equi magna raritas con
tigit.Bucephalum eũ vocauerũt siue ab aspectu toruo:siue ab insigni tau
rini capitis armo impressi.sedecim talẽtis ferũt ex Philonici Pharsalii gre
ge emptum etiam tũ puero capto eiꝰ decore.Recte tamẽ apud.Gel.xiii.
legi ex Plutarcho patet in Alexand.qui tredecim talentis a philonico thes
salo emptum dicit:vt forte apud Pli.xvi.pro.xiii.legatur.Idẽ Gel.li.iii.Ari
stotelẽ quoq; traditum est libros pauculos Speusippi philosophi post mor
tem eius emisse talentis atticis tribus:ea summa fit nũmi nostri duo & se-
ptuaginta millia.hactenus Gel.nos diximus talentum.lx.librarũ eẽ:qua
ratione tria talenta cẽtum ac nonaginta libras valẽt:qui numerus ex duo-
bus & septuaginta millibus confit si in singula millia:bina põdo & seli-
bram numeremꝰ.Rursus tria talenta mille & octingentis aureis æstima
tione nostra taxãtur:& eadẽ summa conficitur ex septuaginta duobus se-
stertiis si sestertia singula quinq; & viginti aureis æstimẽtur.Quare pla
num facimus & talẽta nos & sestertia iusta æstimatione taxasse.Apud eũ
dem Gel.li.primo emendãdum vnũ verbũ huic dicto cõtrariũ vbi de Lai
de scorto corinthio loquitur.ad hãc inquit Demosthenes clãculum adit:
& vt sui copiã faceret petit:at Lais myrias drachmas.i.decem drachmarũ
millia poscit.hoc facit nũmi nostratis denariũ decem millia.tali petulan-
tia mulieris:atq; pecunię magnitudie ictꝰ expauidusq; Demosthenes auer
titur:& discedens.ego(inquit)pœnitere tanti nõ emo.Sed gręca ipsa q̃
fertur dixisse lepidiora sunt.οὐκ ὠνοῦμαι.(inquit) μυρίων δραχμῶν μεταμέ-
λειαν.id est:nõ emo centum sestertiis pœnitẽtiã.Ex his verbis testimoniũ lo
cupletissimũ habemus auctoris antiqui qui Hadriani principis tempori-
bus scripsit:drachmam & denariũ eodem pondere fuisse.sed ꝙ decẽ mil-
lia denariorum centum sestertiis valuerint:falsum est:tãtũ enĩ quadragin
ta valent:minis ergo pro sestertiis legendũ est. Hoc igitur tandẽ cõfecto
quod vix absolui posse sperabamus:videamus quonãmodo intelligi pos-
sit id quod apud Plutarchum legitur de tertio Pompeii triumpho loquẽ-

tem quem de asia subacta egisse dicit:ex ꝑnotatis(inqt)literis clare co-
gnoscebat ex quo genere gentiũ triũpharet.Erãt quippe regiões hę:Põ-
tus:Armenia:Cappadocia:Paphlagonia:Media:Colchis:Iberia:Alba-
nia:Syria:Cilicia:Mesopotamia.Pręterea ii q circa phœniciã & Palęstinẽ
incolunt:Iudęi:Arabes:piratarũ etiã quotquot genera terra mariq; de-
bellata erãt.Inter hæc notabantur castella haud pauciora q̃ mille capta:
ciuitates ferme noningentæ:piraticę naues octingẽtę:vrbes ꝑsidiis Ro
manis firmatas esse vndequadraginta.his quoq; addebatur vniuersa Ro
manę vrbis tributa ante id bellũ quinquagies decies centena millia fuis — Sũma tri
se.cũ iis vero quæ populo Romano ipe q̃siuit octuagies quinquies decies — butorum
cẽtena millia.in æariũ ꝓterea vasa aurũ argentũq; signatũ ad viginti mil- — Po.Ro.
lia talentorum. præter ea quæ militibus diuisa sunt:quorũ qui minimũ ac — ex plutar-
cepit:mille & quingentos æris tulit.hæc verba significãt tributa Po.Ro. — cho.
ante Mithridatẽ victũ:quingenties sestertiũ fuisse:& ex tertia expeditio-
ne Põpeii trecenties quinquagies accessionis factũ esse.Hæc summa ęre
nostro vicies semel cẽtena & vigintiquinq; millia aureorũ valet.Intra quã
summã si coarctare velimus imperii Romani redditũ:ridebimur ab iis qui
nouerunt regni nostri tributa.Quo anno hæc prodidi princeps noster tã
tam ferme pecuniã ex ditiõe gallica percepit.Quod ne cõminisci videar:
scire licet apud nos tria esse pẽsitationũ genera ex quibus ærariũ nostrũ — Redditꝰ
constat:canonem:oblationem & indictionẽ.In Canone cẽsentur ea quæ — regni frã
sceptris ita hærent vt cũ sceptris nata nec sine iis interitura videant:qua — ciæ.
lia sunt portoria & Isagogica vel exagogica quæ in introitu vel exitu vr-
bium vel locorum aliorum pensitatur.& in vniuersum vectigalia quę mul
tis nominibus accepta ferũtur in ratiociniis principalibus.& possessio- — Canon.
nes prædiaq; quorũ etiã mancipiũ proprium est diadematis francici.nec
in cõmercio hominũ esse putatur:dũtaxat vt perpetuo emancipari pos-
sessiones possint.huc accedũt regaliorũ clientelarũq; iura:id est iura quæ
dã certarũ perceptionũ in eas possessiones ascripta quæ in fide sunt dia
dematis.accedunt & commissa omnia & aduentitia quæ assertorem nõ
habent:Albana vulgo dicũtur:& hermęa fortasse dici possũt verbo grę
co.Eodem pertinẽt vno verbo omnia in fiscũ cedentia:vt caducorũ iura
in externorũ hominum hęreditates qui ius ciuilitatis aut ꝓuinciæ a pri-
cipe non impetrarũt.In secundo genere sunt quæ oblationes dicuntur:vi
cesima & octaua & quarta in quibusdã locis in res promercales statutæ: — Oblatio-
& salarium vectigal:& exoticũ:oĩa a popularibus olim principibus dela- — nes.
ta:vnde nomẽ oblatio accepit.Horũ duorum generũ vt æstimationẽ cer — Indictio
tam facere nequeo:sic ad sexcenta aureorũ millia:hoc nomine accepta fer
ri haud incerta ratiocinatione colligo.Tertiũ genus indictio appellatur.
hoc caput statã plærũq; habet summã paulo plus octingena & quinquage
na aureorum millia.ita vt vrbes insignes stipẽdiariæ non sint.Indictio ob
id appellata ꝙ anniuersariis diplomatis indicitur:ex quo tamẽ trãs alpes
res gessimus:accessionibus quas superindictiões appellãt identidẽ aucta
est.Sic enĩ sunt galli hoĩes vt prout quidq; principi aut collibuit aut colli-
buisse dictetur:id perinde ius fasq; eẽ credat:omniũ haud dubiũ morrali — Pitharchi
um qui quidẽ barbari nõ sint maxime(vt græce dicit)Pitharchici:id est — ci Franci.

principalibus edictis æquo animo obsequẽtes: nec ideo tamẽ min⁹ liberatẽ loquẽdi viuẽdiq; vsurpãtes principib⁹ etiã haud inuitis. Sic em̃ fert huius regni genius nobis a deo omnipotẽte christianissimi nominis (vt arbitror) cõmendatione cõcessus: vt & obseqosa alacritate seruiamus: & qui nobis imperãt: liberos nos esse nõ nolint. verũ quo anno hæc prodidi vno edicto princeps ter & tricies cẽtena millia frãcicorũ imperauit. Quibus accedit haud cõtẽnenda summa quã cuiusuis nõ est intelligere: neoterico.n. inuẽto hominũ in æraria officina perpolitorũ factum est: vt dies pensitationũ ita cedãt: vt insequẽtis anni quadrãs primus in vltimũ pręcedẽtis incurrat. Sicq; quinq; quadrãtes in vno asse reperiãtur. nouo etiã aucupio trientes ex quadrãtibus facti: quo ꝓplexioribus inuolucris res argẽtaria intricaretur. hoc nomine dicere possem quãtum accessionis hoc biẽnio factũ sit: populo ita deuorãte strophas argẽtarias vt nihil non cõcoxerit: id quod eo pertinet quod dixi de æquanimitate populi in accipiendis obeũdisq; imperiis. In quo vtinã etiã fœlicitatẽ suam ac benignitatem diuinam principes agnoscerent: nec fallere nos ii homines existimarent. qui huiuscemodi commentis deũ & superos omnis aut accõmodare conniuẽtiã: aut arridere credũt. Verũ vt ad rem redeam⁹: hoc affirmare ausim. Indictionũ capiti principẽ quo anno hæc prodidi non minus acceptũ tulisse supputata cũ sorte ꝑdicta rep̃sentatiõe: q̃ quãta sit æstimatio illa octingẽties sestertii. Quare apud Plutarchũ legendum puto quinquagies decies cẽtena millia drachmarũ: græci.n. nũq̃ per sestertiũ millia numeros colligere solent: sed per myriadas chiliadasq; drachmarũ vt paulo ante diximus. hac ratione summa illa redditus Romani quadruplicato augetur: & fit ter millies & quadringenties sestertiũ: id est octuagies quiquies centena millia aureorũ nostrorũ. Summa aũt pecuniæ in ærariũ relata ab eodẽ Põpeio: centies & vicies centena millia aureorum: quod nos duodecies millies mille aureos lingua vernacula dicimus: græci mille ac ducentas myriadas appellãt. myrias.n. numerũ decies millenarium significat. Si præter hoc æstimemus in capita singula militum sesquilibrã argenti: id est mille & quingentos æris: æstimatio in immẽsum abibit. & tamen corruptũ id esse apud Plutarchũ facile ostendemus ex Appiano: qui in eo libro qui Mithridaticus dicitur de hoc loquẽs ita inquit: finiẽte hyeme Põpeius pręmia militib⁹ exhibuit: viriti mille & quĩgentas drachmas atticas. ducib⁹ eoq; cõdigna pariter ipẽdit: quoq; sũma decies sexagies mille talenta attigisse creditur. hoc mẽbrum extremũ quid significet non intelligo: nec emẽdari certo potest nisi viso Appiano græco. Huiusmodi corruptos numeros nõ semel apud eũ auctorẽ latinũ factũ offendi. sed ex his verbis intelligimus nõ mille & quingẽtos æris sed mille & quĩgẽtas drachmas: id est denas quinas libras argenti hoc est cẽtenos quinquagenos aureos singulis militibus datos. Plinius lib. xxxvii. hunc triumphũ magnifice descripsit. Sed adeo corruptus ad nos ꝓuenit: vt satis habuerim locũ notare quẽ transcribere nõ poterã. Qui tamen locũ illũ legerit: Plutarchũ mirabitur viginti trm̃ millibus talentũ æstimasse prędã in ærarium illatã. Apud Pliniũ in eius triũphi descriptiõe ad vltimũ ita legitur in codicib⁹ omnibus impressis. Cætera triumphi eiusdẽ q̃ verissime subiiciam. rei p.

Sũma pecuniæ põpeioĩ ęratiũ illata riũpho mithridatico.

datum mille talentũ: legatis & quęstoribus qui oras maris defendissent sestertia bina millia: commilitibus singulis quinquaginta. hoc prorsus nõ conuenit nec cũ Appiano nec cũ Plutarcho. bina enim millia sestertiũ quinas libras argenti valent: & quinquaginta sestertii viginti drachmas. ꝑterea quis credat Plinium post bina millia dixisse quinquaginta: saltem quinquagena emendatores scriberent. In antiquis quos vidi sic legitur. cætera triũphi eiusdem q̃ virilia rei p. & quæstoribus qui oras maris defendissent datum mille talentum. militibus singulis sena millia sestertium. & hactenus legitur. fortasse aũt sic legi debet: cętera triumphi eiusdem q̃ virilia (vt hoc referatur ad superiora in quibus. Plin. mollitiẽ & delitias repręhendit) ꝑfectis & quæstoribus qui oras maris defendissent: datum mille talentũ: militib⁹ singulis sena millia sestertiũ: comitibus singulis quĩquagena. vt intelligamus comites. eos qui sponte Põpeium secuti sunt sena millia sestertium millenas & quinquagenas drachmas significãt: qd̃ conuenit cum Appiani historia. Quapropter admirari subit vel emendatorum licentiam vel librariorum incuriam: qui hunc locum ita corruperunt: ex quo coniecturam in vniuersam Plinii emẽdationem facere licet. Appianus auctor est in exercitu Pompeii ab initio statim peditum viginti millia: & equitum quatuor fuisse: & legatos ei quinq; & viginti a senatu decretos. Vt ergo in singulos pedites mille & quingentas drachmas dederit & tria millia in equites: sic enim fieri solitũ vt equites vel duplex vel triplex donatiuum acciperent & duplex centuriones: Pompeius vltra mille talenta legatis & ꝑfectis data: non potuit minoris quadringentis & viginti millibus argẽti libris defungi. fiunt in summa cum mille talentum quadringenta octuaginta millia pondo. quæ ære nostro duodequinquagies centenis millibus aureorum æstimantur. in singula enim pondo denos aureos numeramus. atq; in hoc rationem nullam habeo centurionatus: nec auxiliaris militis & euocati: & prouinciatim collecti. Appianus latinus (vt diximus) summas argenti non modo incredibiles sed etiam absurdas refert: apud quem legitur: in eam largitionem Pompeium decies sexagies mille talenta impendisse. ego autem sexdecies interpretem scripsisse autumo pro sedecim talentorum millibus. quæ ære nostro sexies & nonagies centena millia aureorum dici possunt. hoc donatiuum Põpeianum nonmodo credibile sed etiam contemnendum nec memorabile fecerunt illa quæ postea secuta sunt: ad bella ciuilia legiones auctorantia. Nunc vero si Romani imperii magnitudinẽ non dico ostendere sed argumentis tantum coniiciendum relinquere velim: longus de integro instaurandus erit sermo. Plinius. lib. vii. de trophæis triumphisq; Pompeianis loquens: ita inquit. Triumphi vero quem deduxit Pompeius: ad tertium Kalendas octobris pręfatio hæc fuit. cum oram maritimam a prędonibus liberasset: & imperium maris Po. R. o. restituisset: ex Asia: Ponto: Armenia: Paphlagonia: Cappadocia: Cilicia: Syria: Scythis: Iudęis. Albanis: Iberia insula: Creta: Basternis: & super hæc de regibus Mithridate atq; Tigrane triumphauit. summa summarum ĩ illo gloria fuit: vt ipe in cõcione dixit cum de rebus suis dissereret: Asiam vltimã prouinciarũ accepisse: eãdẽq; mediã patrię reddidisse. Si qs ecõtrario similimodo velit pcẽse

Pli. lo.

App. loc⁹

Magnitũdo romani imperii.

re Cæsaris res: qui maior illo apparuit: totũ profecto terrarũ orbẽ enume ret. qd̃ infinitũ esse cõueniet. Asiã hoc in loco Plinius ꝓ peninsula Asię ac cipit qd̃ regnũ olim lydiorũ dictũ est. Trãq. in Cęs. gessit aũt nouẽ annis quibus cũ impio fuit hęc fere. omnẽ Galliã q̃ a saltu pyrenęo alpibusq; & mõte Gebẽna: fluminib9 Rheno & Rhodano continet: patetq; circuitu ad bis & tricies centũ millia passuũ: prętер socias ac bene meritas ciuita tes in ꝓuincię formã redegit: eiq; in singulos annos stipẽdii nomẽ iposuit. ab his duobus ducib9 Romana res magnope creuit. quãta aũt peninsulę Asię fuerit accessio q̃ Asia proprio ac priuato noie dicta est vt auctor est Plinius: ex eo cõiicere dat: q; Plutarchus in Lucullo scribit Syllã quũ fœ dere icto cũ mithridate Asiã recepisset: viginti millia talẽtũ mulctę noie Asię iperasse: eiq; pecuniæ colligẽdæ Lucullũ q secũ militauerat pfecisse: vt inde pecuniã signaret. quãta aũt sit pecunia nos supra docuim9. Appi anus in secũdo de bel. ciuilibus: de Cæsare dictatore loquẽs. Statim post Triũphũ q̃cũq; exercitui pollicit9 fuerat ãpliore adhuc pecunia exoluit. militi drachmas atticas qnq; millia. Turmę ductori bis totidẽ. tribunis militũ eqtibusq; duplo maius. ad hæc singulis ex populo minã vnã atticã. Apud Tranq. locus mutilatus est. Veteranis (inqt) legionibus pdę noie in pedites singulos sup bina sestertia q̃ initio ciuilis tumultus numeraue rat: in eqtes vicena quaterna millia nũmũ dedit. populo pter frumẽti de nos modios ac totidẽ olei libras: trecenos quoq; nũmos quos pollicit9 oli erat: viritim diuisit: & hoc amplius cẽtenos ꝓ mora. annuã etiã habitatio nem Romæ vsq; ab bina millia nũmũ: in Italia nõ vltra quingenos sester tios. quadringentos sestertios dedisse viritim populo Tranquillus dicit: & Appianus minam atticam quod idem est: quo cõprobatur id quod sem per diximus libram fuisse centenorum denariorum: & solutur obiectum superius factum ex prisciano. Sed hic quina millia drachmarum data di cit in singulos milites: & in equites singulos multo maiorem summam: il le in equites vicena quaterna millia nummum: id est sena millia drachma rum: quare locum mutilatum esse oportet. Eusebius auctor est eo tempo re quo Sylla dictaturam inuasit censu Romæ acto: inuenta esse hominũ quadringenta sexaginta tria millia. Appianus autem tradit censu post tri umphum Cæsaris acto inuentũ esse dimidio pene minorem numerum ci uiũq̃ q̃tus ante bellum ciuile fuisset. Esto igitur vt Romæ ducenta & vi ginti millia hominum fuerint eo tempore quo Cæsar centenas drachmas in populum diuisit: id Congiarium bis & vicies centenis millibus aureo rum nostrorum æstimabitur. Age esto vt viginti millia veteranorum fue rint (tot enim minimũ esse eportuit vt ex hircio nouimus in cõmẽtario de bello aphrico) si quina millia drachmarum: id est quinquaginta argen ti pondo in singulos diuisit: decies millies mille aureis nostris id donatiuũ constitit: id est centies centenis millibus. adde nunc augmentum pro cen turiõe & equite & tribuno. & habitationes illas gratuitas Romę & in Ita lia datas: certe in immensum res abibit si omnia æstimentur. Appianus de triũphis eius loquẽs quos diebus quatuor instaurauit post omnia bel la confecta: pecuniarũ (inquit) in triũphis illatarũ summã ad sexaginta quinq; talentum millia fuisse ferunt. & coronas ex auro fuisse. addit duo

Viginti millia talentum Asiæ ipe rata a sylla.

Donatiuũ cæsaris & cõgiariũ memorabile

millia & octingentas quæ pondo amplius viginti millia penderent. ex qui bus exercitui promissa prędia cum fœnere propemodum exoluit. summa talẽtorũ æstimatiõe nostra vndequadragies millies mille aureos nros valet. viginti millia pondo auri (vt minimũ) vicies centena millia superio ri addit summę: vt sint semel & quadragies millies mille aureorũ coronato rũ. cuius summæ bonã partẽ Cæsar ex gallorũ spoliis coegit. Præter ea q̃ impẽdit in emerendo fauore plebis & potentiũ Romę vt Pauli & Curio nis & aliorũ vt supra dictũ est. Oia. n. illa ante bellũ ciuile contigerãt. Sed triũphi ducti sunt post bella ciuilia confecta. Antonius aũt triumuir post mortem Cęsaris bellum Philippẽse pariter cũ Cæsare qui postea August9 dict9 est gessit cũ Cęsaris interfectorib9: quo cõfecto morte Cassii & Bru ti: cũ Cęsar octaui9 Romã rediisset: ipe Antoni9 i gręciã se cõtulit: vt illic de donatiuo statueret qd̃ militi ãte a pollicit9 fuerat. qd̃q; (vt Plutarchus inqt) quinũ milliũ drachmarũ i singla capita fuerat. i. vicenũ milliũ nũmũ. quãt9 aũt fuerit exercit9 ei9 ex eodẽ auctore alio loco nouim9: q de altero dissidio Cęsaris & Antonii loquẽs: & de bello mutinẽsi: quo tpe Anto nius lepidi castra ingressus eẽ dicit: munaciũq; sibi adiũxisse: his reb9 (inqt ille) elat9 Antoni9 castra Lepidi ingressus quodã ex cõpotorib9 suis cũ sex legiõib9 in psidio Gallię relicto: ipe in Italiã rediit. decẽ millia eqtũ & de cem & septẽ legiões peditũ secũ agẽs: quo tpe Cicero a Cęsare destitut9 cũ Antonio ite i gram rediit. Vt aũt oia extenuare poti9 q̃ augere videa mur: ponam9 eqtũ peditũq; octuaginta millia capitũ fuisse: plenę. n. raro legiões erãt: eqtes ẽt & cẽturiões i ordinẽ redigam9: vt in singla militũ ca pita simplex donatiuũ ꝓcedat. i. quĩgẽti aurei: ad eã largitiõem quadrigẽ ties cẽtena millia aureorũ nrorũ taxãda sunt estimatiõe pdicta vt proptũ est colligere. Qd̃ an credibile sit ex iis q̃ infra dicent apparebit. Eodẽ tpe Antoni9 cũ Ephesum i Asiã ex gręcia venisset: & eo reges regineq; oriẽ tis ad eũ salutãdũ cõfluerẽt: sese suaq; vltro illi offerẽtes (vt auctor ẽ Plu tarchus) diu illic per luxum niusitatum debacchatus: cũ de primorib9 vi ris ꝓ arbitrio suo statuisset: pdictarũ rex ipẽdiis exhaust9: altera tãdẽ ve ctigalia Asiaticis ppris ipare istitit. ibi Hybreas quidã orator nobilis qui cãm gẽtiũ Asiaticarũ agẽdã recepat: hmõi oratõe vsus eẽ dicit: memora bili certe ac nris qbusdã hoib9 ẽt atq; ẽt aĩaduertẽda. si ipis ab aulico fastu feriari paulisp vacaret & aĩm aduertere huiuscemodi acroamatis. Sed qñ id fieri nõ pt: ꝓximũ ẽ vt optem9 ꝓ ora id hoim ferri tãdiu quoadusq; ad pricipes ꝓmanarit. Verũ ille orator: si potes (iqt) o Antoni alterũ vecti gal eodẽ ãno exigere: illd ẽt pstare te equũ ẽ binas vt eodẽ ãno estates: bi nosq; ẽt autũnos habeam9. ducẽta tibi talẽtũ millia Asia iã pepẽdit. hęc tã ta pecunia si ad te ois puenit: & cõsũpta ẽ: corradẽda nobis nimirũ & alte ra: qã spes ois alia pcisa ẽ. sin ad te ois nõ puenit: qui eã ab iis repetis q a nobis exigẽdã cogẽdãq; curarũt? Hac oratiõe ꝓmot9 Antoni9 iqrere in eos istitit q pecunias suas iteruertisse dictitabant. Erat. n. igenio simplici ac minime sollicito: & maleficia suorũ nõ facile intelligens: vbi tamẽ intel lexerat excandescens & seuere vindicans: Celsi alioquin & munifici admo dum animi: & ad præmia profusi. digna omnino historia quæ in regiæ conspicuo loco sesquipedalibus literis proscriberet: vel in ęs incideretur

Hybreas orator.

Memora bile dictũ

potius. vt & principes nostri meminissent: quid sui sit officii: & q rei argentariæ apud nos summã tenent: innocentius & cautius sua munera in posterum obirẽt. hic est ille. M. Antonius qui Cleopatræ vltimę Aegypti reginę Phœniciam Syriam Cyprum & Ciliciæ bonam partem: Iudæam Balsamiferam & Nabatheorum Arabiam in stupri mercedem dedit. qui Antigonũ regem securi percussit. Qui expeditionẽ in Parthos cũ cẽtum millibus peditũ equitũq; suscepit. cui deniq; nobilis illa cœna portẽtosi luxus condicta est: a Cleopatra: in qua centies sestertiũ. i. ducẽta & quinquaginta millia aureorũ vno ferculo secũdę mensę cõsumpta sunt. Mirabitur forsan quispiã quonã modo ducẽta millia talentũ vno anno Antonius ex Asia auferre potuerit. Asiã hic intelligere oportet oriẽtale Po. Ro. imperium: qd̃ quantũ fuerit ex partitione illa triumuirali intelligere licet: quæ mihi instar fuisse videtur Homericæ regnorũ diuisionis inter Iouẽ Neptunũ & Plutonem: quæ ad physiologiã ipsa refertur trium elementorũ. In ea partitione omnis ad oriẽtem tractus Antonio: ad Hesperiã Cęsari hoc est Octauio concessus. vtriusq; autẽ imperii confiniũ Ioniũ mare factum: lepido Aphrica cessit. Ita ditio nostra omniũ citra mare longe hodie clarissima: portiũcula prope dixerim fuit nõ dico Romani imperii: sed tertiæ partis eius. Postea autem sublato lepido cum triũuiratus ad duumuiratum rediisset: quantæ fuerint Romani imperii vires æstimare datur ex vtriusq; copiis. siquidem in Actiaco bello Antonius peditum centum millia: equitum duo & viginti: & naues bellicas non pauciores quingẽtis habuit. & sex reges in comitatu suo. Cæsar autem naues bello aptas ducẽtas & quinquaginta: peditum octoginta millia: & equitum parem Antonio numerum. quo tempore vt diximus lepido de medio sublato Antonius ab Euphrate & Armenia ad Ionium mare & Illyricum: Cæsar ab Illyrico ad Hesperium oceanum: & ab oceano ad tyrrhenum siculũq; mare. Libyæ vero q̃tum Italiæ Galliæq; & Hispaniæ obiectum est ad Herculeas columnas optinebat: Antonius vero a Cyrene ad Aethiopiã. Appianus autẽ libro quinto bel. ciuiliũ Marcũ Antoniũ inducit Ephesi ad Grecas Asiaticasq; gentes orationem habentẽ: dicentẽq; sibi duodetriginta legiones esse: quæ cum auxiliaribus centum & septuaginta peditũ millia implerent: equitibus non adnumeratis. quas legiones reliquias esse dictitabat triũ & quadraginta legionũ quas Mutinæ habuisset cũ Cæsare & Lepido communes. Itaq; cum prẽmia iis reddere opus esset: & orientales populi ita de eo & Cæsare meriti essent vt digni maxima mulcta viderentur: ob pecunias Cassio & Bruto Cæsaris interfectoribus collatas: se mulctæ eis nomine decem annorum tributa imperare continuo persoluenda: quandoquidẽ tot annorũ ipsi tributa Bruto & Cassio biennio p̃ximo pẽsitassent: ad extremũq; Grecos & Asiaticos multis lachrymis impetrasse vt nouẽ annorum tributũ biennio persoluerent. sicq; factũ vt & populi & dynastæ Asiæ cõferre cogerẽtur. Ducẽta igitur millia talẽtum quę Plutarchus exacta esse ab Antonio dixit: ex ea collatione fuerũt quæ vno & altero anno in nouem annos indicta est. Hæc summa nomismate nostro centies & vicies millies mille aureos valet. Græci duodecies millenas myriadas dicunt: vel centies & vicies centenas myriadas. hac summa maiorem nullam (vt arbitror) dicturi sumus vno tẽpore cõgestam.

Mirabilis cœna.

Maiores summę in ærario fuisse videtur vt apparet ex iis quę. li. superiore adnotata sunt. Pli. li. xxxiii. Messala orator p̃didit Antoniũ triũuirũ aureis vsum vasis in oibus obscœnis desideriis: pudẽdo etiã crimine Cleopatræ. & paulo inferius. Antonius in cõtumeliã naturæ vilitatẽ auro fecit: opus proscriptione dignũ. Idẽ auctor est luxũ tũ primũ Romanũ populũ inuasisse: quũ Asia deuicta est. Asia (inquit) primũ deuicta luxuriã misit in Italiã. siquidẽ. L. Scipio transtulit in triũpho argenti põdo millia quadringenta quinquaginta: & vasorũ aureorũ põdo centũ millia. Anno vrbis conditę quingẽtesimo sexagesimo quinto: eadẽ Asia domita multo etiã grauius afflixit mores: inutiliorq; victoria illa: hęreditas Attalo rege mortuo fuit. tum. n. hæc emendi Romæ in auctionibus regiis verecũdia exempta est: vrbis ãno. dc. xxvi. mediis. lvii. annis erudita ciuitate amare etiã & non solũ admirari opulentiã externã. Immẽso & Achaicæ victoriæ momento ad impellẽdos mores: quę & ipsa hoc interuallo anno vrbis. dc. viii. Parthica signa & tabulas pictas inuexit: nequid deesset. pariterq; luxuria nata est & Carthago sublata: ita congruentibus fatis vt liberet amplecti vicia: & liceret peccare ex dignatione. In quibusdã impressis libris legitur & vasorum aureorũ pondo ducenta millia duplicato auri numero. in antiquis omnibus pondo mille quingenta: adeo fluxa fides est exemplarium in numeris tradendis. Apud Liuiũ non millia sed mille vtrobiq; legitur q̃ luculentam facit discrepantiam: in quibusdam antiquis mille legitur: in aliis per notas scriptum est vt ad mille & millia ambiguũ sit. Sic autem inquit Liuius li. vii. de bel. Maced. tulit in triumpho vasorum argẽteorum (omnia celata erant) mille pondo: &. ccccxxiiii. aureorum mille pondo &. xxiiii. præter hæc etiam duo verba in prædicto loco corrupta esse intelligo ex obseruatione vetustæ lectionis. neq; enim Asia domita legitur sed donata. Scimus enim Attalum regem Asiæ populum Ro. hæredem instituisse auctore Trogo li. xxxvi. deuictam igitur Asiam Pli. prius dixit luxuriam misisse in Italiam: quod fuit Antiochi tempore: postea etiã donatam: quod fuit Attalo rege hęreditatem pro Romano relinquente. Parthica autem signa corruptum esse satis scio: sed quomodo restituendum sit affirmare non ausim. dicerem Corinthiaca: nisi in vetusto parta legissem. neq; vero ex Asiaticis tantum tributis Antonius infinitam vim auri argentiq; collegit & prodegit: sed etiam ex hæreditate Cæsaris pecuniam auertisse traditur. Plutarchus enim auctor est interfecto statim Cæsare Calfurniam Cæsaris vxorem quatuor millia talentum ad Antonium transportanda curasse. maximam tamen pecuniam Cæsarem reliquisse ex secũda Antoniana intelligimus: quo in loco Cicero ita inqt. vbi est septies millies sestertiũ quod in tabulis quæ sunt ad Opis petebatur: funestæ quidem illius pecuniæ: sed tamen si iis quorum erat non redderetur: quæ nos a tributis posset vindicare. tu autem sestertium quadringenties quod idibus martiis debuisti: quonammodo ante calendas aprilis debere desiisti. Et rursus Philip. v. illa vero dissipatio pecuniæ publicæ ferenda nullo modo est: per quam septies millies falsis donationibus perscriptionibusq; vertit, vt portento simile videatur tantam pecuniam po-

Asia demũ victa Luxuria Romam inuasit.

magis ẽt donata.

Perscri- puli Romani tam breui tempore perire potuisse: perscribere Cicero vo-
bere. cat quod lingua nostra registrare appellat Pli.li.xxxiii. Cęsar primo introi
tu vrbis in ciuili bello suo ex ærario protulit laterum aureorum. xxvi. mil-
lia & numero pondo trecenta. nec fuit aliis temporibus respublica locu-
pletior. sic & in impressis codicibus & in duobus antiquis legi. In vno aũt
venerandę antiquitatis qui in rebus meis erat: ita legitur. Laterũ aureo-
rum.xv. argenteorum.xxxv. & in numero. ħs.cccc. quod ego interpretor
sestertiũ quadringenties. locũ aũt mutilatũ esse in vulgatis exẽplaribus
ex illo vetusto coniicio & ex Orosio historico qui li.vi. sic inqt. Cæsar Ro-
mã venit: negatãq; sibi ex ærario pecuniã fractis foribus inuasit: ꝓtulitq;
ex eo auri pondo. IIII. M.c.xxxv. argenti pondo prope. dcccc. numeros ta
men Orosii corruptos esse facile ex Plinio coniicimus: & alioquin qs cre-
dat Cæsarẽ ad bellũ ciuile contra senatũ euntẽ locupletissimũ ærariũ pri-
moribus (vt inquit Plautus) digitis delibasse? vsq; adeo numeri per oĩa
in omnibus auctoribus mendosi sunt: antiquitatis culpa quę notarũ cõpẽ
diis nimiũ gauisa est. Verũ opulẽtissimũ illud sęculũ Augusti principatus
Imperiũ excepit: sub quo principe latissime patuisse Romanũ imperiũ demõstra-
Augusti. bimus: & priuatim publiceq; locupletissimũ fuisse. licet postea Germanię
populi multi aliiq; ad arcton vergẽtes accesserint a qbus principes Ro-
mani cognomina sumpserũt. Strabo.n. græcus auctor qui Romę diu ver
satus est Augusti Tyberiiq; tẽporibus: libro decimo septimo circa finem
ita inquit ἐπεὶ δ' οἱ ῥωμαῖοι τὴν ἀρίστην τῆς οἰκουμένης καὶ γνωριμωτάτην κατέχουσιν:
ἅπαντας ὑπερβεβλημένοι τοὺς πρότερον ἡγεμόνας ὧν μνήμην ἴσμεν: ἄξιον καὶ διὰ βρα-
χέων τὰ τούτων εἰπεῖν. Quoniã vero Romani terræ habitabilis optimã quãq;
regionẽ ac celeberrimã optinẽt: omnes ante se populis imperitantes sup
gressi: dũtaxat quorũ memoriã norimus: dignũ esse duxi vt de eorũ statu
breuibus disseramꝰ. & post paulũ. τὴν μὲν οὖν εὐρώπην σχεδόν τι πᾶσαν ἔχουσιν:
πλὴν τῆς ἔξω τοῦ ἴστρου: καὶ τῶν μεταξὺ τοῦ ῥήνου καὶ τοῦ τάναιδος παρωκεανιτῶν. τῆς δὲ
λιβύης ἡ καθ' ἡμᾶς παραλία πᾶσα ὑποχειρία ἐστί. ἡ δὲ ἄλλη ἀοίκητός ἐστιν: ἢ λυπρῶς καὶ νο-
μαδικῶς οἰκεῖται. ὁμοίως δὲ καὶ τῆς ἀσίας ἡ καθ' ἡμᾶς παραλία πᾶσα ὑποχείριός ἐστιν.
Europam igitur ferme omnẽ tenent: præter eã eius partẽ quæ vltra Da-
nubiũ protenditur: & eas gentes littorales quæ inter Rhenũ & Tanaim
ad oceanũ vergunt. Africæ autem ora quę nobis obuersa est: oĩno eis pa-
ret. Reliqua autẽ Africæ vel ægre habitãtur: vel Nomadũ more incolun-
tur. similiter & Asiæ omnis ora quę i nos vergit ab eis imperia accipit. nisi
si quis Achęorũ & Zygorũ & Eniochorũ rationẽ habendã putat: aut eo
rũ regiones in numero aliquo habẽdas censet qui & latrocinia exercẽt &
Nomadũ vitã degunt. At vero mediterranea & interiora ꝑtim Romani
optinent: partim Parthi: & qui supra eos sunt Barbari septẽtrionẽ & oriẽ
tem versus vt Indi Bactrii & Scythę: inde Arabes & Aethiopes. a quibus
Romani semꝑ sensim aliquid adimũt: ditioni suæ adiũgẽtes. προστίθενται δὲ
ἀεί τι παρ' ἐκείνων αὐτοῖς. his verbis apparet q̃ late patuerit imperiũ Roma-
nũ sub Augusto. ex sequẽtibus aũt qualis fuerit status eius: & cuiusmodi
imperitãdi ratio. ταύτης δὲ τῆς συμπάσης χώρας τῆς ὑπὸ ῥωμαίοις: ἡ μὲν βασιλεύε-
ται. ἣν δ' ἔχουσιν αὐτοὶ καλέσαντες ἐπαρχίαν. καὶ πέμπουσιν ἡγεμόνας καὶ φορολόγους.
εἰσὶ δὲ τινὲς καὶ ἐλευθέραι πόλεις: αἱ μὲν ἐξ ἀρχῆς κατὰ φιλίαν προσελθοῦσαι: τὰς δ' ἐ-

λευθέρωσαν αὐτοὶ κατὰ τιμήν. εἰσὶ δὲ καὶ δυνάσται τινὲς καὶ φύλαρχοι καὶ ἱερεῖς ὑπ' αὐτοῖς.
οὗτοι μέντοι ζῶσι κατά τινας πατρίους νόμους. Vniuersę aũt (inquit) huius re-
gionis quæ Romanis paret: partim a regibus tenetur: partim Romani
ipsi tenẽt & prouincias appellãt. in quas & ꝑsides & q̃stores mittunt qui
tributa exigãt. In quis tamẽ liberę q̃dã sunt ciuitates: quarũ nõnullę i Ro
manorũ amicitiã ea lege venerũt. nõnullis & ipsi postea honorẽ habẽtes
libertate eas donauere. sunt & Dynastæ quidã sub eis. i. potẽtatus noĩe
dominãtes: & Phylarchi. i. gentiũ principes: & sacerdotia optinẽtes: hi q
dẽ ipi legibus quibusdã suis viuẽtes. αἱ δ' ἐπαρχίαι διῄρηνται μὲν ἄλλοτε ἄλλως.
ἐν δὲ τῷ παρόντι ὡς καῖσαρ ὁ σεβαστὸς διέταξεν. ἐπειδὴ δὲ ἡ πατρὶς ἐπέτρεψεν αὐτῷ
τὴν προστασίαν τῆς ἡγεμονίας: καὶ πολέμου καὶ εἰρήνης κατέστη κύριος διὰ βίου: δίχα διεῖ-
λε πᾶσαν τὴν χώραν. καὶ τὴν μὲν ἀπέδειξεν ἑαυτῷ: τὴν δὲ τῷ δήμῳ. Prouinciæ vero
alias aliter nec semꝑ iisdẽ finibus diuisę sunt. nũc autẽ eã diuisionis ratio
nẽ tenẽt quã Cæsar Augustus arbitratus est. Siqdẽ postq̃ ei a patria im-
perii summa: & pacis belliq; arbitriũ perpetuũ delata sunt: in duas ꝑtes
vniuersam ditionẽ partitus est: quarũ vnã sibi: alterã populo attribuit. &
sibi qdẽ q̃cũq; militari ꝑsidio egent retinuit: vt regiones barbaras & gẽti
bus nondũ subactis finitimas. populo aũt eã partẽ cõcessit q̃ paci acquies
cens facile sine ꝑsidio in officio cõtinetur. Rursus vtrãq; ꝑtẽ in ꝓuincias
cõpluris distribuit: quarũ alterę Cæsaris: alterę populi dicuntur. & paulo
inferius enumeratis populi ꝓuinciis in quas populus cõsules vel ꝓtores
mittebat: ita subdit. τὰς δ' ἄλλας ἐπαρχίας ἔχει καῖσαρ. ὧν εἰς ἃς μὲν πέμπει τοὺς
ἐπιμελησομένους ὑπατικοὺς ἄνδρας. εἰς ἃς δὲ στρατηγικούς. εἰς ἃς δὲ καὶ ἱππικούς. καὶ
βασιλεῖς δὲ καὶ δυνάσται καὶ δεκαρχίαι τῆς ἐκείνου μερίδος καὶ εἰσὶν καὶ ὑπῆρξαν ἀεί. ali-
as aũt prouincias Cæsar optinet. ad quas regendas partim cõsulares: par
tim ꝓtorios mittit: in quasdã etiã equestris ordinis viros. Huius portio-
nis reges & potẽtatus & decarchiæ id est decẽ principatus & sunt nunc &
semꝑ alias fuerũt. Ex ꝑdictis forma imperii Romani: & veluti incunabu-
la principatus monarchiæ ineũtis habẽtur: quę mihi magnopere ꝑtinere
visa sunt ad intelligendã rationẽ Romani principatus. Nullus.n. auctor De ratio
(qđ meminerim) tã aperte hęc tradidit. meliusq; ex iis Tranquilli locus ne Roma
in eodẽ aug. intelligetur. prouincias validiores & quas annuis magistra- ni iperii.
tuũ imperiis regi nec facile nec tutũ erat: ipe suscepit. cęteras ꝓcõsulibus
sortito ꝑmisit. & tamẽ nõnullas cõmutauit interdũ atq; ex vtroq; genere
plerasq; sępius adiit. vrbiũ quasdã fœderatas: sed ad exitũ licẽtia ꝓcipi-
tes libertate priuauit. alias aut ęre alieno laborãtes leuauit: aut terrę mo
tu subuersas denuo condidit: aut merita erga rẽp. allegãtes latinitate vel
ciuitate donauit. & paulo post. Regna quibus belli iure potitus est: ꝑter
pauca: aut iisdẽ qbus ademerat reddidit: aut alienigenis cõtribuit. reges
socios etiã inter semetipsos necessitudinibus iũxit mutuis: ꝓpẽtissimus
affinitatis cuiusq; atq; amicitię cõciliator & fautor. nec aliter vniuersos q̃
mẽbra ꝑtesq; imperii curę habuit. rectorẽ quoq; solitus apponere ætate
paruis aut mẽte lapsis donec adolescerẽt aut resipiscerẽt: ac plurimorum
liberos & educauit simul cũ suis & instituit. hactenus Tranq. hic idẽ Au-
gustus Aegyptũ post Antoniũ victũ & Cleopatrã captã in prouinciæ for
mã redegit: vt auctor ẽ Strabo. cuiꝰ etiã arma Petronio ducei Aethiopiã

Arma Ro. in æthiopiam penetrauerunt.

penetrauerunt.Pli.li.vi.de Aethiopia loquens.Intrauere autē & eo arma Romana diui Augusti tēporibus duce.P.Petronio & ipso equestris ordinis prefecto Aegyptiis.oppida eorū expugnauit q̄ sola inuenerat quo dicemus ordine.sic.n.legendū est:q̄q̄ in omnibus exēplaribus legatur non Aegyptiis sed Aegyptus Aethiopiā expugnauit:nō Petroni9 Aegyptiis præfectus.nota est historia ex Strabone.Aelius etiā Gallus ab eodē principe in Arabiā fœlicē Augusto iubente expeditionē sumpsit. & multa ibi oppida expugnauit.Quā tamē nō subegit deceptus a Syleo duce quodā Nabathæorū primario viro:qui diuturna ludificatione Gallū per deserta frustratus est exercitu interim pene cōsumpto: ob quā causam postea Syleus ab Augusto securi percussus est:vt auctor est Strabo li.xvi.Nabathęi tamē & Sabæi fœlicis Arabiæ incolę Romanis tū parebant:vt idem auctor est his verbis. πρῶτοι δὲ ὑπὲρ τῆς συρίας ναβαταῖοι καὶ σαβαῖοι τὴν εὐδαίμονα ἀραβίαν νέμονται, καὶ πολλάκις κατέτρεχον αὐτῆς πρὶν ἢ ῥωμαίων γενέσθαι. νῦν δὲ κἀκεῖνοι ῥωμαίοις εἰσὶν ὑπήκοοι. Metropolis autē Nabathæorū vrbs est Petra a situ loci dicta.domuit idē Augustus partim ductu partim auspiciis suis Cantabriā:Aquitaniā:Pannoniā:Dalmatiā cū Illyrico omni.Itē Rhetiā & Vindelicos ac Salassos gētes alpinas coercuit: & Dacoꝝ incursiones: tribus eorū ducibus cū magna copia cęsis:Germanosq; vltra albin fluuiū summouit:ex quibus Sueuos Sicambrosq; dedētes se traduxit in Galliā: atq; in ꝓximis rheno agris collocauit.nec vlli genti sine iustis & necessariis causis bellū intulit.Virtutis autē moderationisq; fama Indos etiā ac Scythas auditu modo cognitos pellexit ad amicitiā suā populiq; Ro. vltro per legatos petēdā.Parthi quoq; Armeniā vēdicāti facile cesserūt:& signa militaria quę.M.Crasso ademerāt: reposcēti reddiderūt: obsidesq; insup obtulerūt.In cuius rei memoriā signatus est ille nūmus cuius supra mētio facta est.Deniq; pluribus quodā de regno cōcertātibus non nisi ab ipso electū cōprobauerūt.auctor Tranqllus.

Parthi.

Strabo aūt de Syria loquēs in.xvi.Parthi(inqt)primū q̄dē amicitiā Romanoꝝ exoptātes:Crassum eos vltro lacessentē bello vlti sunt.nec minorē & ipsi cladē rettulerūt: cū idē ausi essent Pacoro in Asiā cū exercitu misso. Antonius aūt hortatore Armenio vsus:ꝓditus ifœliciter rē gessit.Pacori aūt successor Phraates vsq; adeo.Cæsaris Augusti amicitię cupidus fuit: vt trophæa ei remitteret quę de Crasso Parthi pridē statuerant.& euocato ad colloquiū Titio tūc Syriæ prefecto quatuor ei legitimos liberos obsides daret. ὁ δὲ ἐκεῖνον διαδεξάμενος φραάτης τοσοῦτον ἐσπούδασε περὶ τὴν φιλίαν τὴν πρὸς καίσαρα τὸν σεβαστὸν ὥστε καὶ τὰ τρόπαια ἔπεμψεν ἃ κατὰ τῶν ῥωμαίων ἀνέστησαν παρθυαῖοι, καὶ καλέσας εἰς σύλλογον τίτιον τὸν ἐπιστατοῦντα τῆς συρίας δ΄. παῖδας γνησίους ἐνεχείρισεν ὁμήρους αὐτῷ.Post Actiacā autē victoriā quantū opes Romanæ creuerint ex Tranquilli verbis intelligere licet. Inuecta (inquit ille) vrbi Alexandrino triūpho regia gaza tantā copiā rei nūmariæ effecit:vt fœnore diminuto plurimū agrorū ꝓciis accesserit.senatorū censum ampliauit: ac pro octingentorū milliū summa duodecies sestertiū taxauit. suppleuitq; non habētibus.Congiaria populo frequenter dedit.sed diuersę fere summæ. modo quadragenos:modo tricenos:nōnūq̄ ducenos quinquagenosq; nūmos.ac ne minores quidē pueros ꝓteriit:quis non nisi ab vndecimo æta-

tis anno accipere consueuissent.frumentum quoq; in Annonę difficultatibus sępe leuissimo:interdum nullo ꝓcio viritim admensus est.hic si reputare velim q̄ti congiarium vnū ducenorum nūmorū constiterit illi principi:vereor ne fidē detrahā historiæ.Legitur autē apud Eusebium in chronicis post triumphū Actiacum Romæ censu acto inuēta esse Romanoꝝ ciuiū quadragies semel centena & sexaginta millia. Domino autē nostro iam nato & adolescente Augustū cū Tyberio quē sibi in filium adoptauerat:censum Romæ egisse:& inuenisse capitū Romanorū ter & nonagies cētena & septuaginta millia.fac igitur (vt omnia intra fidem statuā) vicies centena millia ciuiū fuisse ad congiarium nomina dantiū: q̄d ipsum ducenū tantum nūmū fuerit:id est quinquaginta denariorum seu selibræ Romanę:oportuit decies centena millia pondo argenti congiarium constitisse:quod nos centies centenis millibus æstimare solemus. q̄ si ducenū quinquagenū nūmū congiariū statuamus: vicies & quinquies cētena millia aureorum ad summā illam accedēt.Perge porro:& fac quadragies centena millia ciuiū fuisse:& ducenties quinquagies centenis millibus id congiarium necessario æstimabis.

Cōgiaria Augusti.

Orosius li.vi.Augustum post legiones in Sicilia a Pompeio receptas.xxx.millia seruorum dominis restituisse tradit.& quatuor & quadraginta legiones ad tutelā imperii per prouincias instituisse.Trāquillus de hoc ita scribit.ex militaribus copiis legiones & auxilia prouinciatim distribuit.classem Miseni & alterā Rauennæ ad tutelam superi & inferi maris collocauit. & post aliquot versus. Quicquid autē (inquit) vbiq; militū esset:ad certam stipendiorum pręmiorūq; formulam astrinxit:definitis pro gradu cuiusq; & temporibus militię & cōmodis missionū:ne aut ætate & inopia post missionē sollicitari ad res nouas possent.vtq; perpetuo ac sine difficultate sumptus ad tuēdos eos ꝓsequendosq; suppeteret: ærariū militare cū vectigalibus nouis constituit.

Xliiii. legiōes sub Augusto.

Strabo.li.xvi.de Beryto loquēs quę est in Syria. αὕτη κατεσπάσθη μὲν ὑπὸ τρύφωνος. ἀνελήφθη δὲ νῦν ὑπὸ ῥωμαίων: δεξαμένη δύο τάγματα: ἃ ἵδρυσεν ἀγρίππας ἐνταῦθα. Hæc euersa a Tryphone nūc a Romanis restituta ē.duas legiones admittēs quas in ea Agrippa collocauit.illa est Berytus Colonia cui9 meminit Vlpianus in pandectis titulo de cēsib9 in principio. Apud Strabonē latinū barutus vbiq; legitur.credo quia sic hodie vocitat᷑.Idē li.xvii.de Aegypto loquēs in prouinciā redacta. ἔστι δὲ καὶ στρατιωτικοῦ γ΄. τάγματα. ὧν τὸ ἓν κατὰ τὴν πόλιν ἵδρυται. τὰ δ᾽ ἄλλα ἐν τῇ χώρᾳ. χωρὶς δὲ τούτων ἐννέα μὲν εἰσὶ σπεῖραι ῥωμαίων. τρεῖς ἐν τῇ πόλει. τρεῖς ἐπὶ τῶν ὅρων τῆς αἰθιοπίας ἐν συήνῃ φρουρὰ τοῖς τόποις. τρεῖς δὲ κατὰ τὴν ἄλλην χώραν. εἰσὶ δὲ καὶ ἱππαρχίαι τρεῖς. Copiarū autē militarium tres sunt legiones:quarū vna in vrbe collocata:reliquę duę ꝑ regionē dispositę.& ꝓter has nouē cohortes Romanę.ternę in vrbe.ternę in finibus Aethiopię ad Syenē pro locorū ꝓsidio.& tres ꝑ regionē sparsæ. & insuper tres equitū turmę opportunis locis dispositę.Libro autē quarto in mētione Britannię pacatā illā ꝓuinciā vna tantū legione cōtineri in officio dicit:& paruo equitatu. τοὐλάχιστον μὲν γὰρ ἑνὸς τάγματος χρῄζοι ἂν καὶ ἱππικοῦ τινός.li.iii.de Hispania loquēs.Bętica(inqt)plebi attributa est.ad quā prætor mittitur:qui legatum habet & quęstorem ἔχων πρεσβευτήν τε καὶ ταμίαν.& post aliq̄to, ἡ λοιπὴ δέ: αὕτη δ᾽ ἐστὶν ἡ πλείστη τῆς ἰβηρίας ὑπὸ τῷ ὑπατικῷ ἡγε-

μόνι ςρατίαν ἔχοντι ἀξιόλογον τριῶν ςρατοπέδων Reliqua autem Iberiæ pars (hæc autem est plurima) a cõsulari viro regitur: memorabilem exercitũ habente: ad tres circiter legiones. In Germania non mediocres fuisse copias oportuit: cum Tranquillus dicat Varium cum tribus legionibus & auxiliis in Germania cęsum. vnde Variana clades dicta de qua Pli. in. vii. Iuxta hæc & Variana clades: & maiestatis eius fœda suggillatio. Strabo in Cheruscis hoc contigisse tradit. Ex prædictis coniectura faciẽda in vniuersam Ro. imperii amplitudinẽ. Huic pricipi reges amici & socii populi Ro. singuli in suo quisq; regno Cęsareas vrbes condiderunt: vt auctor est Tranquillus: & cuncti simul ędem Iouis Olympici Athenis antiquitus inchoatam perficere cõmuni sumptu destinauerũt: genioq; eius dedicare. ac sæpe regnis relictis: non Romæ modo sed prouincias peragranti quotidiana officia togati ac sine regio insigni more clientum præstiterunt. Quo quid posset honorificẽtius homini cõtingere non video: a rebus q dem humanis. Ad extremũ moriens legauit Po. Ro. quadringenties: tribubus tricies quinquies: id est vnicuiq; tribui cẽtena sestertia (quinq;. n. & triginta tribus erant Romanæ vt ex Cicerone nouimus de lege agraria contra Rullum). prætorianis militibus singula millia nummũ. cohortibus vrbanis quingenos: legionariis trecenos nummos. Quam summã repræsentari iussit: nam & confiscatam semper repositãq; habuerat. reliqua legata varie dedit: produxitq; quædam ad vicies sestertium, quibus soluendis annuũ diem finiit. nec plus peruenturum ad hæredes suos q̃ millies & quingenties professus: q̃uis. xx. proximis annis quaterdecies millies ex testamentis amicorum percepisset: quod pene omne cum duobus paternis patrimoniis: cæterisq; hæreditatibus in remp. absumpsisse auctor Tranq. Diximus supra auctoritate Orosii quatuor & quadraginta legionibus Augustum rem Romanam tueri instituisse: idq; argumentis haud leuibus credẽdum esse collegimus. Si plenę igitur legiones fuerunt: id est denis cohortibus constantes: quarum prima millenaria: reliquæ quingenariæ esse solebant: præter equitum alas: q̃tum numerũ hominũ in tot legionibus fuisse dicemus? nam eas non plenas fuisse sub mortem Augusti Christo domino nostro recens e virgine nato credibile non est: cum omnia pene pacata essent: & in locum demortuorũ succenturiari facile posset: præsertim sub eo principe qui rem militarem seuerissime rexit: & copiarum militarium breuiariũ qd̃ & pyctacium dicitur apud sese habuisse dicitur. Sed fuerint sane legiones quatuor & quadraginta: non iustę plenęq; sed quaternũ tantum millium singulę: vt legionariorum peditum centum & septuaginta sex millia fuerint: vt trecenos nummos singuli acceperint: hæredibus hoc legatum centum & triginta duobus millibus pondo argenti stetit. hoc est centies ac tricies cẽtenis ac viginti millibus aureorũ. quibus si nunc addamus prętorianas & vrbanas cohortes & equitatũ: nescio q̃ magna summa accessura sit. legatum autẽ populo & tribubus factum paulominus vndecies centenis millibus valet. qd̃ ad hæredes peruenit: tricies septies centenis & quinquaginta millibus æstimari debet. In varia legata non dubito ingentẽ summã absumptam. præter congiaria autẽ quæ supra retulimus in vita sępe dedisse: (nam frumẽtationes ternas in anno quaternorum mensium: ne plebs frumẽtandi causa ab vrbe & negotiis auocaretur: ex ærario publico institutas esse existimo. præter largitiones inquam prædictas etiam opera publica plurima & magnifica extruxit: in quibus priuatas propriasq; opes absumpsisse se elogio vltimo testatus est. ex iis præcipua sunt forum cum æde Martis vltoris in honorem confecti pharsalici belli: ob vltionem cædis Cæsarianæ suscepti: quo nomine etiam nummus percussus visitur. ædes tonantis Iouis in Capitolio. templum Apollinis ea parte Palatinæ domus excitatum quam fulmine ictam desiderari a deo aruspices pronunciarant. addita porticus cum bibliotheca latina græcaq;. quo loco iam senior sæpe etiam senatum habuit: decuriasq; iudicum recognouit. Quædam etiam opera sub nomine alieno nepotum scilicet & vxoris sororisq; fecit: vt porticum basilicamq; Lucii & Caii. Item Porticus Liuiæ & Octauiæ theatrumq; Marcelli. sed & cæteros principes viros: vt pro facultate quisq; vel monumentis vel nouis vel refectis & excultis vrbem adornarent: adhortatus est: multaq; a multis extructa sunt: sicut a Martio Philippo ædes Herculis musarum. a. L. Cornificio ædes Dianæ. ab Asinio Pollione atrium libertatis. a Munacio Planco ædes Saturni. a Cornelio Balbo theatrum: a Statilio Tauro amphitheatrum. a Marco vero Agrippa complura & egregia. Idem princeps aduersus incendia excubias nocturnas vigiliasq; commentus est. ad coercendas inundationes alueum Tyberis laxauit: ac repurgauit: completum olim ruderibus & ædificiorum prolapsionibus coarctatum. Quo autem facilius vndiq; vrbs adiretur: desumpta sibi Flaminia via Ariminо tenus munienda: reliquas triumphalibus viris ex manubiali pecunia sternendas distribuit. ædes sacras vetustate collapsas aut incendio absumptas refecit: easq; & cæteras opulentissimis donis adornauit: vtpote qui in cellam Capitolini Iouis sexdecim millia pondo auri gemmasq; & margaritas vna donatione contulerit. quæ omnia auctore Tranquillo nouimus. sexdecim millia pondo auri æstimatione nostra (quæ est centum duodecim aureorum & semissis in singula pondo) duodeuicies centena aureorum millia valẽt. & quingenties sestertium duodecies centena & quinquaginta millia. fit in summa huius donationis tricies centena & quinquaginta millia aureorum. Cum hæc & multo plura fecisset: paulominus (vt diximus) quadragies centena millia hæredibus reliquit: cum pluris etiam legata reliquerit. cum interim (quod mireris) ærarium publicum non attigerit. quod non suum (vt plęriq; sequentium principum:) sed populi esse voluit. Tria enim volumina cum testamento suo reliquit. vnum in quo mandata de funere suo complexus est: alterum indicem rerum a se gestarum. tertium breuiarium totius imperii: quantum militum sub signis vbiq; esset: quantum pecuniæ in ærario & fiscis & vectigaliorum residuis: & eorum seruorum libertorumq; nomina a quibus ratio exigi posset: vt auctor est Tranquillus. Hic nescias vtrum magis mirere: potentiam ne & opulentiam Romani imperii: hac ætate inauditam: an principis frugalitatem & diligentiã: qui tãta opera efficere: tot sumptus tolerare: tantisq; summis

Testamẽtum Augusti.

testari potuerit.Quin & illud mirari magnopere quis possit:q̃ Augustus testamento suo inseruit:se viginti annis proximis quaterdecies millies ex testamentis amicorũ percepisse.quã summã non minorẽ quinquies & tricies centenis myriadibus aureorũ coronatorũ esse autumo.hoc est trecẽties & quinquagies cẽtenis millibus.hęc.n.& huiuscemodi credi nõ possunt ab iis q̃ Romanorũ opes publicas priuatasq̃ aio nõ cõceperũt.Quotus aũt quisq̃ intra annos octingẽtos cõcepisse dici põt? multa iã diximꝰ de Crasso.de Põpeio.de Cęsare & aliis permultis q̃ ciuile fastigiũ nõ excesserũt.Vidimus etiã quibus Romanorũ victoriis luxuria Asiatica admissa sit in vrbẽ & Italiã.Pli.igit̃ li.xxxiii.de copia argenti loquens ita inq̃t. scimus lectos mulierũ iãpridẽ totos operiri argẽto:& triclinia quędã.quibꝰ argẽtũ addidisse primus traditur Follio eq̃s Romanus:nõ vt operiret aut deliaca specie faceret: sed punica.Idẽ & aureos fecit.nec multo post argentei deliacos imitati sunt.q̃ omnia expiauit bellum ciuile Syllanũ.Paulo enim ante hęc facta sunt.lancesq̃ centenis libris argenti:quas tunc super quingẽtas numero Romæ fuisse constat:multosq̃ ob eas proscriptos dolo cõcupiscentiũ. Erubescant annales qui bellum talibus viciis imputauere.nostra ætas fortior fuit Claudii principatu.seruus eius Drusillanus nomine Rotundus:dispensator Hispanię citerioris: quinquagenariam lancem habuit:cui fabricandæ officina prius exædificata fuerat: & comites eius octingentas quinquaginta octo librarum. quinquagenariam in omnibus libris legitur:sed tamen quingenariã lego.sensus.n.oino ita poscit.Idẽ.Delphinos quinis millibus sestertiũ in libras emptos.C.Gracchus habuit. L. vero Crassus orator duos scyphos Mẽtoris artificis manu cælatos sestertiis centũ.cõfessus est tñ nũq̃ se iis vti propter verecundiam ausum. sicut eũdẽ sex millibus sestertiũ in libras vasa empta habuisse.sestertia centũ duobus millibus & quingentis aureis a nobis æstimantur.magnificam autem æstimatricem cælaturæ eam ætatem esse oportet:quæ vasa cælata in singulas libras senis sestertiis emeret:id est centũ & quinquaginta aureis nostris.Idem lib.xxxvi.de luxuria Romanarum ædium loquitur:quam repente inuasisse vrbem significare volens : parua sunt(inquit)cuncta quæ diximus:& omnia vni comparanda miraculo anteq̃ noua attingam.M.Lepido.Q.Catulo.Conss.vt constat inter diligentissimos auctores domus pulchrior non fuit Romæ q̃ lepidi ipsius:at Hercule intra annos.xxxv.eadem centesimum locum non optinuit.Computet nunc in hac æstimatione qui volet marmorum molem:opera pictorum:impendia regalia:& cum pulcherrima laudatissimaq̃ certantes centum domos:posteaq̃ eas ab inumerabilibus aliis in hunc diem victas. Idem.lib.xvii.nobilissimarum gentium ambo Crassus atq̃ Domitius censuram post consulatum simul gessere:anno conditæ vrbis sexcentesimo sexagesimo secundo:frequentem iurgiis propter dissimilitudinem morum. Tunc.Gn.Domitius vt erat vehemens natura:ꝑterea accensus odio quod ex æmulatione auidissimum est: grauiter increpuit tãti censorẽ habitare:pro domo eius millia nummorum idẽtidem promittẽs.at Crassus vt pręsens ingenio semper & faceto lepore solers:concedere se respondit exceptis sex arboribus.at ne vno quidem denario si adimerentur:

Pli.lo.

Magnificæ ædes Romæ.

L.Crassus orator.

emptã volente domitio.Crassus:vtrum ne igitur ego sum(inquit)quęso Domiti exemplo graui:& ab ipsa censura mea notandus:qui in domo quę mihi hæreditate obuenit comiter habitẽ? an tu qui sex arbores ęstimes? eæ fuere loti:patula ramorũ opacitate lasciuę. Valerius.li.ix.Gn.domitiꝰ L.Crasso collegę suo altercatione orta obiecit q̃ columnas Hymetias in porticu domus haberet:quem quũ cõtinuo Crassus quanti ipse domũ suam ęstimaret:interrogaret:atq̃ vt respondit sexagies sestertio : quo ergo(inquit)minoris fore ęstimas si decem arbusculas inde succidero? ipe tricies sestertio (inquit domitius)tunc ait Crassus: vter igitur luxuriosior est.ego ne qui decẽ colũnas centum millibus nummum emi.an tu qui decem arbuscularum vmbram tricies sestertium summa compensas? Tricies sestertiũ Omnibonus pro.xxx.sestertiis intellexit cum apte sensus refragetur.Ex his verbis Valerii intelligimus numerum in Plinio deesse. Valerius enim ante Plin.fuit.In antiquissimo codice sic scriptum inueni:pro domo eius his promittens.quod significat sestertium:sed numerus deest:quem numerum cum librarii vel emendatores non perciperẽt millia nummorum subdiderunt.In eodem codice non concedere sed addicere legitur:quod mihi placuit.Verum eas columnas hymetias Plin.lib. xxxvi.duobus ni locis non decem sed sex fuisse dicit.q̃ si domus Crassi sexagies sestertiũ ęstimata fuit ab inimico:ita vt ne tanti quidem Crassus addicere voluerit quin arbores inde tolleret:quid existimabimus de aliis quę postea factę fuerunt? Siquidem.L.Crassus ęqualis.Q.Catuli fuit:cuius paulo ante mentio facta est ex Plinio.hoc autem ex verbis Plinii intelligimus in eodem.xvii.Crassus(inquit)orator fuit in primis nominis Romani:domus ei magnifica.sed aliquãto ꝑstantior in eodem palatio.Q.Catuli qui cimbros cum Mario fudit:multo vero pulcherrima consensu omnium ætate ea in colle viminali.C.Aquilii equitis Romani:clarioris etiam tum iuris ciuilis scientia:cum tamen obiecta Crasso sua est.hactenus Pli. Si ergo Crassus censor ipse centum & quinquaginta millibus aureorum nostrorum habitauit:(tanti enim sexagies sestertium esse dico)nec tamen pulcherrimam tum habuit:& quæ tũc pulcherrima domus fuit Romæ:post.xxxv.annos centesimam pulchritudinis notam nõ optinuit:quã tam magnificentiam ædium Romanarum luxuriæ tempore cõcipiemus cum nulla iam censura timeretur? Is enim est Crassus dialogis Ciceronis de oratore nobilitatus: quem Cicero meminisse potuit non vidisse: & qui vasa argentea senis sestertiis in libras empta habuit. Cicero aũt ipse non minoris quinquaginta millibus aureis habitauit.Gellius lib.vndecimo.Cicero cum emere vellet in palatio domum:& pecuniam impræsens non haberet:a publio Sylla qui tum reus erat mutuo sestertium vicies tacite accepit:ea res tamen priusq̃ emeret prodita in vulgus exiuit : obiectumq̃ ei est q̃ pecuniam domus emendæ causa a reo accepisset. Tum Cicero inopinata opprobratione permotus:accepisse se negauit:ac domum quoq̃ se empturũ negauit:atq̃ adeo(inquit)verũ sit accepisse me pecuniã si domum emero:sed cũ postea emisset:& hoc mẽdaciũ in senatu ei ab inimicis obiiceretur risit satis:atq̃ inter ridendum : ignoratis (inquit) prudentis & cauti patrissa.esse quod emere velit empturum sese

Cicero nis domꝰ

negare propter cōpetitores emptiōis.hactenus Gel.Tanti.aūt estimatā fuisse senatus etiam decreto Cicero ipse testis est scribēs ad atticū li. iiii. & de euentu actionis eius loquēs quā pro domo sua habuit:quę hodie inter alias orationes extat.Secuta est(inqt)contentio de domo. Diximus apud pontifices:acta res est accurate a nobis:etsi vnq̃ in dicendo fuimus aliquid:tū profecto doloris magnitudo vim quādā nobis dicēdi dedit. senatusconf.factū est id quod ad te misi:nobis supficiē ædiū consules de cōsilii sententia æstimarūt sestertiū vicies:cætera in re valde liberaliter.Tusculanā villā quingētis millibus.formianū sester.ducētis quinquaginta millibus. quæ æstimatio nō modo vehemēter ab optimo quoq:sed etiā a plebe reprehenditur.Dices quid causæ fuit? dicūt illi quidē pudorē meū:q ne q negarim neq vehemētius postularim.Sed non est id.nā hoc quidē etiā profuisset.verū iidē mi Tite Pōponi:iidē inq̃ illi quos ne tu qdē ignoras:q mihi pennas inciderant:nolunt easdē renasci.His verbis apparet domus supficiem vicies sestertiū Ciceroni æstimatā etiā ab iis hominibus qui Ciceronē crescere nolebāt.ea aūt æstimatio facta est propter.P.Clodium qui plebiscito obtinuerat cū tribunus plebis esset vt Cicero in exilium pelleretur:& bona eius publicarentur:quo facto disturbanda ędificia & ad solum diruenda curauit.Cicero aūt reuersus obtinuit vt publice dānum illud sarciretur. huic æstimationi fidē facit Sallustius in inuectiua oratiōe quā in Ciceronē habuit:his verbis.Domū ipam tuā vi & rapinis funestam tibi ac tuis cōparasti:videlicet vt nos cōmonefacias q̃ conuersa respublica sit:cū in ea domo habitaris homo flagitiosissime:quæ .P.Crassi viri clarissimi fuit.& post paulū ita subdit.Sed vt opinor illa te magis extollunt quę post consulatū cū vxore de republica cōsuluisti.cū legis plaucia iudicia domi faciebatis:ex cōiuratis alios pecuniæ cōdēnabas:cum tibi alius Tusculanā:alius Pōpeianā villā ædificabat:alius domū emebat.qui vero nihil poterat : hic erat calūniæ proximus.hic oppugnatum domum tuam venerat: aut insidias senatui fecerat.Deniq de eo tibi cōpertū erat. quæ si tibi falsa obiicio:redde rationē quātū patrimonii acceperis:quid tibi litibus accreuerit:qua ex pecunia domū paraueris.Tusculanum & Pōpeianum infinito sumptu exædificaueris: aut si retices:cui dubium potest esse quin opulentiā istā ex sanguine & miseriis ciuiū paraueris? Ex his verbis satis apparet vicies sestertium magnā pecuniā fuisse : nec immerito Ciceronem Conquestū apud Atticum: q Tusculanū suum ædificiū quingentis sestertiis æstimatū esset: quæ nos duodecim millia & quingentos aureos esse dicimus.Sallustius em̃ infinito sumptu ædificatum esse obiecit.Cicero in oratione pro.M.Cælio.sumptus vnius generis obiectus est habitationis.xxx.millibus dixistis eum habitare.ex hoc loco cōiici potest magnā esse pecuniā.xxx.sestertia:& p̃terea exemplū habemus quanti domus locarētur anniuersaria mercede.xxx.sestertia ego septingētos quinquaginta aureos nostros esse dico.Ipse in oratione pro domo sua quodā in loco ita inquit.nihil erat latū de me.nō adesse erā iussus:nō citatus affuerā:erā etiā tuo iudicio ciuis incolumis.cuius domus in Palatio:villa in Tusculano : altera ad alterū consulem trāsferebatur:senatus cōsules vocabat:colūnæ marmoreæ ex ędibus meis inspectante populo,Ro,ad socerū

consulis portabantur.Sed emendandus locus in q̃uinto epistolarum:vbi ad.P.Sestiū scribens ita inquit.Ego tua gratulatione cōmotus: qd ad me pridē scripseras velle te bene euenire qd de Crasso domū emissem . emi eā ipsam domū millib9 nūmū.xxxv.aliq̃to post tuā gratulationē.Itaq nūc me scito tantū habere æris alieni vt cupiā coniurare si quisq̃ recipiat.Huiuscemodi mēda est in.xi.in epistola decimi Bruti ad Ciceronē. cū ad rēp. liberandā accessi mihi fuit sestertiū quatuor millibus amplius. septenū legionū numerum alo: qua difficultate tu arbitrare.Verū illic tricies quinquies sestertiū legendū puto. si.n. superficies vicies æstimata est: potuit area quindecies addere ad preciū. huiusmodi ædificia damnosa ambitione exædificata taxans Salust. in Catil.ita inquit. Operæpreciū est cū domos atq villas cognoueris in vrbiū modū ædificatas:visere templa deoq quæ nostri maiores religiosissimi mortales fecere. Ciceronem autē tanti domū emere potuisse argumentū est id qd ipse in secūda Antoniana dicit.Hæreditatē mihi negasti obuenisse:vtinā hoc tuū verū crimen esset. Ego.n.amplius sestertiū ducenties acceptū hæreditatibus rettuli. q̃q̃ in hoc genere fateor feliciorem esse te. me nemo nisi amicus fecit hæredē: vt cum illo cōmodo qd erat:animi quidē dolor iūgeretur. te is quem nūq̃ vidisti.L.Rubrius Cassinas fecit hæredē.Quib9 verbis Antoniū vt testamentariū taxat.quanta autē sit pecunia ducenties sestertiū ex eo coniicēdum relinquitur q Cornelius Nepos in vita Pōponii attici scribit his verbis.habebat auunculū Cæciliū equitē Ro.familiarē.L.Luculli.diuitē.difficillima natura.cuius sic asperitatē veritus est: vt quē nemo ferre posset: huius sine offensione retinuerit beneuolentiā.quo facto tulit pietatis fructū.Cęcilius.n.moriēs testamēto adoptauit eū:fecitq hæredē ex dodrāte.ex qua hæreditate accepit circiter centies sestertiū. & infra. Cū tanta inquit pecuniæ facta esset accessio nihil de quotidiano victu mutauit.nihil de vitę cōsuetudine.tantaq vsus est moderatione : vt neq in sestertiū vicies qd a patre acceperat:parū se splendide gesserit.neq in sestertium centies affluentius vixerit q̃ instituerat : pariq fastigio steterit in vtraq fortuna.nullos habuerit hortos:nullā suburbanā aut maritimā sumptuosam villā.neq in Italia:pręter ardeatinū & nomentanū rusticum prædiū. omnisq eius pecuniæ redditus constabat in epiroticis & vrbanis possessionibus:ex quo cognosci potest eū vsum pecuniæ non magnitudine sed ratione metiri solitum.Hic est Pomponius atticus Ciceronis familiarissimus:ita vt Quintus frater ei charior non fuerit:cui rei (vt eiusdem Cornelii verbis loquar) indicio sunt volumina multa epistolarum a cōsulatu eius vsq ad extremū tēpus ad atticū missarū.quę qui legerit non multum desiderabit historiā contextā eorū tēporū.Qui Ciceroni in omnibus eius periculis singularē fidem p̃buit.Cui ex patria fugiēti sestertia ducenta & quinquaginta donauit:quę nos sex millibus & ducētis quinquaginta aureis nostris æstimamus.Ex p̃dictis luculentū mihi documentū sumi posse visum est ad ea quę agimus intelligēda.Si.n.eques Ro. splendide vixit in vicies sestertiū:ita vt in p̃diorū tantū fructū non etiā fœnore redditū pecunię cōstitueret:oportet omnino magnā fuisse pecuniā vicies sestertiū: pręsertim cū is vna donatione in Ciceronē tantā pecuniā cōtulerit. eodē

Pōponius attic9 Ciceronis familiarissimus.

pertinet id qd̃ ab eodẽ auctore dicitur. nec id (inquit) pręteribo: q̃q̃ leue
visum iri putẽ. cũ in primis lautus esset eques Ro. & non parũ liberaliter
domũ suã omniũ ordinũ homines iuitaret: scimus nõ amplius q̃ terna mil
lia æris pæque in singulos mẽses ex ephemeride eũ expẽsum sumptui fer
re solitũ. atq; hoc nõ auditũ sed cognitũ p̃dicamus. sæpe. n. ꝓpter familia
ritatem domesticis rebus interfuimus. terna millia æris mille ac ducẽtos
sestertios nũmos valẽt: id est ære nostro triginta aureos. Sic in dies singu
los Põponius aureũ vnũ nostrũ in sumptu domestico ipẽdebat. qd̃ intelli
go de pulmẽtario sumptu: quippe elegãs ille fuisse dicit̃ etsi nõ magnifi
cus: splendidus etsi nõ sumptuosus. vsus est. n. vt (inqt idẽ Cornelius) fa
milia si vtilitate iudicandum est: optima. si forma: vix mediocri. nãq; in ea
erant pueri literatissimi anagnostæ: optimi & plurimi librarii: vt ne pe
dissequus quidẽ quisq̃ esset q non vtrũq; horũ pulchre facere posset. pari
modo artifices cæteri quos cultus domesticus desiderat apprime boni.
Anagnostę seruí. Anagnostas Cornelius apellat pueros legẽdi peritos: qbus Põponius sup
cõuiuiũ vtebatur: vt plęriq; Romanorũ. nemo (inqt) eius cõuiuio aliud
acroama q̃ anagnosten audiuit. Verũ ex p̃dictis apparet fructuosam Cice
roni atq; etiã auriferã eloquentiã fuisse: oẽs. n. artes olim magno cũ splen
dore exercebãtur. Nõ omittẽdũ illud qd̃ caput amputatũ parẽti eloquẽ
tię Romanę: decies sestertiũ ab Antonio triũuiro æstimatũ est: id ẽ qnq;
& viginti millibus aureis nostris. auctorẽ. n. Appianũ habemus in. iiii. ciui
liũ bel. qui ducẽta & quinquagita millia drachmarũ Popilio lęnę ꝓ capite
Ciceronis Antoniũ dedisse scripsit. tãti caput eloquẽtię ab inimico æsti
matũ est. diximus supra Isocratẽ dicẽdi p̃ceptorẽ orationẽ vnã talentis vi
ginti vendidisse. Theombrotũ medicũ Antiochũ regẽ talentis centũ sa
nasse. Apellẽ pictorẽ sed literarũ peritũ Alexandrũ regẽ viginti auri talẽ
tis pinxisse: quãti hodie ducatus nõ mediocris emi possit. Singula. n. talẽ
ta auri non minus senis millibus septingenis & quinquagenis solatis no
stris valuerũt. Aristoteles Speusippi pauculos libros tribus talentis emit:
vt auctor est Gel. Quãti igitur emptos existimamus libros Aristotelis &
Theophrasti: quos Strabo li. xiii. ab Appellicone teio magno argento re
demptos esse tradidit: tineis iã & situ corruptos: vt qui iãdiu in terrã ob
ruti fuerant. Plinius auũculus collectanea sua quadringẽtis sestertiis vẽ
dere noluit: vt auctor est Pli. Iunior li. iii. epistolarum his verbis. perire. n.
omne tempus arbitrabatur qd̃ studiis non impartiretur. Hac intentione
tot ista volumina peregit. electorũq; cõmentarios. c. x. mihi reliquit: opi
sthographos quidem & minutissime scriptos. qua ratione multiplicatur
hic numerus. referebat ipse potuisse se cum procuraret in Hispania ven
dere hos commentarios largio licinio. cccc. millibus nummũ. & tunc ali
quanto pauciores erant. Quis nunc regum emere bibliothecam confer
tissimã decem aureorum millibus velit: quanti a Plinio ciuis vnus priua
tus regesta quædam extemporanea licitari ausus est? Et Pli. tamen tanti
addicere noluit. Pliniũ autem iuniorem diuitem fuisse multa eius episto
larum loca declarant. Iamprimũ in. vii. epistolarum ad Coreliam scribens
ita inquit: Tu quidem honestissime: q; tam impense & rogas & exigis vt
accipi a te iubeam precium agrorum non ex septingentis millibus: quãti

Quanti Pli. cõmẽtarios suos vẽdere potuit.

Diuitiæ Plinii iunioris.

illos a liberto meo: sed ex nõgentis: quanti a publicanis partem vigesimã
emisti. Inuicem ego & rogo & exigo vt non solum quid te: verum etiam
quid me deceat aspicias. Et ex his verbis & ex epistola paulo supiore quã
ad Fabatum scribit: apparet eum ducenta millia nũmum pro accessione
precii contempsisse: emtrice etiam hoc petẽte: ne ratum nõ habere vi
deretur quod a liberto suo gestum erat. Idẽ ad Caninum. equidem cõmo
dius nihil inuenio q̃ quod ipse feci. nã pro quingẽtis millibus nũmũ: quæ
in aliměta ingenuorum ingenuarũq; promiserã: agrum ex meis lõge plu
ris actori publico publice mancipaui: eundem vectigali impposito recepi.
tricena annua millia daturus. per hoc. n. & reip. sors in tuto: nec redditus
incertus: & ipse ager propter id qd̃ vectigali longe supercurrit: semp do
minum a quo exerceatur inueniet. ex his verbis apparet Pli. patrię suę do
nasse annua sestertia tricena: quę a nobis septingẽtis & quinquaginta au
reis ęstimãtur: ꝓ quingẽtis sestertiis in numerato: q̃ pollicitatione patriæ
facta debebat: id est duodecim millibus & quingẽtis aureis. qua ratione
paulo plus sedecim millibus & quigentis singula millia annua ęstimauit.
Idem li. v. Saturninus qui nos reliquit hęredes: quadrantem reip. nostrę
deinde pro quadrante p̃ceptionẽ quadringẽtorum millium dedit. hoc si
ius aspicias: irritum: si defuncti volũtatẽ: ratum & firmum est: mihi autẽ
defuncti volũtas antiquior iure est. vtiq; in eo qd̃ ad cõmunem patriã vo
luit ꝓuenire. an cui de meo sestertium decies cõtuli: huic quadringento
rum millium paulo amplius tertiam partem ex aduentitio denegẽ? His
verbis significat decies cẽtena millia nũmum reip. suę antea dedisse: & tũ
quadringenta millia condonare ꝓ p̃ceptionẽ a se hęrede relicta: q̃ stricto
iure cogi non posset soluere: quæ duæ summæ. xxxv. millia aureorum no
strorum valent. apud eundem epistola quarta ad traianum liberalitatem
sestertii quadringenties pro quadragies legitur. magnã. n. esse pecuniã
ex eo ostenditur: qd̃ epistola alia ad eũdẽ legitur. theatrum dñe niceæ ma
xima iam parte constructum: imperfectum tamen: sestertiũ vt audio am
plius centies hausit. Seruius grãmaticus auctor est Virgiliũ poetam tres
libros æneidis suę Augusto recitasse: secũdũ quartum & sextũ. sed sextũ
maxime ob octauiam Augusti sororem Marcelli matrem: quẽ Marcellum
Augustus sibi adoptauerat: qui periit anno decimo octauo valitudie cor
reptus. hęc igitur octauia cum recitationi interesset & Virgilius ad car
mina illa venisset circa finem sexti libri quę Marcelli luctum describunt:
defecisse illa dicitur cum ad illum ventum est: heu miserande puer si qua
fata aspera rũpas tu Marcellus eris. ægre autẽ refocillata octauia filẽtium
Virgilio imperasse dicitur: & dena sestertia pro singulis versibus dari iuſ
sisse qui numero sunt vnus & viginti. quod si est verum: Virgilius paucis
versibus supra quinq; millia aureorũ meruit. de hoc poeta ita inquit Ser
uius aut quicũq; fuit qui eius vitam scripsit: bona autem cuiusdam exulã
tis non sustinuit accipere: possedit prope cẽties sestertiũ ex liberalitatib9
amicorum: habuitq; domũ Romę in æsquiliis: q̃q̃ secessu cãpaniæ sicilię
q; plurimũ vteretur: quęcũq; ab Augusto petiit repulsam nũq̃ tulit. parẽ
tibus quotãnis aurũ ad abundantem alitũ mittebat: quos iã grãdis ami
sit. hæredẽ aũt fecit ex quadrãte Augustũ. cẽties sestertiũ ducẽta quin-

Aurei virgiliani versus.

Census maronis.

quagīta aureoꝝ millia valet. quare nō fruſtra Iuuenalis ei9 meminit vt co pioſi in ſaty. ſeptima. Qui autē diligēter reputauerit cōmoda magiſtra tuū nō modo in ꝓuinciis ſed etiā in vrbe: is nō mirabitur: tā diuites quoſ dā fuiſſe. Argumētū eius rei ingens mihi videtur ambitus Romæ flagrā tiſſimus. Cuius vnū exēplū ſat erit ex Cicerone ſumere li. ii. epiſtolarū ad Quintū fratrē. Sic. n. ſcribit. Ambitus rediit immanis. nūq̄ fuit par. nō di co hyperbolas: vel ſeſtertiū centies conſtituūt in ꝓrogatiuā pronunciare. res ardet inuidia. tribunitii candidati cōpromiſerūt ſeſter. cccc. in ſingu los apud. M. Catonē depoſitis petere eius arbitratu. vt qui cōtra feciſſet: ab eo cōdemnaretur. hic locus in impreſſis pridē libris corruptiſſime le gebatur: in quibus etiā numerus ſeſtertiorū deerat. in recens impreſſis: ne reſtitutus quidem ſatis eſt: quare a me citari integer non potuit. male tamen ſeſter. cccc. legi ex eo apparet ꝙ idē Cicero li. iiii. ad atticū ita ſcri bit de his comitiis loquēs. Sequere nunc me in campum. ardet ambitus. fœnus ex triente idibus quintil. factum erat beſſibus. & poſt aliquot ver ſus: Pompeius fremit. queritur. Scauro ſtudet. Sed vtrum fronte an mēte dubitatur. exoche in nullo eſt. pecuniā omniū dignitatem exæquat. Meſ ſala languet. non quo animus deſit vt amicis careat. Sed coitio. cos. & Pō peius obſunt. Candidati iurarūt ſe arbitrio Catonis petituros. apud eum ſeſtertia quingena depoſuerūt: vt qui a Catone damnatus eſſet: id perde ret: & cōpetitoribus tribueretur. ſi locus hic nō mēdoſus eſt: ſupra quin gētis vel qngenis potius legi debet. ſed ſi Plutarchus verū dixit: vtrobiq̄ corruptū eſt. Sic. n. ab eo refertur hiſtoria in Catone minore. hi vero qui magiſtratū petebāt: cū ſinguli a largitionibus deterriti eſſent: in vnū cō uenerūt: cōtulerūtq̄ ſinguli duodecim millia & ſemis drachmarū argēti: facta ſponſione vt qui ex eis per largitionē peteret: id argentū perderet. arbitrūq̄ ad eā rē Catonē delegerūt & reliqua. duodeci millia & qngētæ drachmę: qnquaginta ſeſtertia faciūt nō qngēta. Exiſtimo aūt Plutarchū ab aliquo exēplari deceptū qnquaginta ꝓ qngēta itellexiſſe. Ciceroni. n. potius credēdū eſt. & alioquin parū fuiſſet i tāto ābitu tātulū deponere. Hāc hiſtoriā tetigit Pli. in ꝓfatione. Cū apud Catonē (inqt) ambitus ho ſtē: & repulſis tāq̄ honoribus ineptis gaudētē pecunias flagrātibus comi tiis deponerēt cādidati: hoc ſe facere ꝓ innocētia (qđ in rebus humanis ſummū eſſet) ꝓfitebant. Verūenimuero ex verbis Ciceronis apparet: aio ſum illū fuiſſe ābitū: cū in tribū ꝓrogatiuā cēties ſeſtertiū ꝓnūciare cādi dati nō dubitaret. oportuit. n. ꝓportione & aliis tribub9 aliqd diuidi quę numero quinq̄ & triginta erāt: aut certe tot tribubus q̄ ad renūciationē magiſtratus ſufficerēt. hoc ne falſum putet tāetſi creditu difficile: Cice ro ꝓfaciūcula fidē ſibi ꝓſtruit: nō dico (inqt) hyperbolas vel hyperbolos hoc eſt hyperbolice. vtroq̄. n. modo legit. argumētū etiā ingētis ſummę eſt qđ Cicero ābitū fœnus intēdiſſe dicit & dimidio maius feciſſe: hoc eſt ex triēte beſſale. Diximus i ꝓcedētib9 moris fuiſſe apud Romanos: vt ędi les & alii magiſtrat9 ludos vel munera magnifica facerēt & ederēt i thea tro vel circo vel amphitheatro: quaſi populo vniuerſam quādā mercedē ſoluētes ob lata ſuffragia. dedimus & magnificentię exēpla: indicia oino valida ad eā rē quā nūc ago probandā. oportet eñ magna fuiſſe cōmoda

Ambitus Romę ingens fuit ob cōmoda magiſtratuū.

eius honoris qui tanti æſtimetur. Nūc quāta fuerit poteſtas imperatorū in bello: & procōſulū prętorūq̄ in prouinciis ſuis: demōſtrandū eſt. Iā pri dē Strabo li. xii. de Cappadocia & Paphlagonia loquēs a Pompeio certis finibus terminatis: ita inquit. ὕστερον δὲ οἱ τῶν ῥωμαίων ἡγεμόνες ἄλλους καὶ ἄλλους ἐποίησαν μερισμούς· βασιλέας τε καὶ δυνάστας καθιστάντες. καὶ πόλεις τὰς μὲν ἐλευθεροῦντες. τὰς δὲ ἐγχειρίζοντες τοῖς δυνάσταις. τὰς δ᾽ ὑπὸ τῷ δήμῳ τῶν ῥωμαίων ἐῶντες. Poſtea aūt Romanoꝝ duces alias atq̄ alias cōtributiones fecerūt: reges & dynaſtas cōſtituētes: ciuitatūq̄ partim imunitate donarūt ꝑtim potētatib9 attribuerūt: partim etiā ſub ditione Romana reliqrūt. Ex his verbis intelligimus nō modo Pōpeiū poſt pōticā victoriā hoc iuris vſur paſſe: ſed etiā alios impatores ꝓ arbitrio ſuo ſtatuere ſolitos de iis ꝓuin ciis quas armis domuerāt. exēplū eius rei luculentū eſt eodē libro. de qua dā. n. regione loquens cāpeſtri & feraci & pecore copioſa: ita inquit. Hu ius regionis partē Amaſini obtinēt: partē Pompeius Deiotaro dedit. vt Pharnaciæ & Trapezuntię adiacentia vſq̄ in Colchidē & minorē Arme niā. horūq̄ locorū regē eū creauit: cū alias haberet hęreditariā a patre te trarchiam Galatarum qui Toliſtobogi dicūtur καὶ τοῦτον ἀπέδειξεν αὐτὸν βασιλέα· ἔχοντα καὶ τὴν πατρῴαν τετραρχίαν. regem (inquit) horum eū creauit. hic idem Pōpeius Tigranē Armeniæ regem potētiſſimū: ſed victoria Pō peii fractū: ad ſe venientē: & diadema ſuū ad pedes eius demittētē: & ge nibus aduolutū diadema reſumere iuſſit. & in ſella regia ſedere: mulcta ſex millium talentum irrogata vt Plutarchus actor eſt. Vt Appianus ſex millibus talentū ab eo dono acceptis. Strabo rurſus poſt aliquot chartas de cōmanis ponticis loquens: qđ ſacerdotium Dianæ dicatum erat. παραλαβὼν δὲ πομπήιος τὴν ἐξουσίαν ἀρχέλαον ἐπέστησεν ἱερέα· καὶ προσώρισεν αὐτῷ χώραν δίσχοινον κύκλῳ. τοῦτο δ᾽ ἐστὶν ἑξήκοντα στάδιοι πρὸς τῇ ἱερᾷ· προστάξας τοῖς ἐνοικοῦσι πειθαρχεῖν αὐτῷ accepto aūt imperio Pōpeius Archelaū ſacerdotio ꝑfecit. & regionē ei attribuit duorū ſchœnorū in circuitu: q̄ ſexaginta ſunt ſta dia ſacrā vrbē ambiētia. iuſſitq̄ eius incolas impio ei9 parere. Sic. n. eū lo cū vertendū puto: licet interꝑs tātūdē agri ſacerdotio accreuiſſe Pōpeii beneficio intellexit. quale autē fuerit aut q̄ locuples ſacerdotiū ex eo intel ligitur qđ idē auctor ait his verbis. regū pōticorū tēpore in diebus feſtis qui Dianæ ſacri erāt: ſacerdos Cōmanorū diadema regiū geſtabat: & ſe cūdū regē honori habebat. Cōmana aūt vrbs impio eius ſuberat cū ſacris ſeruis q Hierodulí dicebant: numero nō pauciores ſex millibus. in quos oimodā poteſtatē habebat: ꝑterq̄ vēdēdi. Cicero aūt hoc docet in. L. agra ria cōtra Rullū: cū dicit: non licere decēuiris a populo creatis ſtatuere de agro pōtico & Mithridatico a Pōpeio capto. Ita ne vero (iqt) hos agros regios Mithridatis: q i Paphlagonia: q i Pōto: q in Cappadocia fuerūt: cū adhuc ipator i bello verſet: i locis aūt illis etiā nūc belli nomē reliquū ſit: eos agros quoꝝ adhuc penes. Gn. Pōpeiū oē iudiciū & ꝑtās more maioꝝ debet eē: decēuiri vē dēt: eodē ꝑtinēt ea q̄ apđ Lucanū Pōpei9 ipe gl'iat i ſcđo pharſalię. cū auxilia vndiq̄ euocāda diſſerit: filio ob id allegato. Hoc tn̄ veꝝ eſt ꝙ ea q̄ ab his ipatorib9 ſtatuebant neceſſe erat ſenatuſcōſul to cōfirmari. id qđ eođ i loco ſtrabo docet his verbis. διαπολεμήσας δὲ καὶ ἐπανελθὼν οἴκαδε ἐξενίκησεν ὥστε τὰς τιμὰς ἃς ὑπέσχετο ὁ λεύκολλος τῶν ποντικῶν τισὶ μὴ

Deiotar9

Sacerdotiū opimū in pōto.

Hierodulí.

κῦρῶσαι τὴν σύγκλητον. cōfecto autē bello Romā reuersus Pōpeius: peruicit ne ea p̄mia quę Lucullus quibusdā pōticis primoribus pollicitus fuerat: a senatu cōfirmarētur ἄδικον γὰρ εἶναι κατορθώσαντος ἄλλον τὸν πόλεμον: τὰ βραβεῖα ἐπ' ἄλλῳ γενέσθαι καὶ τὴν τῶν ἀριστείων διανομήν. Iniquū.n.esse bello eo ab alio cōfecto: ī alterī⁹ arbitrio bellī p̄mia: & decorū militariū collationē manere. nemo autē ignorat pontīcū bellū Lucullū bona ex parte gessisse. sed cū ei Pōpeius ante diē successisset: cōficere nō potuisse. & Pōpeiū ex reb⁹ gestis Luculli triū phasse fortunę iniquitate: quę Lucullū summo fauore euectū repēte destituit: vt videre est Plutarchū in Lucullo legētibus. Causam tamē p̄buit Cicero q orationē ꝓ Pōpeio habuit ad populū cū p̄turā ipse gereret: quę oratio pro lege Manilia inscribit̄. Ob hoc Lucullus reip. infensus in ociū se cōtulit: & singulari lautitia & splēdore sumptuū vitā p̄ omnē viuēdi amœnitatē traduxit: ex ea prouincia summis opibus auctus. cū tamē triūphi sui die aureū simulacrū Mithridatis sex pedū longitudinis: clypeūq; gēmis cōsertū: cū immani summa auri & argenti facti signatiq; in ærariū intulisset. Cicero in Pisonē p̄clari facinoris loco ponit q; prouinciā contēpserit. Ego Antoniū (inquit) collegā cupidū prouincię: multa in rep. molientē: patiētia atq; obsequio meo mitigaui. ego prouinciam Galliā senatus auctoritate exercitu & pecunia instructā & ornatam quā cū Antonio cōmunicaui: q; ita existimabā tēpora reip. ferre: in concione deposui reclamante Po. Ro. Idē cū prouinciā Cilicia obtineret: ad atticū scribens de vitę suę integritate: ipse inquit in Asiā profectus sum tharsonis Ianuariis. nō me Hercule dici potest qua admiratione Cilicię ciuitatū: maximeq; Tharsensiū. postea vero q̄ Taurū transgressus sum: mirifica expectatio Asiæ nostrarū diœcesum: quę sex mēsibus imperii mei nullas meas acceperat literas. nūq̄ hospitē viderat. Illud autē tēpus ante me fuerat in hoc quęstu. ciuitates locupletes ne in hybernis milites reciperent: magnas pecunias dabant. Cypriī talenta attica. cc. qua ex insula (nō hyperbolicos loquor) nūmus nullus me obtinēte erogabitur. ob hęc beneficia quibus illi obstupescūt nullos honores mihi nisi verborū decerni sino. si hic numerus. cc. talēta vere apud Ciceronē legit̄: (vt vere legi puto:) centū & viginti millia aureorū nostrorū eo noie lucri facere potuit si famā cōtēpsisset. opulentā autē Cyprū olim fuisse ex eo cōiicimus q; Ptolemæo Cypri rege cōfiscato Cato q Clodii factione ad colligēdā eī⁹ gazā ablegatus est: septē millia talentū Romā deportauit ex auctione gazæ vt auctor est Plutarchus: q̄q̄ maior ob id pecunia fuisse videt̄: q; Cato aliqn̄ in altercatione Pōpeio obiecit se ex Cypro plus auri atq; argēti nullo exercitu detulisse: q̄ Pōpeius ex oībus triūphis cōcusso terrarū orbe instruct⁹ ingētibus copiis: intulisset in ærariū. quo tēpore Cyprus in ꝓuinciā p̄toriā redacta est factione eiusdē Publii Clodii pulchri Ptolemæo infensi ob negatā ei pecuniā ad redēptionis p̄ciū cū a piratis interceptus esset. quę historia a Strabone narrat̄ in fine libri decimiquarti. Idē Cicero ꝓ L. Manilia, difficile est dictu quirites quāto in odio simus apud exteras natiōes propter eorū quos ad eas hoc anno cū imperio misimus: iniurias ac libidines. quod.n. fanū putatis in illis terris vestris magistratib⁹ religiosum? quā ciuitatē sanctam? quā domū satis clausam ac munitam fuisse? vrbes

Lucullus.

Cicero ꝓ uinciā de posuit.

Cypria gaza publicata.

iam locupletes & copiosę requirunt̄: quibus causa bellī propter diripiēdī cupiditatē inferatur. Idem Pisonī obiecit: q; perfidiam. ccc. talentis vendidisset his verbis. Idemq; tu rabocentum bessice gentis principem: quū trecētis talētis regi cotto vēdidisses: securi p̄cussisti: cū ille ad te legat⁹ in castra venisset: & tibi magna p̄sidia & auxilia a bessis eqtū peditūq; pollicerēt̄. & paulo inferī⁹: nōne sestertiū cēties & octogies: qd̄ quasi vasariī noie in vēditione mei capitis ascripseras: ex ærario tibi attributū Romæ in q̄stu reliquisti. nōne cū ducēta talēta tibi apolloniatę Romę dedissent: ne pecunias creditas soluerēt: vltro Suffidiū eqtē Romanū hoiem ornatissimū: creditorē debitoribus suis addixisti. Vasariū Cicero appellat id qd̄ publice dabat̄ magistratib⁹ vt muli: eq: & vasa & reliqua q̄ magistratus instrumētū implerēt: id qd̄ patet ex eo q; idē dicit in. l. agraria cōtra Rullū: de decēuiris loquēs quos Rullus creādos cē cēsuerat ad agros diuidēdos: diuēdēdosq; ꝓ puincias: dat (inq̄t) ptātem verbo p̄toriā: reuera regiā. definit in quinquēniū: facit sempiternā: tātis.n. cōfirmat opib⁹ & copiis vt inuitis eripi nullo modo possit. deīde ornat apparitorib⁹ scribis librariis p̄conibus architectis: p̄terea mulis tabernaculis cēturiis supellectili. sūptū haurit ex ęrario: suppeditat a sociis. Intelligim⁹ ergo vasariī noie pecuniā pulice darī solitā magistratibus eūtibus ī ꝓuincias ex qua si bi necessaria cōpararēt: id qd̄ postea Augusti tpe senatus cōsulto cōstitutū est. Trāq. in Augusto. auctor & aliarū rerū fuit: in qs: ne acta senat⁹ publicarētur: ne magistrat⁹ deposito honore statī in ꝓuincias mitterent̄: vt procōsulib⁹ ad mulos & tabernacula q̄ publice locarī solebāt: certa pecunia cōstitueret̄. Cicero igit̄ pisonī obiicit q; eo tpe quo Cicero exilio multatus fuit: Piso & Gabini⁹ ꝓuinciarū pactiōe cū Clodio pulchro tribuno pl. Ciceronis inimico cōspirarint. sicq; factū vt ꝓ tribunū pl. ꝓuincias optinuerint: Gabinius Syriā: Piso Macedoniā: & Pisonī cēties & octogies sestertiū vasariī noie decretū sit: quā totā pecuniā fœnore Romę occupauit: q̄ nō minor fuit quadringētis & quinquaginta millibus aureorū nostrorū. Sunt & alia noia pecunię imperādę ciuitatib⁹: quā magistrat⁹ in rem suā vertebāt: quę Cicero eadē in oratiōe in Pisonē p̄sequitur. qui modus (inquit) tibi fuit frumētī ęstimādī? qui honorariī? si q dē pōt vi & metu extortū honorariū noiari: qd̄ cū pereq; omnes tū acerbissime Bœotii & Byzantii cheronēses: thessalonica sensit. frumētū æstimādū intelligo id frumētū qd̄ in cellā p̄toris vel cōsulis impatur. Pro quo pecuniā impabāt quā tā collibuerat. Honorariū appello qd̄ græci isodiū & isodon. i. xeniū aduētitiū quod datur ingrediētī quāq; vrbē magistratui: vt hodie principibus nostris cū primū vrbes pōpatice ingrediūtur, sequit̄ in eadē oratione: mitto aurū coronariū quod te diutissime torsit: cum modo velles modo nolles. Lex em̄ generi tuī & decernī: & te accipere vetabat nisi decreto triumpho. his accedit: q; Romani imperatores ciuitatem Romanam dare poterant vt auctor est idem Cicero in oratione pro Cornelio balbo his verbis: audebo etiam hoc contendere nunq̄ esse condemnatum quē constaret ab imperatore nostro ciuitate donatum. his igitur & huiusce modi causis Romani senatores ditescere in immensum poterant. Augusti autem tempore mirū in modū auctum est fastigiū Romanū nō modo

Vasariū.

Honorariū isodiō & isodos.

Augusti tempora

publícum ſed etiam príuatum:lícet luxus vítæ dímínutus eſſet:exemplū
prodente príncipe : mittebat enim in prouíncias conſulares & prętorios
& equeſtris ordinis viros quoſcunq; honore dignos iudícabat:quí etiā
quo plures(vt tranquilli verbis loquar)partem adminiſtrandæ rei p.ca
perent noua officia excogitauit:curam operum publicorum : viarum &
aquarum:aluei tyberis:frumenti populo diuidendi : pręfecturam vrbis:
triūuiratum legendi ſenatus:& alterum recognoſcendi turmas equitum
quotienſcunq; opus eſſet:cenſores creari deſitos longo interuallo crea-
uit:numerum p̄torū auxit:exegit etiam vt quotienſcunq; conſulatus ſibi
daretur:binos pro ſingulis collegas haberet.abiis igitur quos locupletes
noueratipſe : exigebat vt vrbem monumento aliquo inſigni ornarent.
hunc morem tenuerunt & alii principes vt videre eſt apud hiſtoricos : &
Pli.in epiſt.li.ii. Firminus(inquit)inductus in ſenatum reſpondit crimi-
ni noto . ſecutæ ſunt diuerſæ ſententiæ conſulum deſignatorum.Cornu-
tus Tertullus cenſuit ordine mouēdum.Acutius nerua in ſortitione pro
uinciæ rationem eius non habendam: quæ ſententia tanq̃ mitior vicit:
cum ſit alioqui durior triſtiorq;· quid enim miſerius q̃ exectum & exem-
ptum honoribus ſenatoriis : laboribus & moleſtia nō carere:& reliqua q̃
longius proſequitur. Cęterum pręterq̃ quod ſupra ex Trāq. diximus Au
guſtū inuecta vrbi ægyptia gaza tantam rei nummariæ copiam effeciſſe
vt multum precii prædiis accreuerit: ex eo coniicere licet homines Ro-
manos inuſitatis opibus affluentes fuiſſe : ꝗ intra.xx. annos ſeſtertium
quaterdecies millies ex amicorum teſtamētis accepiſſe ſeſe teſtatus eſt.
Huic dicto fidem arrogat:id quod apud Senecam li.ii.de beneficiis ſcri
ptum eſt his verbis.Lentulus augur diuitiarum maximum exemplum an
teq̃ illum libertini pauperem facerent:quater millies ſeſtertium ſuum vi
dit.hic cum omnia incrementa ſua diuo Auguſto deberet ad quem attu-
lerat paupertatem ſub onere nobilitatis laborantem: princeps iam ciui-
tatis & pecunia & gratia:ſubinde Auguſto ſolebat queri dicens a ſtudiis
ſe abductum.quater millies ſeſtertium dico non minorem eſſe pecuniam
centies centenis millibus aureorum coronatorum:ne fruſtra putemus eū
diuitiarum maximum exemplum appellatum a Seneca homine ipſo pre
diuite:vt a Iuuenale appellatur:& ipſe fatetur apud Tacitum. li. xiiii . In
oratione ad Neronem habita.Quem Tigillinus & alii eius inimici variis
criminationibus apud Neronem adorti ſunt:tanq̃ ingentes & priuatum
ſupra modum euectas opes adhuc augeret:hortorum quoq; amœnitate
& villarum magnificentia quaſi principem ſupergrederetur.Tranq.len-
tuli his verbis meminit.in Tyb.ſatis conſtat Gn.lentulum augurem cui
maximus cenſus fuit:metu & angore ad faſtidium vitæ ab eo actum:&
vt ne quo niſi ipſo hærede moreretur. Verum enimuero hoc animaduer
ſione dignum:raram auri mentionem apud antiquos reperiri:non modo
pro eo quantę priſci æui opes celebrātur ab auctoribus:ſed rariorem eti
am q̃ pro noſtri temporis opulentia: & cōtra q̃ hodie loquendi mos ino
leuerit.Quotus enim quiſq; in commemorandis opibus hodie pręſertim
ingentibus argenti mentionē facit:Nam in votis temerariis quibus ſur
dum numen fortunam identidem fatigamus:primo quoq; verbo aurum

Auguſt9
amicorū
locuple-
tator.

Memora
biles len-
tuli augu
ris opes.

nūcupari ſolet: tametſi apud nos in rationibus publicis ac priuatis argē
teis ſummis omnia tranſiguntur:alioquin : & ſponſionibus factitandis
& pignoribus deponendis:& circularibus fabulamentis aurum plęrūq;
per ora hominum fertur.at vero apud antiquos argentum hominum ſer
mone celebratius fuit.Sed pręter alia(inquit Pli.)equidem miror popu
lum Romanum victis gentibus in tributo ſemper argentum imperaſſe
non aurum:ſicut carthagini cum Annibale victæ argenti pondo annua
in quinquaginta annos:nec poteſt videri penuria mundi id eueniſſe : nā
midas & crœſus in infinitum poſſederant.Eodem pertinere videtur & il
lud eiuſdem Plinii dictum eodem libro:mirum in auro cęlando inclaruiſ-
ſe neminem : argento multos:maxime tamen laudatus eſt mētor de quo
ſupradiximus.Quatuor paria deniq; ab eo omnino facta ſunt:ac iam nul
lum extare dicitur:proximi acragas & boethus & mys fuere. Magna fa-
ma poſt hos celebratus eſt Antipater.quiq; ſatyrum in phiala grauatum
ſomno collocauiſſe verius q̃ cęlaſſe dictus eſt Stratonicus.Laudat̃ & Zo
pyrus qui areopagitas & iudicium oreſtis in duobus ſcyphis pondo.xii.
æſtimatis.in vetuſtiſſimo non pondo ſed h̄s:id eſt ſeſtertium legitur : qđ
ego interpretor ſeſtertium duodecies:id eſt cenſu ſenatorio. nam paulo
ſupra dixerat:nec copia tantum argenti fuerat vitæ : ſed validius pœnæ
metu preciū:idq; iāpridem:vt ignoſcamus nobis:Delphinos quinis mil
libus ſeſtertium in libras emptos.C.Gracchus habuit. L.Vero Craſſus
orator duos ſcyphos mentoris artificis manu cælatos ſeſtertiis centum:
confeſſus eſt tamen nunq̃ ſe iis vti propter verecundiam auſum.ſicut eū-
dem ſex millibus ſeſtertium in ſingulas libras vaſa empta habuiſſe.in qui
buſdam antiquis vtrobiq; pōdo pro ſeſtertiis legitur:ſed male:ſeſtertiis
em̄ in vetuſtiſſimo legitur quomodo & in impreſſis libris.ſequit̃ apud
Pli.loco ſuperiore.fuit dein Pytheas:cuius duæ vnciæ.xx. vęnierūt . vly-
xes & diomedes erāt in phialæ emblemate Palladium ſurripientes. fecit
idem & cocos magireſia appellatos paruulis potoriis:e quibus ne exem-
plaria quidē licet exprimere: tam opportuna iniuriæ ſubtilitas erat.ha-
buit & teucer cruſtarius famam:ſubitoq; hæc ars ita exoleuit vt ſola iam
vetuſtate cenſeatur.In vetuſto exemplari non viginti ſed.x.legitur: vtro
biq; tamē deeſſe ſumma videt̃.oportet aūt opus p̄cioſum fuiſſe in quo ta
le fuit emblema.magireſia etiā corruptū eſt ꝑ magiriſcia:cū magiriſc9 di
minutiue cocū ſignificet apud gręcos.in antiquis etiā libris cruſtari9 nō
legitur:ſed ſic.habuit & Teucer famā. Verū hoc dictū Plinii credibile fa-
cit id quod ſupra de Graccho & Craſſo dictum eſt:qui cenſurę t̄pe pœnę
metu deterreri nō potuerūt: quin p̄ciū argēti fabrefacti & cælati eouſq;
intēderēt: vt operis ęſtimatio decuplo materiā argēti excederet.hoc em̄
illa verba Plinii ſignificāt.p̄cioſa aūt vaſa eſſe oīno oportuit q̃ ea arte fa-
brefacta eſſent q̃ iā interiiſſet propter ſubtilitatē. De emblematis i anno
tationibus in libros iuris editis dicere me memini:cuiuſmodi artis exem-
pla hodie non viſuntur.nā & ante Plinii ætatē ars iā diu exoleuerat.offi-
cinę Pariſiēſes maxime auro & argēto fabrefacto hodie nobiles ſunt: pri
uatim etiā vno vico aurificib9 dicato.Et tamē vaſa hodie pōdere & inau
ratura cēſentur:& interdū pictura. in iis.n.rebus & in fabrica vaſcularii

Emble
mata.

artem consumunt.Cælatores sigillis & aureolis gestaminibus:& mundo muliebri occupati sunt quibus oibus rebus ars inclarescere nequit.Quare hodie ars accessionis vicem habet:olim aũt p̃cia hmõi rerũ ex arte non ex materia statuebãtur.Inde illud Plinii dictũ li.xxxiiii.quondã æs confuse auro argẽtoq; miscebat:& tñ ars p̃ciosior erat.nũc icertũ est peior hęc sit an materia.mirũq; cũ ad infinitũ operũ p̃cia hęc creuerint: auctoritas artis extincta est.Quæstus.n.causa vt oia: exerceri cœpta est:q̃ gl'iæ solebat:adeoq; exoleuit fundẽdi ęris p̃ciosi ratio:vt iã diu ne fortuna quidẽ i ęre ius artis habeat.Qm̃ vero iã multa de opibus Romanis:de primorib9 viris & eorũ magnificẽtia & immani etiã quorũdã luxu diximus:& eousq; summas cõsumptarũ opũ auximus:vt fidẽ oino facturi non videamur: vtemur nũc & alio testimonio Plinii vt verisimilia saltẽ dixisse videamur iis quidẽ lectoribus qui res priscas modulis nostrę auorũq; memorię metiẽtes:hactenus fidẽ historię accõmodare possunt: quatenus pusilla animi sensa ęstimare eos sinũt.Is igit' auctor rerũ oim memorabiliũ & ęstimator acutus:& admirator disert9:li.xxxvi.post enumerata opera externa: de rebus tandem Romanis dicere ita orsus est.verũ & ad vrbis nr̃ę miracula trãsire conuenit.nõgẽtorũq; annorũ dociles scrutari viros:& sic quoq; terrarũ orbẽ victũ ostendere:q̃d̃ accidisse totiẽs pene quot referẽtur miracula apparebit: vniuersitate vero aceruata & in quẽdã vnũ cumulũ coniecta:nõ alia magnitudo exurget q̃ si mũdus alius quidã in vno loco narret.nã vt circũ maximũ a Cesare dictatore extructũ longitudine stadiorũ triũ:latitudine vnius:sed cũ ędificiis iugerũ quaternũ ad sedem ducẽtorũ.lx.milliũ:inter magna op̃a dicamus:nõne inter magnifica basilicã Pauli:forũq; diui.Augusti.tẽplũ pacis diui Vespasiani imp̃atoris Augusti pulcherrima opum q̃ vnq̃.Lego ex vetusto exẽplari vires dociles nõ viros.basilicę Pauli meminit Plutarchus his verbis in Cęsare.Cęsar vberrimas gallorũ diuitias p̃ oes passim magistratus hauriẽdas p̃mittẽs: curionẽ tribunũ plebis grãdi fœnore obstrictũ liberauit:Paulo quoq; cõsuli mille & quingẽta sestertia p̃buit.ex quib9 nobilissimã ille in foro basilicã fuluię dicatã extruxit.Quo in loco nõ sestertia sed talẽta lego.Ex Appiano.li.ii.Bel.ciuiliũ:Paulũ(inquit)Cęsar mille & quingẽtis talẽtis beneuolũ sibi reddidit: vt neq; p̃ illo qcq̃ ageret:neq; cõtra eũ quicq̃ moliretur.Curionẽ aũt vt p̃ eo oia ageret:plurimo ęre alieno obrutũ facile adegit.Paulus basilicã admodũ splẽdidã suo noie ex ea pecunia extruxit.Plutarchus ip̃e in põpeio talẽta nõ sestertia dixit his verbis.Cęsar multoscĩues pecuniis sibi allexit.mltos etiã primorũ mũeribus placauit:inter quos Paulus cõsul ob mille & quingẽta talẽta mutat9 est.& Curio tribunus ple. ingẽti ęre alieno liberat9.Dixim9 alibi hãc summã nõgẽta millia aureorũ nostrorũ valere:ne miremur eã basilicã a Plinio inter op̃a magnificẽtissima cẽseri.Idẽ Plinius. pyramidas regũ miramur op̃a:cũ solũ tm̃ foro extruẽdo sesterciis mille ducẽtis Cęsar dictator emerit:& si qdẽ impẽsę mouent captos auaritia animos.P.Clodius quẽ milo occidit sestertiis.cxlviii. millibus domo'empta habitauerit:quod equidem non secus ac regũ insaniam miror.Itaq; & ipsum Milonem sestertia septingenta millia æris alieni debuisse inter prodigia humani animi duco.hæc verba tot tantisq; mẽ

Circ9 maximus a Cęsare extructus.

Domus P.Clodii.

Aes alienum milonis.

dis scatent: vix vt restitui posse confidam.primum sestertiis mille & ducentis pro duodecies sestertio rarus fuit antiquis sermo vt alibi dixi: de inde in antiquis quibusdã numer9 corruptus est vt oino nihil elici possit. in vetustissimo ħs.li.legitur Postremo Tranq.in Augusto de hoc ita scribit.nullum largitionis aut officiorum in quẽq̃ genus publice priuatimq; omisit:forũ de manubiis incohauit cuius area super sestertiũ millies constitit.de clodiana aũt domo ridiculũ est precium:quum Lucii Crassi domus cuius Pli.meminit vt mediocris:tricies pluris vendi potuerit.Milonem aũt hominẽ egregie profusum septingenta millia ęris alieni debuisse nõ erat admiratione dignum:quę summa multo minor est decies sestertio.Macrobius in.ii.Satur.Augustus delata ad se magnitudine ęris alieni quã quidã eques Romanus dũ vixit:excedẽtẽ ducẽties cęlauerat:culcitrã emi cubicularem in eius auctione sibi iussit:& p̃ceptũ mirãtibus hãc rationẽ reddidit.habenda est ad somnũ culcitra in qua ille cũ tantũ deberet dormire potuit.Planum fit igitur locũ mẽdosum esse.In duobus antiquis libris quos vidi talenta.dcc.legitur:qd̃ nõ probo:quia hæc summa minor est ducenties sestertio:at Curionẽ sexcẽties sestertiũ debuisse auctor est Valerius li.ix.His verbis.Consimilis mutatio in domo Curionũ extitit.Siquidẽ forũ nostrum & patris grauissimum supercilium: & filii sexcẽties sestertiũ æris alieni aspexit:contractum famosa iniuria nobiliũ iuuenũ.publium aũt Clodium perdita ac vecordi luxuria fuisse ex eodem Valerio nouimus his verbis de eo eodẽ in loco dicente.Publii aũt Clodii iudicium quanta luxuria & libidine abũdauit? In quo vt euidenter incesti crimine nocens reus absolueretur:noctes matronarũ & adolescentiũ nobilium magna summa emptę:mercedis loco iudicibus erogatę sunt. Cicero ad atticũ.li.primo de eo iudicio loquens ita inquit:Caluus p̃ vnũ seruũ:& quidẽ ex gladiatorio ludo cõfecit totum negocium:accersiuit ad se:promisit:intercessit:dedit.Iã vero o(dii boni)rẽ p̃ditam:etiã noctes certarum mulierũ:atq; adolescẽtulorum nobilium introductiones nõ nullis iudicibus pro mercedis cumulo fuerunt.ita summo dissensu bonorũ: pleno foro seruorum.xxv.iudices ita fortes tum fuerũt:vt summo proposito periculo vel perire maluerint q̃ perdere oia.xxxi.fuerunt quos fames magis q̃ fama cõmouit.De eo iudicio iterum loquens.eodem libro. afflicta(inquit)resp.empto constupatroq; iudicio.oino igitur oportet magnas has esse summas quas. Plin.ob insignem nequitiam insaniæ regũ ægypti comparandas duxerit qui pyramidas mundi miracula construxerũt.Vidi tria exemplaria vt supradixi manuscripta in quibus ita legitur: talentis ducentis.xl.vii.emit locum quo habitauit:sensu etiam immutato quasi aream tanti emerit.sępe supra testati sumus exẽplaria Pliniana fluxam fidem habere:quod ad numeros quidem & summas pecuniæ pertinet:quid enim simile habet talentum cum sestertio?q̃q̃ & in omnibus auctoribus id genus errati inualuit vt multis exemplis docuimus. Rursus vt sestertium millies legam apud Tranq.adduci non possum:cum ea summa fidem omnino excessura sit si superficiem operis pro portione areæ æstimandam relinquamus:potiusq; sestertia mille.& apud Plini.sestertiis mille & ducentis probarim:si alterum eligere cogar:& si omnino minor

Curionis æs alienũ

ſumma eſt q̃ vt Plinius inter miranda poneret. Quare nihil conſtituo niſi hoc tãtum: q̃ hic locus corruptus eſt. Reliqua vero ex vetuſtiſſimæ lectionis obſeruatione ſic legenda contenderim: et ſi quidem impenſæ mouẽt captos auaritia animos. P. Clodius quem Milo occidit: ſeſtertium centies & quadragies octies domo empta habitauerit: quod equidem non ſecus ac regum inſaniam miror. Itaq; & ipſum Milonem ſeſtertium ſeptingenties æris alieni debuiſſe inter prodigia animi humani duco. vidimus ſupra Curionem grandi ære alieno liberatum eſſe a Cæſare: & ea mercede remp. prodidiſſe. hoc æs alienum Valerius ſexcenties ſeſtertium taxauit. ego mille & quingentis millibus aureorum noſtrorum taxo. i. quindecies centenis millibus. Milo vltra hanc ſummam ducenta & quinquaginta millia aureorum debuit. Ne miremur Plinium id inter prodigia humanarum mentium poſuiſſe. tanti hominem obſtringere ſe creditoribus in animum induxiſſe: ea lege vt pecuniis non diſſolutis ſolum vertendum eſſet: aut nexum ineundum. nondum enim ſcripta erat lex ob alienum quæ eſt in cod. Iuſtiniani in titulo de actionibus & obligationibus. Mirari hic rurſus ſubit animoſum corruptorem (vt ſupra diximus) Cæſarem dictatorem: qui Paulum conſulem aureorum nongentorum millium æſtimatione redimere non dubitarit: atq; ea demum lege ne quid commodaret ei: modo nequid incommodaret. Curionem tribunum etiam quindecies centenum millium: ſed eo pacto vt in omnia ſe addiceret: ne ſexcenties millibus pluris ſeſe indicaſſe tribunum q̃ cõſulem miremur. profecto non video ad hanc ſeu magnificentiam ſeu væcordiã aliquid addi poſſe. Cæſar enim tum ciuis tantum Romanus erat: nec dum dictatura aſſumpta & ſublato pompeio animos maiores priuato faſtigio ſuſtulerat: nam quæ poſt dictaturam & triũphos deſtinauerat (vt auctor eſt Tranquillus) ſi mors eum non occupaſſet æquare potuiſſent Alexãdri magni incœpta. Idem Plinius loco ſupradicto: de Romanis domibus loquens: computet (inquit) in hac æſtimatione qui volet: marmorum molem, opera pictorum: impendia regalia. & cum pulcherrima laudatiſſimaq; certantes centum domos: poſteaq; eas ab innumerabilibus aliis in hunc diem victas. profecto incendia puniunt luxum: nec tamen effici poteſt vt mores aliquid ipſo homine mortalius eſſe intelligant: vel moralius vt in antiquis. ſed eas omnes duæ domus vicerunt. bis vidimus vrbẽ totam cingi domibus principum Caii & Neronis & huius quidẽ ne quid deeſſet aurea. & paulo inferius. Non patiemur duos Caios vel duos Nerones ne hac quidem gloria famæ frui. docebimuſq; etiam inſaniam eorum victã priuatis operibus. M. Scauri. cuius neſcio an ędilitas maxime proſtrauerit mores ciuiles: maiuſq; ſit ſyllę malum tanta priuigni potentia: q̃ proſcriptio tot millium. hic fecit in ędilitate ſua opus maximum omnium quæ vnq̃ fuere humana manu facta: non temporaria mora: verum etiam æternitatis deſtinatione. theatrum hoc fuit: ſcena ei triplex altitudine: trecentarum. lx. columnarum: in ea ciuitate quæ ſex hymetias nõ tulerat ſine probro ciuis ampliſſimi. Iam pars ſcenæ e marmore fuit: media e vitro: inaudito etiam poſtea genere luxuriæ: ſummæ tabulis inauratis columnæ vt diximus: imæ duodequadragenum pedum, ſigna ęrea inter

Aes alienum milonis.

Cęſar corruptor aiosiſſimus.

Domus Caligulæ & Neronis.

M. Scauri magnificentia portẽtifica.

columnas vt indicauimus fuerũt tria millia numero. cauea ipſa cepit hominum. lxxx. millia, cum Pompeii amphitheatri: totiens multiplicata vrbe: tantoq; maiore populo: ſufficiat large. xl. millia ſedere. Reliquus apparatus tantus attalica veſte: tabulis pictis cętera q; cura ſint: vt in tuſculanam villam reportatis quæ ſuperfluebant quotidiani vſus delitiis: incenſa villa abiratis ſeruis concremarentur ad ſeſtertia. M. In antiquis non nullis bina millia ſeſtertia legitur & Hermol. concremarentur bina millia ſeſtertia legit ex antiquis: quod miror cum ſeſtertium in genitiuo legi debeat: vel præcedere bina millia: ſi in recto legatur. in antiquiſſimo concremaretur ad ſis. M. quod ego interpretor ſeſtertium millies vel bis millies potius: concremaretur enim ſingulari numero legitur: admiratio autem Plinii in eo conſiſtit incendio: vt ex verbis ſequentibus apparet. quando hoc (inquit) certe incendii illius præmium habuit conuectis ex orbe terrarum rebus: vt nemo poſtea par eſſet inſaniæ illi: ſed ne ipſe quidem Scaurus comparari ſibi poſſet. ex his enim intelligimus incenſa villa colliquefacta ſigna ærea: & arſiſſe tabulas pictas immenſi precii: & attalicas veſtes: id eſt tapetas precioſiſſimos: quales aliquando Neroni quadrigenties ſeſtertium conſtiterunt ad triclinium ornandum vt ſupra docuimus ex eodem Plinio. ſenſus eſt igitur eo incendio factum vt res eximiæ ex omni parte imperii Romani conuectę igne haurirentur. Ita vt nemo poſtea imitari exemplum tãti ſpectaculi poſſet: ac ne ipſe quidem Scaurus iterum edere tale poſſet. hoc enim ſignificant verba illa Plinii. omnino igitur ſeſtertium millies legendum eſt: id eſt vicies & quinquies centena millia aureorum noſtrorum. vel bis millies id eſt quinquagies centena. alioquin ridiculus eſſet Plinius qui Scaurum ſuperaſſe Caium & Neronem ingenia luxu & prodigentia monſtrifica dixit. de quibus poſtea dicemus nonnihil ſi locus incurrerit. verum vbi legitur: reliquus apparatus tantus attalica veſte: tabulis pictis cęteraq; cura fuit: legendum cenſeo cęteroq; choragio fuit. admonitus ab antiquis in quibus tum vorago legitur. tum corago: & a Valerio libro ſecundo Cuius hæc verba ſunt. Claudius pulcher ſcenam varietate colorũ adumbrauit vacuis ante pictura tabulis extentam. quã totã argẽto. C. Antonius: auro petreius: ebore quintus Catullus prętexuit. verſatilem fecerũt Lucius & Cinna locum: quem argentatis choragiis publius lẽtulus ſpinther adornauit: tranſlatum antea phœniceis indutum tunicis. M. Scaurus exquiſito genere veſtis cultum induxit. cęterum vbi legitur. iam pars ſcenæ e marmore fuit. lego ima pars. licet exemplaria refragent: ipſe Pli. alibi eodem libro. M. Scauri ędilitate ad ſcenam theatri tẽporarii & vix vno mẽſe futuri in vſu: viderũt portari ſilentio legũ. & poſt duos verſus: verum eſto indulſerint publicis voluptatibus: etiã ne tacuerũt maximas earũ atq; adeo duodequadragenũ pedũ Lucullei marmoris i atrio Scauri collocari. nec clã illud: occulteq; factũ eſt. ſatiſdari ſibi dãni infecti egit redemptor cloacarum cum in palatiũ extraherentur. Ex his verbis intelligimus diſſoluto theatro quod ad vnius circiter menſis tẽpus factũ erat: id eſt quoad iudi finirent: colũnas grandiſſimas in atriũ domus Scauri quę

erat in palatio translatas. atria enim peristyliis constant: vt videre est apud Vitruuiũ li.vi.sicut & caua ædium. addit hęc Plinius: nec potest videri Scaurus rudi & huius mali improuidę ciuitati obrepsisse quodã vitæ rudimẽto. Iam.n. Luciũ Crassum oratorẽ illũ: qui peregrini marmoris columnas habuit ĩ eodẽ atrio: hymetias tamẽ nec plures sex aut lõgiores duodenũ pedũ: Marcus Brutus in iurgiis ob id Palatinã Venerẽ appellauerat. Idẽ alibi rursus de iis loquens qui marmora in domibus habuerũt: inter hos (inquit) primũ (vt arbitror) marmoreos parietes habuit scena Marci Scauri: non facile dixerim sectos: an solidis glebis politos: sicut est hodie Iouis tonãtis ædes ĩ capitolio. Idẽ li.xxxvii. gẽmas plures (qd̃ peregrino appellant noĩe dactylothecã) primus omniũ habuit Romæ priuignus Syllę Scaurus. diuq; nulla alia fuit donec Põpeius Magnus eã quæ Mithridatis regis fuerat: inter dona ĩ capitolio dicaret: vt. M. Varro aliiq; eiusdẽ ætatis auctores cõfirmãt: multũ plat̃ã Scauri. hoc exẽplo Cæsar dictator sex dactylothecas in æde Veneris genitricis cõsecrauit. & rursus. li.xxxiiii. In. M. Scauri ædilitate tria millia signorũ in scena tãtũ fuere temporario theatro. Ex p̃dictis coniicere licet nõ mirabilẽ sed stupendã: non magnificentiã: sed luxuriam: & portentosa impendia in apparatu lu dorũ p̃dictorũ: quorũ vix iniri ratio potest p̃ magnitudine. Fuit aũt Scauro (vt eiusdem Plinii verbis loquar) vitricus Sylla: & Metella mater proscriptionũ sectrix & M. Scaurus pater totiẽs princeps ciuitatis: & Marianis sodalitiis rapinarũ prouincialiũ sinus. vel (vt in antiquo legitur) Mariani sodalitii rapinarũq; prouincialium sinus. Metella vxor fuit Syllæ vt auctor est Plutarchus: quam sectricem proscriptionũ Plinius vocat quasi impetratricem redemptricẽq; proscriptionũ quæ sub Sylla factæ sunt. Cui tamen morbo languenti Sylla repudium misit ne felicitas sua luctu vxoris contaminaretur. cum interim ipse epulum magnificentissimũ populo instauraret decima rapinarum & proscriptionum Herculi pollucenda. Quoniam autem hic liber iustam iam magnitudinem accepit: & multa nos transmittere necesse est: hac veluti coronide ex Strabone sumpta libro quinto finem ei imponemus. Is enim auctor de vrbe Roma loquẽs & de Cæsaris Augusti prouidentia circa eam constituendam: tanta autẽ (inquit) aquæ copia per aquę ductus in vrbem inuehitur vt amnes per mediam vrbem & per cuniculos influant. omnesq; ferme vrbis ædes cisternas sipunculos & salientes habeãt redundantes. quibus in rebus conficiẽdis Marcus Agrippa operam bona ex parte nauauit. qui etiam multis aliis operibus vrbem Romam adornauit. ad summam prisci illi Romani vrbis decorẽ neglexerunt: videlicet in aliis rebus maioribus & necessariis magis occupati. Recentiores autem & maxime qui memoria nostra fuerunt: ne illis quidem ea in cura cesserunt. sed & vrbem monumentis permultis & speciosis impleuerũt. si quidem Pompeius & diuus Cæsar & Augustus & eius liberi amici & vxor sororq; omne studiũ in vrbe extructis operibus ornanda sumptumq; supergressi sunt. quorũ operum pleraq; habet campus Martius ὡς ἀ εἰπεῖν οἱ παλαιοὶ μὲν τοῦ κάλλους τῆς Ῥώμης ὀλιγώρουν: πρὸς ἄλλοις μείζοσι καὶ ἀναγκαιοτέροις ὄντες: οἱ δ' ὕστερον καὶ μάλιστα οἱ καθ' ἡμᾶς: οὐδὲ τούτου καθυστέρησαν, ἀλλ' ἀναθήματων πολλῶν καὶ καλῶν ἐπλήρωσαν τὴν πόλιν. καὶ γὰρ πομπήιος: καὶ ὁ θεὸς καῖσαρ: καὶ ὁ σέβαστος καὶ οἱ τούτου παῖδες: καὶ οἱ φίλοι: καὶ γυνὴ καὶ ἀδελφή: πᾶσαν ὑπερεβάλοντο σπουδὴν καὶ δαπάνην ἐις τὰς κατασκευάς. τοῦτων δὲ τὰ πλεῖστα ὁ μάρτιος ἔχει κάμπος.

Dactylotheca.

Metella vxor Syllæ.

Vrbs Roma aquæ ductibus & extructis operibus mirifice exornata.

De hoc Plinio ita inqt. Agrippa vero in ædilitate sua aduecta virginea aqua: cæterisq; corriuatis atq; emendatis lacus. dcc. facit. Præterea fontes. cv. castella centũ. xxx. cõplura etiã cultu magnifica & operibus. Iis signa. ccc. ærea aut marmorea imposuit. & columnas ex marmore quadringentas. eaq; omnia annuo spatio. adiecitq; ipse in ædilitatis suę cõmemoratione & ludos vndesexaginta diebus factos & gratuita p̃bita balnea. clxx. quæ nũc Romæ ad infinitũ auxere numerũ. vicit antecedẽtes aquarũ ductus nouissimũ impendiũ operis inchoati a Caio Cæsare: & peracti a Claudio. quippe a lapide. xl. ad eã excelsitatẽ vt in omnes vrbis montes leuarẽtur: influxere curtius atq; cæruleus fontes. erogata in id opus sestertia quingẽta quinquaginta quinq; millia. qd̃ si qs diligẽtius æstimauerit aquarũ abũdantiã in publico: balneis: piscinis: domibus: euripis: hortis: suburbanis: villis. spatiaq; adueniẽtis: extructos arcus: mõtes p̃fossos: valles ęquatas: fatebitur nihil magis mirandũ fuisse in toto orbe terrarũ. Idẽ paulo superius. mirabãtur cloacas operũ omniũ dictu maximũ: suffossis montibus: atq; vt paulo ante rettulimus vrbe pensili subterq; nauigata. id Marcus Agrippa fecit in ędilitate post consulatũ: per meatus corriuatis septẽ amnibus: cursu p̃cipiti torrentiũ modo rapere atq; auferre oĩa coactis. In super mole hymbriũ concitati vada ac littora quatiũt: aliquãdo Tyberis retro infusi reciprocãt fluctus. pugnantq; diuersi aquarũ impetus intus: & tamẽ obnixa firmitas resistit. trahunt̃ moles internę tãtę nõ succũbẽtib̃ causis opis. Verũ in loco supiore vbi legit̃ ĩ imp̃ssis. Pręterea fontes. cv. in vetusto sapiẽtes legit̃: quare saliẽtes lego. Sẽsus. n. id exposcit. vbi aũt impressi habẽt: erogata in id op̃ sestertia quingẽta. lv. millia: antiqui nõ nulli talenta. vetustissimus ħs. lv. d. ordine notarum inuerso. quare sestertium quingenties quinquagies quinquies lego.

Guillielmi Budæi Regii Secretarii De Asse & partibus eius: Liber Quartus.



Entum iã diu esset ad finem huius operis: nisi aliarũ aliarũq; rerũ recordatio subiens idẽtidẽ mihi negociũ facesseret. Alter nũc de integro prope instaurãdus mihi labor: & Persarũ opes expẽdendę: qui soli Romanorũ fortunã ad terminos vsq; Alexãdri euadere gestientẽ retro in occidentẽ inhibuere. a Romanis etiã ipsi longe ad orientẽ summoti. Herodotus Alicarnasseus. li.iii. q Thalia inscribitur: Dariũ Histaspis filiũ q post Magorũ cędẽ Persarũ hinnitu equi ad regnũ assumpt̃ est: in viginti satrapias Persarũ regnũ distribuisse dicit: & p̃fectos vnicuiq; dedisse. & ttibuta stata fixaq; indidisse: ea lege dicta: vt q argẽtũ tributi noĩe pẽderẽt: talẽti Babylonii põdere: q aurũ: euboici afferrẽt. Valet aũt (inqt) babylonicũ talẽtũ. lxx. minas euboicas

Persarum regnũ.

Babylonium talẽtum.

Darius Hystaspis. Cãbyses.

Quare Dariũ apud Persas ob hanc tributi formulam constitutã capelũ
verbo græco.i.institorem vel negociatoré vocitatũ ait:eo verbo vt quæ-
stuarium eum taxantes.Cambysen auté despoten:id est dominũ dictum.
nec Cyrus.n.nec Cambyses tributa ad certam formulã:& pręcisam rede
gerant necessitatem.sed dona tantũ anniuersaria a satrapiis accipiebant.

Nomi.i. pfecturę.

Has satrapias quas nomos Herodotus appellat verbo græco: Plinius
prefecturas vertit:Laurentius portiones subabsurde vocitauit. Herodo
tus igitur has seu prouincias seu præfecturas ab Hellesponto ad Indiam
vsq; sigillatim percensens:& quicquid vnaquęq; quotãnis pensitaret:tan
dem summã colligens:qđ si (inquit) Babylonica pecunia ad pondus eu
boicum redigatur:fiét noué millia quingenta quadraginta argéti taléta.
τὸ μὲν δὴ ἀργύριον τὸ βαβυλώνιον πρὸς τὸ εὐβοικὸν συμβαλλόμενον τάλαντον εἶναι
τεσσαράκοντα καὶ πεντακόσια καὶ ἐνακισχίλια τάλαντα. Aurum vero ramentitiũ
si terdecies expendatur ad argentũ:in summa reperietur ad rationé eu-
boicam esse quatuor millia talétorũ sexcentaq; & octoginta. τὸ δὲ χρυσίον
τρισκαιδεκαστάσιον λογιζόμενον τὸ ψῆγμα: εὑρίσκεται ἐὸν εὐβοικῶν ταλάντων ὀγδώ-
κοντα: καὶ ἑξακοσίων καὶ τετρακισχιλίων. In Laurentii interp̃tatione mendose hic
locus legitur.ramentum auri psegma ab Herodoto dicitur quasi auream
scobem dixeris. Quibus (inquit) in vnũ coactis: fit summa eorum quæ
quotannis colligebantur: quaterdecies millena quingena & sexagena ta
lenta euboica.supra auté dixit. τὸ δὲ βαβυλώνιον τάλαντον δύναται εὐβοικὰς ἑβ-
δομήκοντα μνέας. Valet auté talentum Babylonium septuaginta euboicas
minas.Ex verbis Herodoti vt scire non possumus quantũ euboicum talé
tum fuerit: ita intelligimus minus fuisse Babylonio. nos in superioribus
non nihil de hoc diximus cũ loca Liuii citaremus ex libris septimo & octa
uo de bello Macedonico.Festus euboicum talétum quatuor millium de-
nariorum fuisse dicit Romano nũmo æstimatũ.qđ si est verum:apud Pli.
li.xxxv.vbi legitur:talétum auté atticum (vt ait Varro) sedecim sester-
tiis taxatur: legédum esset euboicum. sedecim.n. sestertia quadraginta
minas valent:& quatuor milia drachmarum.Sed apud Pliniũ legédũ po-
tius existimo denarium sex millia.qđ olim sic scribebatur.X.vi.M.ex quo
sedecim sestertia facta.millia.n.& sestertia vt idé significant:sic eadé nota

Hermolaus Barbar9.

scribebantur. Hermolaus Barbarus in glossematis in Pliniũ editis:dum
auctorum magis nomenclaturę q̃ rei explicãdę studet:explanãdę huius
rei difficultaté prope conclamatam reddidit: & auctoritatum inter se pu
gnantiũ congerie veritaté obruit.Interdũ.n.ea culpa summis in ingeniis
dep̃henditur:vt ambitione instincti omnia magis consectari q̃ veri simil-
limũ quoq; amplexari cupiant:quasi diligentiores se doctioresq; q̃ consi-
deratiores existimari maluerint.Ego cũ rei obscurę & caligine quadã va
riantiũ auctoritatũ obductę:lucé aliquã afferre magnopere laborassem:
nihil appositius ad illustrãdam eã obscuritaté inueni q̃ qđ Pollux in nono
de vocabulis rerum inquit.quod equidé miror ab Hermolao non esse ani
maduersum aut certe nõ explicatum. vt iudicare possis forulos quidé eũ
omnes diligenter excussisse:sed volumina (quod aiunt) ad lucernã Ari-
stophanis non omnia recognouisse:ac ne Pliniũ quidem ipsum: in quo tã
sese admiratur q̃ Peleus in Machęra:vt est in prouerbio. Vir alioquin di-

sertus & elegans:& eruditionis memorię suę columen. nec modo doctri
na eximia:sed etiã stilo graui: in quo cãdidũ ingeniũ & bonã méte agnos
cas:id qđ multis doctis viris defuit. Cui vtinã ipsi longior vita cõtigisset
pręclaraq; nũc opera morte eius suppressa non desiderarent:quę exitura
annos abhinc.xiiii.audieram cum domi eius prandere cum Accursio Me
nerio legato regio qui tũc Venetiis agebat:homine doctissimo.Sed ver-
ba Pollucis hæc sunt loco supradicto. τοῦτο γε μὴν οὐκ ἄκαιρον. ὅτι τὸ μὲν ἀττι-
κὸν τάλαντον ἑξακισχιλίας ἐδύνατο δραχμὰς ἀττικάς. τὸ δὲ βαβυλώνιον ἑπτακισχιλί-
ας. τὸ δὲ αἰγιναῖον μυρίας. τὸ δὲ σύρων πεντακοσίας καὶ χιλίας: ὡς πρὸς τὸν ἀττικὰς
δραχμὰς λογισμόν. ὥσπερ οὖν καὶ τὰς μνᾶς τὰς ἀττικάς: τὸ μὲν ἀττικὸν ἑξήκοντα εἶ-
χε. τὸ δὲ βαβυλώνιον ἑβδομήκοντα: τὸ δὲ αἰγιναῖον ἑκατὸν κατὰ ἀνάλογον. ἡ μνᾶ δὲ ὡς
παρ᾽ ἀθηναίοις ἑκατὸν εἶχεν δραχμὰς ἀττικάς: οὕτω καὶ παρὰ τοῖς ἄλλοις τὰς ἐπιχω-
ρίους: δυναμένας πρὸς λόγον τοῦ καθ᾽ ἕκαστον ταλάντου, κατά τε πρόσθηκην καὶ ἀφαί-
ρεσιν. Hoc autem non absurdum erit dicere q talentum atticum atticas
drachmas valebat numero sex millia. Babylonium septem millia. Aegi-
næum decem millia.Syrium mille & quingentas: dũtaxat ineunda ratio
ne secundũ drachmæ atticæ modum:quippe qua ratione atticum talen-
tum sexagenas minas:Babylonium septuagenas:Aeginense cétenas pro
portione capiebat.Porro mina ipsa vt apud Athenienses centenas habe-
bat drachmas:sic apud alios quoq; totidem suas cuiusq; gentis : quæ pro
ratione cuiusq; talenti plus minusve valerent augmento vel decremento.

Talenta oĩa ad formulã vnã redacta. Atticum talentũ.

Ex his Pollucis verbis ad formulam vnam omnia propemodũ genera ta-
lentorum minarũq; redigere possumus.quomodo.n.atticũ talétum sexa-
genas minas atticas capit:& mina attica centenas suas drachmas: sic Ba
bylonium sexagenas minas Babylonias : quæ centenas ipsæ drachmas
vernaculas capiunt:& Aeginense talentum totidem minas æginenses:&
æginetice rursus minæ:centenas drachmas ægineticas. Verũenimuero
vt Babyloniũ talentum proportionem ephectam id est sesquisextam vel
(vt alii loqui malunt) supersextam: ad talentum habet atticum: sexta.n.
parte hoc ab illo superatur : sic drachma Babylonia atticam drachmam
sesquisexta proportione superat.& vt æginense talentum proportionem
superpartientem ad atticum talétum habet: vtpote quod semel id capit
& duas insuper eius partes (ita enim sese habet centenarium talentum
ad sexagenarium) sic eandem quoq; proportionem æginęa drachma ad
atticam drachmã habet.Hoc auté ex alio eiusdem auctoris loco probari
potest.qui cum quodam in loco ita dicat ἡ μὲν δραχμὴ εἶχεν ὀβολοὺς ἕξ.idest
& drachma quidem obolos senos habebat:aliquanto post ita subdit: ἀλλα
μὴν τὴν μὲν αἰγιναίαν δραχμὴν μείζω τῆς ἀττικῆς εἶναι. δέκα γὰρ ἀττικοὺς ὀβολοὺς
ἴσχυεν: ἣν οἱ ἀθηναῖοι παχεῖαν δραχμὴν ἐκάλουν: μίσει τῶν αἰγινητῶν αἰγιναίαν καλεῖν
μὴ θέλοντες. Atq; æginetica drachmã maioré attica fuisse adnotãdũ é. vt q̃
denos obolos atticos capiat:quos attica tm̃ senos. quare Athenieses craf
sam eã drachmã vocabãt:odio æginetarũ æginea vocare grauati. Ex p̃di
ctis apparet tãtã habere ꝓportioné decé obolos ad sex:quãtã cétũ minæ
habét ad sexaginta.& ea est analogia taléti æginei ad atticũ talétũ. Hoc
Hermolaus cũ nõ ignorauerit:tñ nõ explicuit vbi de taléto loquitur. citã
dis (vt diximus) auctoribus magis q̃ rei enarrãdę intét9. Verũ Herodo-

tus primæ præfecturę quadringenta talenta argenti attribuit.secundæ quingenta.tertiæ trecenta sexaginta.quartæ quingenta.quintæ trecenta quinquaginta.sextæ septingenta.septimę cętum & septuaginta. octauæ trecenta.nonæ mille. decimæ quadringenta quinquaginta. vndecimæ ducenta.duodecimę trecenta sexaginta.tertiędecimæ quadringęta. quartędecimę sexcenta. decimęquintę ducenta quinquaginta. decimæ sextę trecenta.decimęseptimę quadringenta. duodeuigesimę ducenta. vndeuicesimę trecenta:quorum summam non colligit:sed supputata ratione inuenio septem millia septingenta quadraginta talenta in summa esse.atqui si talentum babyloniũ proportionem habet ephectam ad atticũ talentum: septem millia septingenta quadraginta talenta Babylonia: attica valent talenta nouem millia & triginta.Si enim hanc summam partiaris septenario:numerus partiens erit mille ducęta & nonaginta:quot talentis crescit summa ad atticum modum relata. at Herodotus euboica fieri talenta tradit nouem millia quingenta & quadraginta. quę summa maior est atticorum talentorum summa quingentis & decem.Ita fit planũ talentum euboicum minus esse talento attico tribus fere minis & triẽte.hoc autem promptum est sic collígere.fac vt singulis illis talentis sexagenariis id est atticis (quę nouem millia & triginta esse diximus) ternæ minę cũ triẽte id est tribus & triginta drachmis & tertia parte drachmæ decedant:fient vtiq;in summa ter nouies millia minarum. i.septem & viginti millia:& pro triente minę: ter millia minarũ. hunc numerũ triginta milliũ minarum:si sexagenario partiaris:quingenta talenta confient:hoc est quingenties sexagenę minę:& sexagies quingenę: qd perinde valet. Sic fiunt nouẽ millia & quingenta talenta euboica.rursus ex talentis illis quingentis ternę minę cũ triente in singula decedant necesse est:quia attica pro euboicis fecimus.fiunt decessionis mille & sexcętę sexaginta sex minę:& bes pręterea minæ. At vero ex Herodoti summa decem talenta euboica restabant:quę quingentas & septuaginta circiter minas valent. Restant mille nonaginta sex minę: quę paulominus duodeuiginti talętis valẽt: qui numerus excurrens facit ne ratio nostra quadret. Q; si talentũ euboicum minus attico fuisse tribus minis & quadrante ponamus: trecentæ tantum minę & quadraginta excurrent:id est circiter sex talenta. Et hac vna ratione quantum quidẽ obseruarim iudicare possumus quantum talentum euboicum fuerit.omninò autem talentum euboicum proxime ad atticum accedit:quod quia quantum esset satis superq; deprehensum comprehensum perceptũq; habemus & omnino compertum: cętera quanta fuerint parum huius operis referre puto.etsi id inquisiuisse iuuat propter operis diuerticula:quę velut destinato argumento appingentur oblectamenti causa.Age videamus quid vltra dicat Herodotus de tributis Persicis.Indi (inquit) vt sunt multitudine multo numerosissima omniũ quos nouimus hominũ:ita tributũ conferebãt aliorũ comparatione maximũ:trecẽta scilicet & sexaginta psegmatis talẽta:id ẽ aurei ramẽti. Ramentũ auri arena est aurea:ob id alio nomine ab eodẽ auctore Chrysitis dicta.Chrysammos etiã ad verbum aurea arena dicitur. li.xi.codicis Iustiniani.aurum autem ramentitiũ (inquit ille) inuenitur esse talẽtum

Talẽtum euboicũ.

Chyrsitis Chrysammos.

euboicorũ quatuor milliũ sexcentorum & octoginta: si ita ratio ineatur vt psegma terdecies tanto argenti rependatur.hoc enim significat verbũ τρισκαιδεκασάσιον: quod vnius literę immutatione in libris impressis aliud significat.Laurentius eius loci intelligẽtiã parũ assecutus videtur nisi sit error impressorũ.& alioquin numerus in eius interptatione corrupt9 est. qd & ex gręco cõtextu & ex calculo deprehẽditur.τὸ δὲ χρυσίον (inquit Herodotus) τρισκαιδεκασάσιον λογιζόμενον τὸ ψῆγμα: εὑρίσκεται ἐὸν εὐβοεικῶν τα-λάντων ὀγδώκοντα καὶ ἑξακοσίων καὶ τετρακισχιλίων.Si em terdecies trecẽta sexaginta multiplices: quatuor millia sexcẽta & octoginta in summa inuenies. meminisse aũt oportet id qd Herodotus pdixerat:edicto Darii cautũ eẽ vt aurũ euboico põdere pensitaret.alioqn nõ cõueniret summa:si Babylonia talẽta psegmatis itelligerẽtur:& psegma tredecies argẽto repẽsile. Cõgruit aũt qd sequit numero a nobis posito.τούτων ὧν πάντων συντιθέμενον τὸ πλῆθος εὐβοεικὰ τάλαντα συνελέγετο ἐς τὸν ἑπτέτειον φόρον Δαρείῳ μύρια καὶ τετρακισχίλια καὶ πεντακόσια καὶ ἑξήκοντα.His igit oibus in vnũ coagmẽtatis euboica talẽta numero quatuordecim millia quigẽta sexaginta annuo tributo collígebãtur. Q; si reges Persarũ quaterna dena millia & qngena talẽta vel attica vel euboica ex Asia tantũ:& paucis locis Libyæ tributorũ noie percepisse dicũtur:quę nos ad octuagies quinquies cẽtena millia aureorũ nostrorũ vt minimũ æstimamus: quãtũ Romani imperii dicemus esse redditũ? Pręsertim cũ extra eas pfecturas Persis ipsa dñatrix ĩmunis relicta esset:sic.n.inquit Herodotus ἃ περσὶ δὲ χώρη μούνη μοι οὐκ εἴρηται δασμοφόρος: ἀτελέα γὰρ πέρσαι νέμονται.Persidis aũt regio vna a me interstipẽdiarias dicta nõ est. Persę.n.ĩmunes agros colũt. Aethiopes aũt & Colchi & alii quidẽ populi munera in Persidẽ quotãnis afferebãt. Inter quos insignis est pensitatio Arabũ q millena quotãnis talẽta thuris afferebãt. sed & recẽtioribus sęculis aucta erãt tributa progatiõe imperii Persici facta vt idẽ auctor est Herodot9.Quare qd apud Plutarchũ in Põpeio legitur de vectigalibus & tributis imperii Romani post triumphũ Ponticũ: merito a nobis reprehensum est vt mendosum.Iamprimũ Antiochus ex fœdere cum.L.Scipione icto:omnibus vrbibus agrisq; excesserat cis Taurum mõtẽ vsq; ad Tanaim amnẽ:& a valle Tauri vsq; ad iuga qua in Lycaoniã vergit:vt tradidit Liuius li.viii.de bello Macedonico.q̃q̃ apud Liuiũ Tanaim mẽdose legi puto:& pro eo restituendũ esse Halym. Notũ est.n.ex Herodoto in primo Halym fluuiũ confiniũ olim fuisse Lydorũ & Medorũ imperii.meminit etiã Pli.Halyos fluminis in sexto:a radicibus tauri p Cataoniã Cappadociãq; decurrentis.Ab his autem finibus ad Hellespõtum Asia est proprie dicta:a mari ægęo & Pontico ambientibus in peninsulam conformata:intra quã Lydii regni fines circũscribũtur:vnde Crœsi circũfluentes diuitiæ in prouerbium cesserunt. In ea Asiæ parte Herodotus tres præfecturas ponit:millena ducena sexagena Babylonia talenta annuo tributo pensitantes.quę ratione attica millena & quadringena & septuagena valent.ære autem nostro octingena & octuagena bina aureorum millia. Romano more sestertium trecenties quinquagies & bis dicitur.Atqui apud Plutarchum legitur ante triumphum Pompeianum vniuersa populi Romani tributa quinquagies decies cẽtena millia fuisse.

Imperiũ Po. Romani.

Asia proprie dicta

cum iis vero quæ Pompeius Po. Ro. in ea expeditione quæsiuit: octuagies quinquies decies centena millia fuisse. Prior summa quingenties sestertium dici latine potuit: id est mille & ducenta quinquaginta millia aureorum. Altera trecenties & quinquagies sestertium priori summę addidit: vt fuerint vniuersa populi Roma. vectigalia & tributa cum additamento triumphi Pompeiani: vicies semel centena tricena bina millia aureorum nostrorũ. Cum Pompeius imperio populi. Roma. adiecisset: Ciliciam Syriam Phœniciam Palæstinen: Iudæam Mesopotamiam Cappadociam Armeniam Colchidem Iberiam Albaniam Scythas & Arabiæ partem. a Cilicia autem Phœnicia & Syria Palæstinæ vsq; ad fines Syriæ & Aegypti octingẽta quinquaginta talenta Darium tulisse quotannis Herodotus tradit. a reliqua Syria & Mesopotamia non minus quingentis. quæ ad atticam rationem relata nongenta quadraginta quinq; millia aureorum nostrorum valent. Ita paucę prouinciæ summam illam quæ apud Plutarchum legitur pendere popu. Roma. potuerunt. absq; Cappadocia. Armenia: Colchide: Iberia: Albania & Scythis & Arabia: quas inter stipendiarias non numero. quapropter Pompeius pro concione gloriatus est (vt auctor est Plin. libro septimo) Asiam se vltimam prouinciarum accepisse: tandemq; mediam patriæ reddidisse: de Asia Cherroneso: id est peninsula loquens (quam proprie Asiam esse vocitatam diximus) Lydiorum olim regno: nunc turcarum imperio. hæc ab Antiocho bello Asiatico ablata fuerat: & ei postea Pompeius prædictas prouincias adiecit. Nunc si prædictis Pelopennesum Helladẽ insulas Cycladas Sporadasq; atq; vno nomine Gręciã Thessaliã Epirũ Macedoniã Illyricũ: Italiã omnẽ: Siciliã Sardiniã & Corcyrã: & superi inferiq; maris insulas populos alpinos & Narbonẽsem Galliã: cũ citeriore vlteriореq; Hispania: & africã adiecerit (Hęc. n. oia iã tũ sub ditiõe Romana regebantur) quã sumã tributorũ colligere debeam⁹ æstimãdũ lectoribus reliquimus. Merito ergo illã Plutachi summã ad drachmas atticas nõ ad nũmos sestertios referendam censuimus: qua ratione quadruplicata redit summa: q̃q̃ eo tpe nec Aegyptus: nec Gallia nec Britãnia nec Germania Pãnoniaq; imperio Romano parerẽt. Dixim⁹ supra de statu impii sub Augusto. Appian⁹ aũt in p̃fatione historię: terminos Romani impii, sub Hadriano principe: quo tpe ipe historiã scripsit: late describẽs: ponit terminos ab Herculeis colũnis ad ęthiopas oriẽtales qd̃ ad libyã pertinet: Asianæ autem ditionis terminos facit Euphratem fluuium & caucasum montem: maioriq; armeniæ principium: & Colchos ad Euxinũ pontum habitantes. In Europa autem Rhenũ & Histrum fines Ro. imperii fuisse dicit. omnes autem insulas quęcunq; intra mare internũ sunt sitę: Cycladas Sporadas Hyadas Echinadas: & quęcũq; magnę dicũtur a gręcis circa Libyã Ioniã Aegyptum Myrtoum vel siculum. & aliud quocũq; noie mare dictũ. Ro. imperio paruisse tũ affirmat. Romanos autẽ regibus exactis vsq; ad septingentesimum annũ sub statu populari & ciuili qui politia gręce dicit: imperiũ suũ ppagasse. quo ad Caius Cæsar q dictaturã ppetuã suscepit: rep. oppressa & in potestatẽ suã redacta: reuera principẽ egit: licet nomẽ rei p. antiquari noluerit: a quo tẽpore ad Appiani historiã ducẽti fere

anni intercesserunt: quibus Romanum imperium vnius semper arbitrio rectum est: perinde atq; in regno fieri solitum est. Hoc tantum interest q̃ regio nomine principes abstinuerũt: imperatores se dici cõtenti: quo nomine prisci duces Romani populi cẽsebãtur: sed annua ptãte creati: eo autem spatio ducẽtorũ annorũ rẽ Romanã mirũ in modũ creuisse dicit: suo q̃ tpe eam hominũ expectationẽ fuisse vt porro progressura videret blãdiente magis magisq; in dies rerũ successu. eã tamẽ Romanis mentẽ fuisse: vt nominis sui famã ppagare inter barbaros magis q̃ terminos proga re imperii sui cuperẽt: vidisseq; se nõnullarum gẽtium legatos ad impatorem cũ ptãte missos: vt gentẽ suã quisq; Romano imperio dederẽt: nec tñ admissos: q̃ Romanus imperator sua interesse non arbitraretur feris & inopibus imperare populis. nã & eorũ qui impio parerẽt: multos plus incõmodi q̃ cõmodi afferre. Sed quos derelinq̃re atq; abiicere puderet Plurimi etiã eorũ qui dicto Romanis audiẽtes nõ essent: Reges tñ & principes a Romanis petere solitos & accipere. Magnitudinẽ vero p̃sarũ imperii percẽsens: qd̃ ex Assyriorũ Medorũ Persarũq; regnis coaluit: nequa q̃ cũ dimidio imperii Romani cõparari iure posse cõtẽdit. nã imperiũ Alexandri (quod celerius aleæ iactu vel fulgetrę potius emicãtis: in modum inusitatũ & in gradũ nulli alii sperãdũ euasit) in mẽbra distractũ est mortuo statim Alexãdro. Suo aũt tpe Appianus tradit persis peditũ equitũq; & apparatus terrestris ac maritimi ingẽtes copias fuisse: & ægyptiorum talentum quatuor & septuaginta millia in thesauris cõdita. Reditus vero imperii Romani nec dicere quisq̃ (vt opinor) nec animi certa cõiectura assequi põt. nec aliquis scriptorũ aliquid de ea re tradidit quod magnopere memorãdum sit. sed nec semper eadẽ ratio fuit: sed alia atq; alia p̃ cõditione tẽporũ. Si tamẽ de hac re cõmẽtari quẽq̃ iuuat: primum hoc scire oportet erariũ Romanũ ex vectigalibus & tributis constitutũ fuisse quomodo & hodie nostrũ. vectigalia trium generũ fuerũt: ex agrorum cultu. ex merciũ traiectu. & ex pascuis. primũ decimę. alterũ portorium: tertium scriptura appellabat. & p̃ter hæc salariũ. Cicero de imperio. Gn. Pompeii. nam in cęteris rebus cum venit calamitas tum detrimẽtum accipitur. at in vectigalibus non solum aduentus mali: sed etiam metus ipse affert calamitatem. nam cum hostium copiæ non longe absint: etiam si irruptio nulla facta sit tamen pecora relinquuntur: agricultura deseritur. mercatorum nauigatio conquiescit. ita neq; ex portu: neq; ex decimis: neq; ex scriptura vectigal conseruari potest. Quo tandẽ animo esse existimatis aut eos qui vectigalia vobis pensitant: aut eos qui exercent atq; exigũt? cum duo reges cũ maximis copiis ppe adsint: cũ vna excursio equitatus perbreui tpe totius anni vectigal auferre possit? cũ publicani familias quas in salinis habent: quas in agris: quas in portubus atq; custodiis magno periculo se habere arbitrentur? Salinas Ancus Martius Romanorum rex tertius instituit: vt auctores sunt: Liuius & Plinius. Tributa autem pro modo census cuiusq; conferebantur. Cuius rei tenuia documenta apud scriptores reperiuntur quantum equidem memineri. Liui⁹. li. ix. de bel. maced. de cẽsura Catoniana loquẽs. ī cẽsib⁹ quoq; accipiendis tristis & aspera in omnes ordines censura fuit, orna-

Aerariũ romanũ ex tribus generib⁹ reddítus cõstitutũ

menta & vestem muliebrem & vehicula quæ pluris q̃ quindecim millium æris essent in censum referre viatores iussit. Item mancipia minora annis xx. quæ post proximũ lustrum. x. millibus æris aut eo pluris venissent: vti ea quoq; decies pluris q̃ q̃ti essent æstimarētur. & his rebus omnibus terni in millia æris attribuerentur. attribuerētur hoc loco significat tributi nomine statuerentur. ergo Cato deterrere volens homines a luxu: pluris decies delicatã vestē & venusta mancipia: q̃ q̃ti vendi possent æstimauit: in æris singula millia ternos asses tributi constituit. Tacitus li. xiiii. eodē anno crebris populi flagitationibus immodestiam publicanorũ arguentis: dubitauit Nero an cuncta vectigalia omitti iuberet: idq; pulcherrimũ donum generi mortaliũ daret. sed impetũ eius multũ prius laudata magnitudine animi attinuere senatores: dissolutionē impeii dicendo si fructus quibus resp. sustineretur: diminuerentur. quippe sublatis portoriis. sequens vt tributorũ abolitio expostularetur. temperandas plane publicanorum cupidines. ne per tot annos sine querela tolerata: nouis acerbitatibus ad inuidiam verterent. Ergo edixit princeps vt leges cuiusq; publici occulte ad id tempus proscriberētur. omissas petitiones nõ vltra annũ resumerēt. Romę prętor: per prouincias qui pro p̃tore aut consule erũt: iura aduersus publicanos extra ordinem redderēt: militibus immunitas seruaretur: nisi in iis quæ veno exercerent: aliaq; admodũ æqua: quæ breui seruata: dein frustra habita sunt: manet tamē abolitio quadragesimæ quinquagesimæq;: & quæ alia ex auctionibus illicitis nomina publicani inuenerant. tēperata apud transmarinas prouincias frumenti subuectio & ne censibus negociatorum naues ascriberētur: tributumq; pro illis pēderent constitutum. No.. nihil etiam de hoc dicitur in. L. forma in titulo de censibus in pandectis. Strabo de Britannia loquens li. quarto qnã vectigalem sub Augusto factam fuisse dicit. τέλη τε οὕτως ὑπομένουσι βαρέα τῶν τε εἰσαγομένων ἐπὶ τὴν κελτικὴν καὶ τῶν ἐξαγομένων. Vectigalia etiam sic tolerãt grauia earum rerum quæ in Galliam exportant aut quæ inde important. Et rursus. Ita nullo iam præsidio ad insulæ custodiam opus est. non enim vna plus legione opus est ad exigenda ab eis tributa. Constituta autem erat impensæ omnifarię ratio exercitui pro modo tributorum. alioquin minui necesse vectigalia si tributa insuper imperarentur. Quod si vis inferretur periculũ esset ne ad defectionē sollicitarentur. Sic. n. illa Strabonis vertenda mihi verba visa sunt. εἰσ ἴσον δὲ καθίσατο πᾶν τὸ ἀνάλωμα τῇ στρα-
uersas opes Romani imperii. ea erit ex eodem auctore. li. xvii. Quo in lo-
τία τοῖσ προσφερομένοισ χρήμασιν. ἀνάγκη γὰρ μειοῦσθαι τὰ τέλη φόρων ἐπιβαλλομένων. ἄλλα δὲ καὶ κινδύνουσ ἀπαντᾶν τινὰσ βίασ ἐπαγομένησ. Quæ verba interpres intellexisse non videtur: fortasse exemplaris vicio. Age citanda vna auctoritas insignis ad coniecturã faciendã in vniuersas opes Romani imperii. ea erit ex eodem auctore li. xvii. quo in loco Strabo ostēdere volēs magnitudinē reddituũ eius prouinciæ ita inqt. τῆσ αἰγύπτου δὲ τὰσ προσόδουσ ἔν τινι λόγῳ κικέρων φράζει: φήσασ κατ' ἐνιαυτὸν τῷ τῆσ κλεοπάτρασ πατρὶ τῷ αὐλητῇ προσφέρεσθαι φόρον ταλάντων μυρίων β,.φ'. ὅπου οὖν ὁ κάκιστα καὶ ῥαθυμότατα τὴν βασιλείαν διοικῶν τοσαῦτα προσωδεύετο: τί χρὴ νομίσαι τὰ νῦν διὰ τοσαύτησ ἐπιμελείασ οἰκονομούμενα: καὶ τῶν ἰνδικῶν ἐμπορειῶν καὶ τῶν τρωγλοδυτικῶν ἐπηυξημένων ἐπὶ τοσοῦτον

Aegypti redditus.

Aegypti autem redditus Cicero quadam in oratione eleganter explicãs Auletæ patri Cleopatrę dicit talenta duodecies millena & qngena quot annis ex Aegypto obuenisse. Quare si is rex qui & dissolutissime & nequissime regnũ administrauit: tãtũ annuæ obuentionis habuit ex Aegypto: quid nũc existimare cõuenit: quantiq; æstimare reddituũ eiusdē p̃uinciæ tãta p̃uidētia administratę: presertim indicis negotiationibus & troglodyticis vsq; adeo adauctis? Siquidē superiore tēpore ne viginti qdē nauigia arabicũ sinũ penetrare ausa sunt: vt proras quidē nauiũ extra angustias illas exererēt. at nũc & classes ingētes ad Indiã vsq; vela faciũt & ad extrema Aethiopiæ. Ex quibus merces p̃ciosissimę importantur: & inde rursus in alia loca transmittũtur. ita duplex inde vectigal cogitur: mercibus scilicet importandis & exportandis. Atqui eorũ quę magno veneunt magnũ quoq; vectigal est. ὥστε καὶ τὰ τέλη διπλᾶ συνάγεται: τὰ μὲν εἰσαγωγικὰ, τὰ δὲ ἐξαγωγικά. τῶν δὲ βαρυτίμων βαρέα καὶ τὰ τέλη. Adde etiã (inqt) q̃ Alexandria prædictarũ merciũ vnũ est receptaculũ: ita vt sola plerũq; eiusmodi merces vēditet & exteris suppeditet. καὶ γὰρ δὴ καὶ μονοπωλίασ ἔχει. μόνη γὰρ ἡ ἀλεξάνδρεια τῶν τοιούτων ὡσ ἐπὶ τὸ πολὺ ὑποδοχεῖόν ἐστι: καὶ χορηγεῖ τοῖσ ἐκτόσ. Quæ sint eiusmodi merces ignorare nemo potest qui legem vltimã legerit tituli de publicanis in pandectis. propter quas institutũ est vectigal rubri maris: vt apud Plinium legimus. Ptolemęus pater Cleopatræ fuit vltimæ Aegypti reginæ. qui omnibus flagitiis inquinatus etiam tibicinum artem exercuit: ob quam cognomentum auletæ id est tibicinis meruit. Hic ob nequitiam & facinorosam vitam: ab Alexandrinis exactus: a Gabinio duce Romano qui tum Syriam obtinebat reductus est. Quo nomine Gabinio lis decem millibus talentũ æstimata est accusante Mēmio vt ex oratione Ciceronis pro Rabyrio Posthumo in p̃cedētibus diximus. pœnę tamē capitali ereptũ eũ significat. Valerius lib. viii. in principio. Cæterũ in qua oratiõe Cicero hoc dixerit: q̃ Ptolemæus duodecies millena & quingena talenta ex Aegypto quotannis percipiebat nescio. Nisi in hac eadē pro Rabyrio loco aliquo mutilato. vel in ea oratione quæ nõ extat: quam pro Gabinio habuit: cui olim infensissimus: postea recõciliatum se dicit: his verbis. Mihi hæc Cai Memmi causa defendendi Gabinii fuit reconciliatio gratiæ. neq; vero me pœnitet mortales inimicitias habere. Verum duodecim millia & quingenta talenta attica (attica enim hic intelligi puto non ægyptia: quæ quadrante atticis maiora sunt) septuagies quinquies centena millia aureorum nostrorum valent. Quibus si augmentũ addas ex Strabonis sententia: fortasse centies centenis millibus redditum annuũ Aegypti iure æstimare poteris. Sed operæprecium facturus mihi visus sum si rationem administrandę eius prouinciæ sub Augusto & Tyberio prosequerer ex eodem auctore. De Actiaco enim bello loquens ab Augusto confecto: & Antonio & Cleopatra captis: Aegyptum ab eo dicit in prouinciæ formam redactam his verbis. ἐπαρχία δὲ νῦν ἐστι: φόρουσ μὲν τελοῦσα ἀξιολόγουσ. ὑπὸ σωφρόνων δὲ ἀνδρῶν διοικουμένη: τῶν πεμπομένων ὑπάρχων ἀεί. ὁ μὲν οὖν πεμφθεὶσ τὴν τοῦ βασιλέωσ ἔχει τάξιν. ὑπ' αὐτῷ δ' ἐστὶν ὁ δικαιοδότησ ὁ τῶν πολλῶν κρίσεων κύριοσ. ἄλλοσ δ' ἐστὶν ὁ προσαγορευόμενοσ ἴδιοσ λόγοσ, ὃσ τῶν ἀδεσπότων καὶ τῶν εἰσ καίσαρα πίπτειν ὀφειλόντων ἐξεταστὴσ ἐστι: παρέπονται δὲ

Auletes.

τοῦτοις ἀπελεύθεροι καίσαρος καὶ οἰκονόμοι: μείζω καὶ ἐλάττω πεπιστευμένοι πράγματα. nunc autem prouincia est tributa pendens memorabilia: a viris eiusmodi administrata qui sibi temperare nouerũt: quiꝗ semper rectores ad eam cum potestate mittũtur. Qui vero recturus mittitur: is vicem regis obtinet: sub eoꝗ est is qui Dicæodotes dicitur: id est iura reddens: in cuius potestate fere sunt iudicia. Est & alius magistratus qui idios logos id est priuata ratio dicitur: earum rerum indagator quę adespotæ græce dicũtur: id est assertorẽ non habentes: vel nullius dominio mãcipatæ: & omnino earum rerũ quę in Cæsarem recidunt. Horũ velut assectę sunt liberti Cęsaris & dispensatores: quibus maiora minoraꝗ negotia permittũtur. His verbis procurator priuatæ rationis dicitur qui ea persequitur quæ fisco obueniũt: nõ quę ærario & populo: vel priuato principis patrimonio. Ex quo patet ꝓprie esse hoc verbũ vsurpatũ. in. L. procurator i titulo de edẽdo in codice Iustiniani. licet aliter Accursius opinatus sit. Adespota autẽ appellat quę supra Hermęa appellauimus vulgo albana spauaꝗ dicũtur. Deinde idem auctor enumeratis copiis militaribus quę ad eã prouinciã tuendam statutę sunt. τῶν δὲ ἐπιχωρίων ἀρχόντων ὅ τε ἐξηγητὴς ἐστὶ κατὰ τὴν πόλιν: πορφύραν ἀμπεχόμενος: καὶ ἔχων πατρίους τιμὰς: καὶ ἐπιμέλειαν τῶν τῇ πόλει χρησίμων. καὶ ὁ ὑπομνηματογράφος: καὶ ὁ ἀρχιδικαστής. τέταρτος δὲ ὁ νυκτερινὸς στρατηγός. Inter municipales aũt magistratus est qui exegetes dicitur: quasi sacrorũ interpres vel augur in vrbe: purpurã gestans: & aliis honoribus ꝓuincialibus insignis. earũ rerũ procuratione habẽs q̃ ciuitati cõducũt. Est etiã qui hypomnematographus. i. a cõmẽtariis dicit: & q iudicibus pest: ob id archidicastes appellatus. & quartus prętor nocturnus. Cicero ꝓ imperio Gnei Põpeii de vectigalibus Romanis ita inqt. nã cęteraꝝ ꝓuinciarũ vectigalia quirites tãta sunt: vt his ad ipsas ꝓuincias tutandas vix contenti esse possimus: Asia vero tã opima est & fertilis: vt & vbertate agrorum & varietate fructuũ & magnitudine pastionis: & multitudine earũ rerum quæ exportantur: facile omnibus terris antecellat. Plinius auctor est li. xxxiii. post Persen regem Macedoniæ deuictũ & gazam eius in ærarium illatam: populum Ro. tributa pendere desiisse. Quæ tamen postea restituta esse ex eo coniicio ꝙ Cicero in secunda philippica dicit. Vbi est septies millies sestertiũ quod in tabulis quæ sunt ad Opis petebatur? funestę quidem illius pecuniæ: sed tamen quæ si iis quorum erat non redderetur quæ nos a tributis possit vindicare. Non omittendum & id quod idẽ Strabo. li. sexto tradidit. Romanos initio plurimã Aphricæ & Asię partẽ regibus sibi subditis cõmisisse quos propter amicitiam & societatem regnare ꝑmiserunt. postmodũ autem vel defectione regum & violatis fœderibus: vel stirpiũ regiarum interitu omnia ferme in ꝓuinciarũ formã redacta esse. Sic Attalicũ regnũ: sic Syriũ sic Paphlagonũ & Cappadocũ & Aegyptiorũ & Mithridatis Eupatoris ad Romanos ꝑuenisse: adeo vt Tyberii tpe cũcta intra Phasin & Euphratẽ ꝑter quosdã Arabas Romano tenerent impio: vel a regib9 a Romanis ipositis. Armenii vero: & Albani Colchis superiores & Iberi: sola ducũ ꝑsentia in officio cõtinebãtur. Sed cũ Romanos viderẽt variis negotiis aut bellis implicitos: statim ad res nouas sollicitari gentes efferatę solebãt: sicut & eæ gentes quæ trans

Dicæodotes.

Idios logos priua ta ratio.

Adespota & Res Adespotæ.

Exegetes

Hypomnematographus.

Istrum flumen & euxinum pontum habitabant. Iosepus autem in secundo de bello Iudaico Agrippã ad Hierosolymitanos orationem luculentã habuisse cõmemorat: & de potentia & opibus. Ro. imperii magnifice disseruisse: ad deterrendos Iudęos ne ad rebellionem spectarent. In ea autẽ oratione circa mediũ fere ita eum loquẽtem inducit. Nã tertiam partem orbis terrarum cuius ne nationes quidem numerare: promptum est: ab atlantico mari & columnis Herculis vsꝗ ad mare rubrum sitas: totã armis Romani subegerunt. & pręter annuas frumentationes quibus Romanam plebem octonis mensibus alunt: alia quoꝗ tributa pendũt. & quidem apud illos vna tantum legio cõparatur. q̃ꝗ quid opus est exemplis longe petitis potentiam Romanam enarrare? cũ eã possitis de vicina vobis ęgypto optime æstimare. Hęc. n. cũ ad æthiopas vsꝗ porrigatur opulentãꝗ Arabiam: cõterminaꝗ sit Indię: ac septingenties & quinquagies centena millia incolarũ habeat extra Alexandrinũ populum: tributa tamen ob sequentissime pensitans (quorum magnitudinẽ æstimare de sensũ singulorum capitum licet) Romano parere imperio nõ grauatur. Tametsi quantum stimulum defectionis habẽs Alexandriã vrbem: cũ multitudine hominum & opibus abũdãtem: tum amplitudine & ambitu nõ imparem? vt quę longitudine stadia triginta. latitudine decẽ habeat. Tributorum vero multo amplius in singulos menses pẽsitet: q̃ vos in annos singulos conferatis. & eo amplius Ro. populo quaternum mensiũ frumẽtum suppeditet. duæ autem legiones ciuitati insidentes profundam ęgyptum cum illa macedonum nobilitate fręnant. De magnitudine Alexandriæ Strabo idem cum Iosepo dixit: latitudinem paulo minorem ponẽs. Octo autem legionibus eo tempore germania obtinebatur: vt inibi Iosepus in persona Agrippę disserit. quod eo ꝑtinet quod superiore libro de legionibus ab Augusto delectis & per orbem collocatis diximus. opimos autem fuisse redditus Hispaniæ ex eo conciicere datur quod de opulentia eius ꝓuincię scribitur ꝑsertim turdetaniæ quę & bętica dicitur. Strabo. li. iii. miranda de fertilitate eius narrans quodam loco ita inquit: quũ vero ꝓdicta regio tot bona suppeditet: maxime tamẽ admiratiõe digna est ob metallorum copiã: quibus vniuersa Hispaniæ regio scatet: nõ vbi ꝗ ipsa frugibus exuberans: & ꝑsertim vbi metallis copiosa est. Rarũ est regionem inuenire vtraꝗ re vberẽ: Rarius etiam illud eandem regionẽ in paruo quodã agro metallis omne genus abũdare. At vero Turdetania & finitima ei regio rationem nullam cõmendãdi sui eo nomine remittit scribere de ea re volentibus: vsꝗ adeo numeros omnes laudis in metallis impleuit: nihil vt ei absit quodquidem memoratu dignum sit. neꝗ. n. aurum neꝗ argentum neꝗ æs: neꝗ ferrum alibi terrarum aut tantũ aut tam eximium nasci adhuc compertum est q̃ in Turdetania nascitur. ἡ δὲ τουρδητανία καὶ ἡ προσεχὴς αὐτῇ λόγον οὐδένα ἄξιον καταλείπει περὶ τὴν ἀρετὴν τοῖς ἐπαινεῖν βουλομένοις. οὔτε γὰρ χρυσὸς οὐδ᾽ ἄργυρος οὐδὲ χαλκὸς οὐδὲ σίδηρος οὐδαμοῦ τῆς γῆς οὔτε τοσοῦτος οὔθ᾽ οὕτως ἀγαθὸς ἐξήτασαι γεννώμενος μέχρι νῦν. Ac ne aurum quidem solum effoditur: sed etiam trahitur. Deferunt enim aurum amnes: & torrentes auream arenam. quę etiam multis in locis aquarum indigis reperitur: sed in his non apparet: in iis autem locis quæ flu-

Hispania opibus abũdans.

Turdetania eadẽ & betica.

minibus alluuntur auri psegma id est scobs aurea resplendescit. idẽ. Inter auri ramenta repertas aliquando fuisse aiunt selibrales glebulas. Quas palas appellant: quę perq̃ modicę purgationis indigerent. ἐν δὲ τοῖς ψήγμασι τοῦ χρυσίου φασὶν εὑρίσκεσθαί ποτε καὶ ἡμιλιτριαίας βώλους ἃς καλοῦσι πάλας, μικρᾶς καθάρσεως δεομένας. Apud Strabonem latinum pilas corupte pro palas legitur. Idem paulo inferius Polybius aũt argentifodinas cõmemorãs quæ sunt circa carthaginem nouã: ab vrbe. xx. ferme stadiis distãtes: quatuor decurias operantiũ hominũ fuisse ait: qui tunc in dies singulos vicena quina drachmarũ millia populo. Ro. referrent: nos vigintiquinq; millia drachmarum aureis nostris æstimare instituimus: duobus millibus & quingentis. Qua ratione ex Carthaginẽsibus metallis argenti Romanus populus noningena duodena millia & quingenos aureos nostros quotãnis percipiebat. Sed huius summę vt arbitror partem impendia auferebant etiam si vincti foderent. Verba Strabonis hęc sunt. ὅπου τέτταρας μυριάδας ἀνθρώπων μένειν τῶν ἐργαζομένων: ἀναφερόντων τότε τῷ δήμῳ τῶν ῥωμαίων καθ᾽ ἑκάστην ἡμέραν δισμυρίας καὶ πεντακισχιλίας δραχμάς. Plinius. li. iii. Bætica a flumine mediã eã secãte cognominata: cũctas prouinciarũ diuiti cultu & quodã fertili ac peculiari nitore pcedit. Idẽ alibi. Metallis plũbi ferri æris argenti auri tota ferme Hispania scatet. Bætica etiam minio. Vniuersæ Hispanię Vespasianus imperator Augustus iactatus procellis rei p. latii ius tribuit. Idem li. xxxiii. aurũ arrugia quęsitum nõ coquitur: sed statim suũ est. Inueniuntur ita massę: nec nõ iu puteis denas excedentes libras. Palacas Hispani: alii palacranas: iidẽ quod minutum est balucem vocant. Strabo palas dixit appellari massulas auri selibrales. Plinius Palacas: sed denarũ librarũ. ballucę. xiiii. vnciæ pro auri libra inferenbantur a metallariis sanctione principum: vt legimus in titulo de metallariis lib. ii. codicis: grœce Chrysamnos dicitur. lingua nostra vernacula paleolas appellat auri ramenta quę alluuione riuorũ deferũtur. Cuiusmodi hodie circa pyrenẽ inueniuntur. nos. n. inde vidimus nõnullas ciceris magnitudine quibus nulla excoctione opus esset. plæræq; tamen minutæ sunt & tenues vnde nomẽ sortitę sunt. Quapropter apud Pli. lib. xxxiiii: ita lego ex antiquis exemplaribus. In ærariis officinis & smegma fit. iam liquato ęre atq; percocto: addcitis etiã nũ carbonibus: paulatimq; accensis: ac repente vehemẽtiori flatu expuitur æris palea quędam. nec me latet Hermolaũ Pala legere ex Strabone. nã Strabo Palas appellauit massulas auri semissales. Plinius paleas appellat non glebulas sed ramentulas palearum formam habentes: quod non magnopere mirum est Hermolaum in transcursu non animaduertisse. rursus Strabo. φησὶ δὲ ποσειδώνιος μάρκον μάρκελλον πράξασθαι φόρον ἐκ τῆς κελτιβερίας τάλαντα ἑξακόσια. ἐξ οὗ τεκμαίρεσθαι πάρεστιν ὅτι καὶ πολλοὶ ἦσαν οἱ κελτίβηρες καὶ χρημάτων εὐποροῦντες. Ait autẽ possidonius Marcum Marcellum exegisse tributũ ex celtiberia ad talenta sexcẽta. ex quo coniecturam facere est Celtiberorum gentem numerosissimam fuisse & pecunia abundantẽ. Tametsi regionẽ ieiunam incolerent. Plinius libro. xxxiii. de metallis Hispaniæ loquens. vicena (inquit) millia pondo auri ad hunc modũ annis singulis asturiam atq; galleciam & lusitaniã pstare quidam tradiderũt. ita vt plurimũ asturia gignat. neq; in alia parte ter

Palæ.

Memorabiles argentifodinæ.

Palacæ.

Chrysamnos.

Pli. locus.

Mira auaritia.

rarum tot sęculis hęc fertilitas. vicena millia pondo Romana: tricena minimũ nostra valent. Ingentia sunt hæc testimonia de opulentia Hispanię quibus accedit & tertiũ Trogi Põpeii: vt ex breuiario quarto & quadragesimo Iustini nouimus. Strabo autem de tẽpore suo loquens ita inquit in mentione metallorum argenti quę sunt ad Carthaginem nouam. ἔστι δὲ καὶ νῦν τὰ ἀργυρεῖα: οὐ μέντοι δημόσια: οὐδὲ ἐνταῦθα οὐδ᾽ ἐν τοῖς ἄλλοις τόποις. τὰ δὲ χρυσεῖα δημοσιεύεται τὰ πλείω. Sunt autem & nũc argenti fodinæ non tamẽ publicæ: nec illic nec alibi: sed priuatorũ: auri aũt metalla plęraq; sunt publica. hactenus de Hispania. Cuins etiã galliam æmulã aurifera vi fuisse eodem auctore cõprobabimus. Quippe li. iii. de Turdetanię. i. Bętice metallis loquẽs ita subdit. ἀξιοῦσι δὲ γαλάται τὰ παρ᾽ ἑαυτοῖς εἶναι κρείττω μέταλλα ἔν τῷ κιμερίῳ ὄρει: καὶ τὰ ὑπ᾽ αὐτῇ κείμενα τῇ πυρήνῃ. τὸ μέντοι πλεῖον τὸ ἐντεῦθεν εὐδοκιμεῖ. Galli vero meliora esse sua censent quę in Cimerio monte sita sunt: & quæ pyrene ipsi subiacent: illinc tamẽ aurum magis probatur q̃ gallicũ. Vbi puto nõ Cimmerio sed Cemmeno legendũ. Cemmeni. n. montes. κεμμένων ὄρος Apud Srabonem li. iiii. aquitaniam a celtis discludũt: quo loco Cęsar Gebennã vel Cebẽnam potius montem ponit. huius pars hodie tarara vocitatur. Rursus idem auctor lib. iiii. de Narbonensi littore loquens & sinu qui gallicus illic dicitur. ἔχουσι δὲ τάρβελλοι τὸν κόλπον: παρ᾽ οἷς ἐστι χρυσεῖα σπουδαιότατα πάντων: ἐν γὰρ βόθροις ὀρυχθεῖσιν ἐπὶ μικρὸν εὑρίσκονται καὶ χειροπλήθεις χρυσίου πλάκες ἔσθ᾽ ὅτε μικρᾶς καθάρσεως δεόμεναι. τὸ δὲ λοιπόν: ψῆγμά ἐστι καὶ βῶλοι: καὶ αὐταὶ κατεργασίαν οὐ πολλὴν ἔχουσαι. Tarbelli inquit eum sinum optinent apud quos aurifodinę sunt omnium præstãtissimæ. in specubus enim leniter effossis; inueniuntur auri crustæ quæ manum implere possint: interdum modico purgamento indigẽtes. reliquum autem aurum ramenta sunt & glebulæ modicam & ipsę operam poscentes. Interior autem regio & montana melius solum habet. nam ad pyrenen Conuenarum est ciuitas qui eo ad incolendum conuenerunt: vbi oppidum Lugdunus. Hallucinatus eo loco interpres qui locum ita vertit: nã ad pyrenen Cõuenarum Synclydo est vbi oppidum Lugdunum. quasi Synclidõ nomen esset oppidi cum genitiuus sit pluralis conuenarum significans. Synclydes. n. collectitii alicui9 loci habitatores dicunt̃ vt latine Cõuenæ. πρὸς μὲν τῇ πυρήνῃ ἡ τῶν κονουένων ἐστὶ συγκλύδων ἐν ᾗ πόλις λούγδουνος. Pli. de aquitania loquens. mox in oppidum (inquit) contributi Conuenæ. Lugduni autem oppidi in ea regione non meminit Strabo his verbis. Tectosages pyreneis propinqui sunt montibus: paulum etiam aquilonare latus cẽmenorum montium attingunt: terram colentes auro multo præditam. ἐφάπτονται γὰρ μικρὰ καὶ τοῦ προσαρκτίου πλευροῦ τῶν κεμμένων. πολύχρυσόν τε νέμονται γῆν. Apud ipsos autem thesauros ab imperatore Romano Scipione repertos in vrbe Tolossa & ablatos ait. a quibus aurum Tolossanum apud scriptores decantatissimum: in prouerbiũ cessit vt auctor est Gel. τὰ μὲν γὰρ εὑρεθέντα ἐν τῇ τολώσῃ χρήματα μυρίων που καὶ πεντακισχιλίων ταλάντων γενέσθαι φασί. τὰ μὲν ἐν σηκοῖς ἀποκείμενα: τὰ δ᾽ ἐν λίμναις ἱεραῖς: οὐδεμίαν κατασκευὴν ἔχοντα ἀλλ᾽ ἀργὸν χρυσίον καὶ ἄργυρον. Posidonius (inquit) veri similiter tradit pecunias Tolossæ repertas ad quindecim talentum millia. quarum partẽ in fanis: partem in lacubus cõsecratis recõditã fuisse: argentũ

Metalla auri quodã i gallia

Cõuenæ.

Synclides.

Aurũ tolossanum

aurũq; infectũ atq; rude. et rursus paulo inferius: vt autẽ inqt Possidonius & alii cõplures: regio ipsa auro alioquin abũdans & homines habens superstitioni addictos: & ad parsimoniam in victu assuetos: multis in locis Celticę Galliæ thesauros habuit: maxime vero lacus eis sacrosanctos a pdonũ direptionibus thesauros pstabãt: in quos ideo auri argẽtiq; põdera demiserãt. Romani vero quũ vi & armis loca ea obtinuissent: auctioni lacus eos publice subiecerũt. Emptorum autẽ plurimi molas argenteas ductiles inuenerũt. μάλιστα δὲ αὐτοῖς αἱ λίμναι τὴν ἀσυλίαν παρεῖχον: εἰς ἃς καθίεσαν ἀργύρου ἢ καὶ χρυσοῦ βάρη. οἱ γοῦν ῥωμαῖοι κρατήσαντες τῶν τόπων ἀπέδοντο τὰς λίμνας δημοσίᾳ. καὶ τῶν ὠνησαμένων πολλοὶ μύλους εὗρον σφυρηλάτους ἀργυροῦς. Idem auctor est Lueriũ Aruernũ patrẽ Bititi (qui Bititus cũ Maximo æmyliano & Domitio Oenobarbo ducẽtorũ hominũ exercitu conflixit:) tantis delitiis diuitiisq; circũfluxisse: vt aliquãdo ostẽdẽdarũ opũ gratia curru vectus p cãpũ ingrederetur nũmos aureos argenteosq; hucatq; illuc spargens. quibus colligendis amici & comites occupati sequerentur. τοσοῦτον πλοῦτον λέγεται καὶ τρυφῇ διενεγκεῖν: ὥστε ποτὲ ἐπίδειξιν ποιούμενος τοῖς φίλοις τῆς εὐπορίας: ἐπ᾽ ἀπήνης φέρεσθαι διὰ πεδίου: χρυσοῦν νόμισμα καὶ ἀργύρου δεῦρο κἀκεῖσε διασπείρων: ὥστε συλλέγειν ἐκείνους ἀκολουθοῦντας. Auri Tolossani meminit Gel. li. iii. & Cicero de natura deorũ li. iii. ob cuius raptũ questionẽ habitã esse dicit. Trogus li. xxxii. Cepionẽ appellat eũ imperatorẽ qui aurum Tolossanũ abstulit: qđ sacrilegiũ ei & exercitui ei⁹ excidii causam fuisse tradit. Auri autẽ (inquit) fuere centũ & decẽ millia pondo. argenti quinquies decies cẽtena millia. Hęc summa vix dicere ausim quãti æstimãda sit. auri singula pondo minoris æstimari centũ aureis solatis non possunt etiam vt vndecima pars æris in eo mixta fuerit. Qua ratione aurũ illud tolosanũ centies & decies centenis millibus aureorum valuit. qđ si obryzum fuerit: id est centenis & duodenis solatis in libras æstimabile: cẽties vicies ter centenis & viginti millibus valuit. Quod autẽ ad argentũ pertinet Trogum existimarim nõ quinquies decies centena millia põdo scripsisse: quę summa quinquagies millies mille aureos valet: sed quindecies centena millia: quę quindecies millies mille aureis coronatis æstimãtur a nobis: id est centies & quinquagies centenis millibus. Qđ si quis Trogũ quinquies decies scripsisse malit: tamen pro quindecies intelligam: quo modo apud Suetoniũ in Augusto. quaterdecies millies pro bis septies. i. quatuordecies. Cicero etiam sic vsus est. Strabo ex Posidonio quindecim millibus talẽtum argenti æstimasse aurum argentũq; simul videtur. quæ summa minor est minima pdictarũ. id est nonagies cẽtena millia aureorũ. Apud Iosepum. lib. supradicto Agrippa magnifice de Galliarũ situ & felicitate Gallorũ domestica disserit. quos omnegenus bonis apud se scatẽtibus totũ pene orbẽ irrigare: mirifico pconio vociferat. & nihilo secius sub mille & ducẽtis militibus Romano imperio parere: quibus plures ppemodũ ciuitates habeãt: nõ animi mollitia: vt q octoginta annis p libertate dimicassent: sed animi destinatione in obsequiũ eius gẽtis fixa cuius & virtutẽ experti fuissent & fortunã admirarẽtur. Multa adhuc adnotauimus quę fide caritura sunt: vt opinor: psertim apud eos (vt dixi) q oia & pterita & futura psentis tẽporis modulis metiuntur: vnũ etiã addã ex

Luerius aruern⁹.

Cepio.

Felicitas Galliarũ.

eodem Strabone: qui de Bætica loquens. πολὺς δὲ καὶ ἐσθὴς πρότερον. νῦν δὲ ἔρια μᾶλλον τῶν κοραξῶν. καὶ ὑπερβολή τις ἐστὶ τοῦ κάλλους. ταλαντιαίους γοῦν ὠνοῦνται τοὺς κριοὺς εἰς τὰς ὀχείας. Multa aũt vestis antea inde veniebat. nũc aũt lanę magis q̃ a coraxis: pulchritudine eximia. si quidẽ ppter hoc arietes talẽtari precio emũtur ad admissurã. Coraxi aũt populi sunt Colchorũ Stephano de vrbibus. Talentũ sexcẽtis aureis æstimamus. tanti aũt vẽditari arietes potuerũt apud eos qui asinos admissarios vel etiã asinas ad fœturã. xl. sestertiis id est ad mularũ partus emerẽt: vt supra ex Varrone & Plinio didicimus. Verũ. n. uero cũ tot olim auri metalla fuerint & in Hispania & in Gallia: hodie neutrobi esse dictitãtur quę quidẽ cõmemorari digna sint. Nã & Strabo suo iã tẽpore in Tmolo & circa Pactolũ & aliis in locis consumpta fuisse auri metalla auctor est li. xiii. vidim⁹ hoc anno ex Lingonẽsi agro effossos lapides auro argẽtoq; interstinctos: ex qbus aurũ argẽtũq; elicitur: hos metallarii p experimento dederant. qualis autẽ subesset vena nondũ cõpertũ erat. Is ager in ditione est antistitis Lingonẽsis: viri cũ singulari ac multiplici eruditione pditi: tũ vero ad priscã normã Põtificũ exacti. Cuius auspiciis metallarii opifices specimina pdicta auri argẽtiq; metallorum ediderũt. Postremo idẽ Strabo li. xiiii. circa finem: Polybius (inquit) auctor est tẽpore suo circa Aquileiã: & psertim in Tauriscis Noricis inuentã esse aurifodinã sic natura cõmodã: vt cũ quis in duos pedes terrę supficiẽ detraxisset: statim aurũ fossititiũ inueniret. effossionẽ aũt nõ infra quindecim pedẽ pcessisse. Fuisse aũt aurũ illud partim purũ magnitudine fabę aut lupini. octaua tantũ parte decocta. partim pluscula indiguisse excoctione. alioquin valde vtile. Verũ cũ Itali Barbaris in ea re operã nauare cœpissent: cõtinuo intra duos mẽses aurũ per totã Italiam tertia parte pretii vilius esse cœpit. Qđ cum Taurisci animaduertissent: eiectis adiutoribus operis soli aurum promercale exposuerunt. Nunc autem (inquit) omnia auri metalla in Romanorum potestate sunt συνεργαζομένων δὲ τοῖς βαρβάροις τῶν ἰταλιωτῶν: ἐν διμήνῳ παραχρῆμα τὸ χρυσίον εὐωνότερον γενέσθαι τῷ τρίτῳ μέρει καθ᾽ ὅλην τὴν ἰταλίαν. αἰσθομένους δὲ τοὺς ταυρίσκους μονοπωλεῖν ἐκβαλόντας τοὺς συνεργαζομένους. νῦν δὲ ἅπαντα χρυσεῖα ὑπὸ ῥωμαίοις ἐστί. Hoc dictum Strabonis eo pertinet quod supra de auri ad argentum analogia dictum est: quæ varia olim fuisse deprehenditur: Pollux decuplicem posuit. Ex Plinio Romæ primum dimidio etiam maiorem fuisse docuimus. Rursus Tranquillo auctore Cæsar dictator aurum in libras ternis millibus nummũ venundedit: quæ ratio subduplex est eius quam Plinius posuit: quæ est eiusmodi vt aurum quindecies argento repensile fuerit. Si tamen locus emendate nunc legitur: vt alibi dictum est. Herodotus: non modo aurum sed etiam psegma aureum terdecies tanto argenti taxabile posuit. cum tamen denequaternę vnciæ psegmatis vel chrysammi sanctione principali pro singulis auri libris cedant: vt diximus. Qua ratione septima fere parte psegma auro obryzo vilius fuisse conuincitur. Sic Herodoti æstimatio proxime ad Plinianam accedit. Porro ex Tacito docuimus aureos singulos Romanos centenis nummis valuisse. Qua ratione auri drachma duodenis argenteis & hemidrachmio valuit. nostri autem temporis æstimatione aurum paulo minus duode-

Arietes talẽtares in Bætica.

Effœta iã & exhausta auri metalla.

Auri ad argentũ analogia.

cies argento rependitur. Intelligimus igitur ex verbis Strabonis inter dum propter auri copiã ex metallis existentẽ: auri preciũ diminutũ etiã tertia parte: sic fit vt Pliniana æstimatio ad Pollucis æstimationẽ redeat. nostri aũt plęriq; opinãtur iustã auri ad argentũ proportionẽ decuplicem censeri. Sed auri penuria esse auctã. quod ex ꝑdictis nõ videt esse verũ. In vniuersum aũt ostendimus varias auri indicaturas: quæ auri etiã precia euariare faciunt. nec aliud statui (vt arbitror) ex antiquorum lectione de auri ad argentum proportione potest. Ad ea autẽ quę de Gallia diximus: illud etiam addemus Lugduni Argyrocopium fuisse Romani imperii: id quod Strabo .li.iiii. his verbis perhibuit. Lugdunũ in colle conditum: vbi arar amnis Rhodano immiscetur: Romano tenetur imperio: ampliori quoq; dignitate virorum secũdum Narbonẽ florẽs. quibus vsui magnũ est emporiũ. ibi quoq; Romani duces aureũ nomisma argẽteũq; signant. καὶ τὸ νόμισμα χαράττουσι ἐνταῦθα τότε ἀργυροῦν καὶ τὸ χρυσοῦν. Fuit etiã signandæ pecunię officina Apolloniæ in epiro. Cice. ad. Gn. Plan. Li. xiii. epist. Cũ signaretur argentum Apolloniæ non possum dicere eum præfuisse: neq; possum negare eum affuisse. Lugduni autem templum cõmuni vniuersæ Galliæ impensa exstructum est: & Cæsari Augusto consecratũ ea parte ante vrbem vbi amnes cõfluũt: inibiq; ara dignitatis eximiæ gẽtium sexaginta titulo insignis dicatis ibi totidem gentiũ simulachris. Age iam percenseamus immensas pecuniarum summas & impendia inusitata quibus confirmari possit id quod ante diximus de redditibus opimis Romani imperii. Tranq. In Calig. Nepotinis sumptibus omniũ prodigorum ingenia superauit: cõmẽtus nouũ balnearũ vsum: portẽtosissima genera ciborũ atq; cœnarũ: vt calidis frigidisq; vnguẽtis lauaret: ꝑciosissimas margaritas aceto laq̃factas sorberet. cõuiuis ex auro panes & obsonia apponeret: aut frugi hoiem eẽ oportere dictitãs aut Cęsarẽ: qui etiam nũmos nõ mediocris summę e fastigio basilicę iuliæ per aliquot dies sparsit in plebẽ. In exstructionibus ꝑdiorũ atq; villarũ omni ratiõe postha bita nihil tã efficere cõcupiscebat q̃ q̃d posse effici negaret: & iactę itaq; moles infesto ac ꝓfundo mari: & excisę rupes durissimi silicis: & cãpi mõtibus aggere ęquati: & cõplanata fossuris mõtiũ iuga: incredibili quidẽ celeritate: quũ morę culpa capite lueret. Ac ne singula enumerẽ immẽsas opes totũq; illud Tyberii Cęsaris vicies ac septies millies sestertiũ nõ toto vertẽte ãno absũpsit. Idẽ alibi. nouissime cõtrectãdę pecunię cupidine incẽsus: sępe sup̃ imẽsos aureorũ aceruos patẽtissimo diffusos loco: & nudis pedib9 spatiat9: & toto corpe aliquãdiu volutat9 ẽ. vicies septies millies sestertiũ: nomismate nr̃o sexagies septies millies mille aureos & quigẽta ꝑterea millia valuit vel (vt prisco more loquamur) sexcẽties septuagies quinqies cẽtena millia aureorũ. græci sex millia septingẽtas & quinquaginta myriadas aureorum dicerent. Priscum aũt eum morem numerãdi fuisse ex Plin. apparet libro. xii. vbi de Arabia felici loquens: minima (inquit) computatione millies centena millia sestertium annis omnibus india & seres: peninsulaq; illa imperio nostro adimunt. non dicit cẽties millies: mille sestertium vt nunc loquimur: sed millia centena quod idem est. sic alibi in. ii. Pars nostra terrarũ de qua memoro: ambiẽte (vt dictũ est)

Ara memorabilis lugduni.

Caius princeps inaudita ꝓdigẽtia infamis.

Memorabilis opũ immẽsarũ ꝓfligator.

Vicies & septies millies sestertium.

Priscus mos numerandi.

oceano velut innatans: longissime ab ortu & ab occasu patet: hoc est ab india ad Herculis columnas gadibus sacratas octuagies quinquies centena septuaginta octo millia passuum: sicut Artemidoro placet auctori. hoc apud Martianum capellam totidem verbis legitur. longitudo ab ortu ad occasum hoc est ab ipsius indiæ extremitate vsq; ad Herculi columnas sacratus: octuagies quinquies centena septuaginta octo millia sunt: sicut etia Artemidorus auctor asseruit. Rursus idem. Pli. lib. eodẽ vniuersum autem hunc circuitum Eratosthenes in omnium quidem literarũ subtilitate: & in hac vtiq; præter cęteros solers: quem a cunctis probari video: ducentorum quinquaginta duorum milliũ prodidit: quę mensura Romana cõputatione: efficit trecenties quindecies centena millia passuũ. hæc verba cum sic legerentur apud Vitruuiũ. li. pri. nuper Iocundus architectus vir religioni initiatus: omnis antiquitatis peritissimus: tamen more nostro referẽda cẽsuit: in iis exemplaribus Vitruuii quæ egregie alioquin & solerter emendata imprimenda curauit. Sic enim in iis legitur. quæ ducenta quinquaginta duo millia stadiorũ fiunt passus semel & tricies millies mille & quingenties mille. huius autem octaua pars quam vẽtus tenere videt est ter millies mille & nonigẽties tricies septies mille: & passus quingenti. qui modus loquendi antiquitatem non resipit: quare sic locum potius lego (ex librorum prius impressorum obseruatiõe: licet corruptus ille locus atq; etiam mutilatus in eis sit) quæ fiunt passus trecenties & quindecies centena millia. Huius autem octaua pars quam vẽtus tenere videtur est tricies nouies centena triginta septẽ millia: & quingenti passus. hac lectione & vetusta formula restituit: & numerus ad passum conuenit. Verum apud Plin. lib. eodem vbi legitur in cꝓdicibus post Hermolai emendationes impressis: tricies quater quinquaginta millia: & quinquagies bis quindecim millia passuum: centena verbum subaudiendum est vt recte admonuit Hermolaus. quomodo & paulo post. q̃ mensura vniuersa ab eo mari efficit octuagies quinquies septuagita octo millia. superius. n. centena additũ est a Plinio: quod hic non legitur sed subintelligendum relinquitur. hoc autẽ liquere potest ex Martiano apud quẽ omnia iisdem verbis vt apud Plinium leguntur. nam cum apud Plinium ita legatur in manu scriptis & in impressis ante Hermolaũ: a Gange amne ostioq; eius quo se in eorũ oceanum effundit per indiam parthienẽq; ad myriandrum vrbem syrię in issico sinu positã. LV. M. XV. Passuũ decem & nouẽ: apud Martianum eadem verba leguntur nisi q̃ numerus ita effertur: quinquagies bis quindecim millia. Ex quo auctore Hermolaus Pliniũ eo capite emẽdauit: quare cõiectura ex hoc loco fieri potest ad ea q̃ nos ipsi in Plinio mutauimus: vt millies sestertium & quingenties & huiusmodi alia aduerbialiter prolata: quæ confusa sunt in exẽplaribus propter notarum compendia. Simile est illud quod statim: sequitur apud Plinium. latitudo autem terrę a meridiano situ ad septẽtrionem dimidio fere minor colligitur. Liii. Mil. Lxii. sic. n. in manu scriptis & olim impressis legitur. cũ Martianus dicat quinquagies quatercentena sexaginta duo millia. Quem a Plinio hæc & alia superiora transcripsisse non dubito. Cẽtena autem verbum in his numeris subintelligẽdum relinqui planum fit

ex eodem Martiano: qui de Europæ lõgitudine loquens ita inquit. Europæ solius mensura octogies bis. xciiii. Pli. li. iiii. longitudinẽ Europæ Artemidorus atq; Isidorus a tanai ad gades. lxxxii. xiiii. prodiderũt. Sic. n. in antiquis legitur licet in impressis. Lxxxiiii. millia legatur. Apud Martianum octogies bis centena nonaginta quatuor millia intelligo. apud Plinium sic: octogies bis centena. xiiii. mil. passuũ: & sic plerũq; & Plinius & Martianus locuti sunt: & ante eos Cicero. quod eo valet quod supra diximus de compendio loquendi per aduerbia antiquis vsitato. vt centies sestertium ꝓ centies centena millia sestertium omnino intelligi debeat. vt fortasse illi numeri. li. xxxiii. Plinii de ærario Romano: recte restituti videantur a nobis supra libro secundo. Macrobius: in primo de somnio Scipionis numerandi compendium refugiens: ita inquit. duplicatis igitur illis quadragies octies centenis millibus: erit integra diametros cœlestis circuli nonagies sexies centena millia stadiorum: & inuẽta diametros facile mensurã nobis ipsius quoq; ambitus prodit. Hanc. n. summã quę diametrum fecit: debes ter multiplicare adiecta parte septima. & ita inuenies totius circuli per quem sol currit ambitũ stadiorũ habere trecenties cẽtena millia: & insuper centũ septuaginta millia. Sed vt ad rem redeã prędictas opes Tyberius Augustus princeps non modo deparcus & sordidus: sed etiam rapax: annis tribus & viginti confiscauit. Caius autẽ successor intra annum primũ imperii exhausit cũ annuis vectigalibus & tributis imperii. Quapropter idẽ auctor de Nerone ita inquit. diuitiarum & pecunię fructũ non alium putabat q̃ profusionẽ: sordidos ac deparcos esse quibus ratio impẽsarũ cõstaret. prę lautos vereq; magnificos qui abuterentur ac perderent. laudabat mirabaturq; auunculũ Caium nullo magis nomine q̃ q; ingentes a Tyberio relictas opes in breui spatio prodegisset. Quare nec largiendi nec absumendi modũ tenuit. In Tiridatẽ (qd̃ vix credibile videatur) octingenta nũmum millia diurna erogauit: abeuntiq; super sestertium millies cõtulit. nullam vestem bis induit. Quadringenis in punctum sestertiis aleã lusit. nunq̃ carrucis minus mille fecisse iter traditur: soleis mularũ argenteis. hactenus Tranq. Tiridates rex erat armeniæ Vologesis parthorũ regis frater in qua regione cũ Corbulo præfectus res prospere Neronis auspiciis gessisset: Tiridates rebus aduersis perterritus ad colloquium cũ Curbulone venit. In quo colloquio Tiridates (vt inquit tacitus. li. xv.) de nobilitate generis multum prę fatus: cætera tẽperanter adiungit. iturum quippe Romã: laturũq; nouũ Cæsari decus non aduersis parthorum rebus supplicẽ Arsacidem. Tũ placuit Tiridatem ponere apud effigiẽ Cæsaris insigne regũ. nec nisi manu Neronis resumere. & colloquiũ osculo finitũ. dein paucis interiectis diebus magna vtrinq; specie inde eques cõpositus per turmas & insignibus patriis. hinc agmina legionum stetere fulgentibus aquilis. in medio. tribunal sedem curulem: & sedes effigiem Neronis sustinebat. Ad quam progressus Tiridates cæsis ex more victimis: sublatum capiti diadema imagini subiecit. postero die spatium orauit quo tantũ itineris aditurus fratres ante matremq; viseret: obsidẽ interea filiam tradit literasq; supplices ad Neronem. hæc causa fuit cur Tiridates Romã veniret: cuius aduẽtũ

Nero æmulus Caii auũculi sui.

Tiridates.

vt honorificentissimum sibi Nero omnibus votis cõcupierat. In huius aduentum Nero Põpeii theatrũ operuit auro. de quo Pli. li. xxxiii. Nero Põpeii theatrum operuit auro in vnum diẽ quo Tiridati regi armenię ostẽderet. Idẽ li. xxx. de magia loquẽs: quã ob id inanem artẽ esse cõtendit q; eam Nero scire maxime cõcupiuit nec potuit: cũ nec ingeniũ nec facultates deessent. Mag⁹ (inqt) ad eũ Tiridates venerat: armeniacũ de sese triumphũ afferens: & ideo ꝓuinciis grauis. nauigare noluerat: quoniam expuere in maria aliisq; mortalium necessitatibus violare naturã eã fas non putant. Magos secum adduxerat. Magicis etiã scenis eũ initiauerat. non tamẽ cũ regnũ ei daret: hãc ab eo accipere artẽ valuit. Trãquillus alibi de eodẽ ita inquit. nõ immerito iter spectacula ab eo edita: & Tiridatis in vrbem introitum rettulerim. quẽ armenię regẽ magnis pollicitationibus sollicitatum: cum destinato per edictũ die ostensurus populo ꝓpter nubilũ distulisset: ꝓduxit quo opportunissime potuit: dispositis circa fori tẽpla armatis cohortibus: curuli residẽs apud rostra triumphãtis habitu inter signa militaria atq; vexilla. & primo ꝓ deuexũ pulpitum subeũtẽ admisit ad genua. alleuatũq; dextra exosculatus est: dein p̃cãti tiara deducta diadema ꝓposuit: verba supplicis interp̃tata p̃torio viro multitudini ꝓnũciãte. ꝓductũ in theatrũ ac rursus supplicãtẽ iuxta se latere dextro collocauit. Ergo Tiridati Nero octingẽta sestertia diurna erogauit: q̃ perinde estimo ac si vicena millia aureorũ nostrorum diceres. diurna aũt nescio an q̃ diu Romę fuit intelligam: an ex quo intra fines Romani imperii esse cœpit. discedenti aũt amplius vicies quinquies cẽtenis millibus dono dedit. quadragenis in punctũ sestertiis aleã lusit: id est denis aureorũ nostrorũ millibus in singula puncta: non in singulos casus aleę. Huiusmodi ludus ab eodem trãquillo in Augusto describitur. Inter cœnam lusimus gerontico & heri & hodie. talis. n. iactatis vt quisq; canẽ aut senionem miserat: in singulos talos singulos denarios in medium cõferebat: quos tollebat vniuersos qui venerem iecerat. hac ratione fit vt immensus ille ludus Neronianus fuerit. de domo autẽ aurea si quis locum apud Tranquillum legerit: quicquid nostro æuo exędificatum est: despicabile existimabit: adeo vt gallionẽse ꝓtoriũ Cardinalis Ambasiani qd̃ iã in ꝓuerbiũ venit ob sumptũ supuacaneum: gurgustiũ prę illa domo Neronis videri possit. Quã tamẽ ipsam Plinius: a Marci Scauri theatro opis magnificẽtia victã fuisse contendit: ne miremur millies sestertiũ absumptũ in Marci Scauri villæ incendio. vel bis millies fortasse quod antea explicuimus. quãti aũt domus aurea constiterit: ex eo cõiiciendũ relinquitur: qd̃ idem Tranquillus de othone scripsit. Diplomatibus primisq; epistolis suis Neronis cognomen adiecit. certe & imagines statuasq; eius reponi passus est. nec quicq̃ prius pro potestate subscripsit q̃ quingẽties sestertium ad peragẽdã aureã domũ. Si igitur Otho quingenties sestertiũ: id est duodecies cẽtena & quinquaginta millia aureorũ nostrorũ attribuit ad peragendã domũ auream: quanti opus ipsum antea factũ æstimamus: nã nihil defuisse operi ex eo apparet qd̃ idẽ in Nerone inquit. Eiusmodi domũ cũ absolutã dedicaret: hactenus cõprobauit vt diceret quasi hominẽ tãdẽ habitare cœpisse. quigẽties igitur sestertium subscripsisse Othonem intelligimus ad appen-

Tiridatis aduẽtus Romam.

Nero magię studiosus.

Quadringentis in punctum sestertiis aleã lusit.

Domus aurea Neronis.

Domus aurea Neronis.

dicum q̃uandam domus faciendam vel operis expolitionē. Pli.lib.xxxiii. Nero Pompeii theatrū operuit auro in vnū diē quo Tiridati regi Armenię ostēderet: & quota pars ea apparatus fuit aureę domus ambientis vrbem? Tacitus li.xvii.bis & vicies millies sestertium donatiōibus Nero effuderat: appellari singulos iussit. decuma parte liberalitatis apud quēq; eorū relicta. at illis vix decumæ super portiones erāt. exactioni.xxx.equites. Ro. prępositi. Igitur si Nero quatuordecim annis quibus in imperio fuit bis & vicies millies sestertiū donationibus effudit: id est quingēties & quinquagies centena millia aureorū nostrorū: & aureā domū extruxit: cū interim in omni partæ vitę pdigos omneis superasset: qd existimabimus de opulentia imperii? de eo Pli.li.xii. ita inquit. Periti rerum astruxerunt nō ferre thuris tantum annuo fœtu arabiam q̃tū Nero princeps nouissimo Pōpæ suæ die concremauit. vbi poppeę legendum puto. de cuius morte tacitus lib.xvi. post finem ludicri Poppea mortē obiit forruita maritiiracūdia: a quo grauida ictu calcis afflicta est. corpus non igni abolitū vt Romanus mos: sed regum externorū consuetu dine differtū odoribus conditur: tumuloq; iuliorū infertur. ductę tamē publicę exequię. Eusebius in Chronicis & Orosius septimo histor. auctores sunt Neronē senatum Ro. coegisse ad conferēdū sibi annuū cēties sestertiū ad tolerandas expēsas imperatorias. hoc est ære nostro ducena quinquagena millia aureorū: id quod post mortē Senecæ factum fuit: cū iam deterior fieri non posset Nero: & ad summū nequitię & improbitatis peruenisset. Post Neronem Vitellius princeps successit de quo ita scribit Tranquillus. Sed vel pręcipuæ luxurię sæuitięq; deditus: epulas trifariā semper: interdum quadrifariam dispertiebat: in ientacula & prandia & cœnas comessationesq; facile omnibus sufficiens vomitandi consuetudine. Indicebat autem aliud alii eadem die. Nec cuiq̃ minus singuli apparatus quadrigenis millibus constiterunt. famosissima sup cęteras fuit cœna ei data aduentitia a fratre. In qua duo millia lectissimorum piscium: septem auium apposita tradūtur. hanc quoq; exuperauit ipse dedicatione patinæ: quā ob immēsam magnitudinē clypeū mineruę: id est ægida poliuchi dictitabat. In hac scarorum iecinora. phasianorū & Pauonū cerebella: linguas phœnicopterū: murenarum lactes a carpathia vsq; fretoq; Hispanię petitarū: cōmiscuit. hactenus Tranquil. Equidē nihil maius dici aut excogitari in luxuria posse video: nisi margaritarum liquefactarū haustus. Iā primū Pauones vidimus Varronis tēpore quinquagenis denariis venales: id est quinis aureis nostris: quorū cerebellis patina illa constabat: vt Iocinoribus Scarorū de quibus Pli.li.ix. ita inquit. Nunc scaro datur principatus: qui solus piscium dicitur ruminare herbisq; vesci: nō aliis piscibus: mari carpathio maxime frequens. proxima est his mēsa generis dūtaxat mustelarum: & paulopost: ex reliqua nobilitate & gratia maxima est & copia mullis: sicut magnitudo modica. ex his verbis apparet Scarum primæ auctoritatis fuisse apud ganeosos homines. qui quanti vendi potuerit coniicere licet ex p̃cio mulli qui Claudio principe septem vel octo millibus nummū emptus fuit ab Asinio vt alibi dictum est. de Phœnicoptero idem Plinius libro decimo. Phœnicopteri linguam præcipui saporis esse Apitius docuit ne-

Bis & vicies millies sestertiū Neronis pdiga liberalitate effusum.

Poppęę cędes.

Collatio senatus exacta a Nerone.

Vitellius

Cœna vitelliana.

potum omniū altissim9 gurges. Idē li.xxxv. Atq; vt luxu quoq; auctoritas cōtingat figlinis: tripatinū (inquit) fenestella appellabatur summa cęnarū lautitia. vna erat murenarū: altera luporū: tertia myxonis piscis: inclinatis iā scilicet moribus. Nā nos cū vnam æsopi tragœdiarū histrionis in natura auiū diceremus sestertiis sexcentis stetisse: nō dubito indignatos legentes. at Hercules vitellius in principatu suo. cc. sestertiis cōdidit patinam: cui faciēdę fornax in cāpis iis ędificata erat: quoniā eo puenit luxuria vt etiā fictilia pluris constēt q̃ murrina. ppter hāc Mutianus altero cōsulatu suo in cōquestione exprobrauit pōtinarū paludes Vitellio. Memoria nō illa fœdiore cui9 veneno asp̃nati reo Cassius seuer9 accusator obiiciebat interiisse centū triginta cōuiuas. si hęc verba vere legūtur: patina illa fictilis ducentis sestertiis: id est non minoris q̃ quinq; millibus aureorum nostrorū constitit: propter qd̄ Plinius dixit pluris fictilia constare q̃ murrina: quorum p̃cia Plinius magna ponit. li.xxxvii. Sed quonā modo fieri potuerit vt patina fictilis tāti constiterit inire rationē nequeo. nec ipse Plinius hoc significare mihi videtur cū pri9 dixerit: ęsopi patinā sexcētis sestertiis stetisse. patinā. n. p ferculo posuisse notū est ex loco li. decimi qui a nobis diligenter (vt spero) explicatus est de centum auiculis humano sermone canoris: senis millibus emptis. Sed rursus si Plinius de ferculo intellexit: quonā pacto Plinius non ineptus erit qui post sexcenta sestertia: ducenta sestertia dixit? cum maius aliquid omnino & mirabilius dicere vellet: vt plane quis ex verbis eius intelligere potest. Cum hic me scrupulus anxium olim habuisset: libros antiquos adii in quibus decem talentis pro ducentis sestertiis legitur: quod nec ipsum placuit: vtpote quod sextam tantum partem ad ducenta sestertia adderet: & alioquin nū q̃ Plinius & antiq de rebus Romanis per talenta locuti sunt: licet in antiquis quibusdā codicib9 Plinii mendose sæpe legatur hoc verbum in mentione rerum latinarum. Quare ex vetustissimo exemplari decies sestertium lego: quod addit quadringenta sestertia ad patinam æsopi: id est aureorum decem millia. Condidit autem pro commentus est & auctor fuit intelligo. Quod autem sequitur: sic lego. Propter hanc mutianus altero consulatu suo in concione exprobrauit patinarum paludes vitellii memoriæ. non illa fœdiore cui9 veneno asprenati reo Cassius Seuerus & cętera. Hoc sensu. vt non sit fœdior illa patina in qua venenum datum est tot conuiuis. patinarum autem paludes figurate dictum est allusione pōtinæ paludis: cum patina ipsa etiam fictilis esset & lutea. de qua Pli. lib.iii. a Circeis palus pontina est: quem locum. xxiii. vrbium fuisse Mutianus ter consul prodidit. Is est autem Mutianus cuius mentio crebra est apud Tacitum: qui Vespasianum ad capessendum imperium hortatus est: quē intelligimus ex verbis Plinii vitellio supplicio affecto pro concione aliquando taxasse tempora Vitellii ob luxum perditissimum. vel alias conquerendo exprobrasse patinæ fœditatem si conquestione legatur. Tacitus de luxu vitellii loquens. lib.xvii. ipse abunderatus si præsentibus fruretur: nec in longius consultans: nouies millies sestertium paucissimis mensibus interuertisse creditur. hanc ego summam nō minorem ducenties vicies quinquies centenis millibus esse autumo. octauo aūt mēse im-

Tripatina.

Patina æsopi.

Patina vitellii.

Pli. locus.

Vitellianus lux9.

Nouies millies sestertium.

perii sui exercitus ab eo desciscere cœperunt. Paucos igitur mēses Tacitus octo menses appellauit. Hic facere non potui quin maius etiã luxurię exemplũ vitelliana patina reminiscerer: tãetsi nõ quererẽ: id erit ex Trãquillo in Nerone deterrimorũ omniũ principum facinorosissimo, quo loco enim de luxu eius epulari loquit: indicebat (inquit) & familiaribus cœnas: quarum vni mellita quadragies sestertiũ constiterunt. Ego mellitos appellatione mellita dulciora fercula intelligo quę vltimis mensis apponuntur, vt hodie saccharati missus epularũ a pistore dulciario. & omnia q̃ bellariorũ noie continẽtur. & Saccharei operis strues in adiicialibus cœnis quę in lancibus argenteis ad ostentationem traducuntur: magis vt delibentur q̃ vt esitentur. hæc si centenis millibus aureorum nostrorum æstimantur: q̃ti cœna ipsa æstimari poterit? Maiora sunt ista omnino nostræ ætatis captu. Sed de Vitellii helluatione ita inquit Iosepus. lib. quinto de bel. iudaico. Octo menses ac dies quinq; potitus imperio iugulatur in media vrbe: quem si viuere diutius contigisset: eius luxuriæ satis esse imperium non potuisset. Vitellio successit Vespasianus Augustus: Qui omissa sub Galba vectigalia reuocauit: noua & grauia addidit: tributa etiam auxit: & prouinciis nonnullis duplicauit: quare eum nonnulli auarissimum esse tradiderũt. sunt contra: qui opinentur (inquit Tranquillus) ad manubias & rapinas necessitate compulsum summa ærarii fiscique inopia. de qua testificatus sit initio statim principatus: professus quadringenties millies opus esse vt resp. stare posset. quod & verisimilius videtur: quando male partis optime vsus est: in omne genus hominũ liberalissimus. quippe qui expleuerit censum senatorium: & consulares inopes quingenis sestertium millibus annuis sustentauerit. Ingenia & artes vel maxime fouerit: primusq; e fisco latinis græcisq; rhetoribus annua centena constituerit. cæterum quadringenties millies maiorem summam esse video q̃ vt Vespasian9 sperauerit quantauis persimonia aut tributorum exactione colligi posse. quare pro quadringenties quadragies legendum esse videtur: & sic quidem maxima erit summa earum quas ad huc diximus. id est millies centena millia aureorum coronatorum. vltra em̃ hãc summã ne ludicra qdẽ vota hoim̃ pcedere solẽt. etiã si im̃ẽsum qd: maiusq; oi auri cõceptaculo exoptare cõtẽdãt. Sed tamẽ credibile hoc faciũt ea q̃ i secũdo scripsimus. Hæc fere sũt ex quibus Romanorũ opes cõiicere magis q̃ cognoscere possemus. His dictũ vnũ Plinii addemus: ne id p̃teriisse vicio mihi vertat. is. n. auctor li. xii. de felicitate Arabiæ loquẽs ita inqt. Verũ Arabię etiã nũc felici9 mare est. ex illo nãq; margaritas mittit. minimaq; cõputatiõe millies cẽtena millia sestertiũ annis oibus india & seres peninsulaq; illa impio nr̃o adimunt: tãto nobis delitię & fœminę cõstãt. lib. aũt sexto de cursu ãnuo & nauigatiõe i i diã loquẽs: ita inqt. nec pigebit totum cursum ab Aegypto exponere: nunc primum certa notitia patescente. digna res: nullo anno minus hic quigẽtesimis impii nr̃i exhauriẽte India: & merces remittẽte q̃ apud nos cẽtuplicato veneãt. ex horũ locorũ collatiõe dicere possem9 millies sestertiũ Pliniũ quigẽtesimã imperii Rõani taxauisse: nõ reddit9 publici: sed vniuersarũ opũ publicarũ priuatarũq. q̃ti India quotãnis quigẽtesima ps pecunię trãsportaret ex

Inaudit9 luxus & fidẽ excedens.

Vespasianus tributis & vectigalibus grauis.

Nimię liberalitates vespasiani.

Quadragies millies sestertium.

Memorabilis loc9 Plinii.

iis ꝓuinciis quæ Romanę ditioni subsunt. ego aũt hũc locũ corruptũ esse puto. nã in vetustissimo exẽplari: nõ quingẽtesimis sed. dl. legimus. & alioquin particula hic: oino hoc loco absurde sita est. Quare sic Pliniũ scripsisse puto: nullo anno minus Hs. quigẽties exhauriẽte India. licet libro duodecimo Plinius millies sestertiũ dixerit geminata summa. Alioquin quomãmodo Plinius inire rationẽ potuisset quingẽtesimę imperii Ro. nõ video: ne si breuiariũ quidẽ censuale omniũ prouinciarũ vidisset. Hacten9 de Romanis opibus. Redeamus ad Persicas. Diximus supra quãta essent tributa Persarũ aurí argẽtiq; Darii Histaspis tẽpore: ꝓter cęteras obuẽtiones thuris & aromatũ. Præfecturas aũt Parthorũ (sic. n. postea Persæ appellati sunt). Plinius decẽ & octo esse dixit his verbis libro. vi. Regna Parthoꝝ duodeuiginti sunt omnia: ita. n. diuidũt ꝓuincias circa duo (vt diximus) maria: rubrũ a meridie: hyrcanũ a septẽtrione. ex iis. xi. quæ superiora dicũtur: incipiũt a confinio Armenię Caspiisq; littoribus: ꝓtinent ad Scythas: cũ quibus ex æquo degũt. Reliqua septẽ regna inferiora appellãtur. Sed Plinius de tẽpore suo loquit. Herodotus aũt li. iii. Pręfecturas viginti posuit in regno Persarũ vt diximus. in quibus regnũ Lydiũ vt pręcipuũ ponit. Ab eo tẽpore ad Dariũ vltimũ Persarũ regẽ multi reges fuerũt. Qua tẽporis intercapedine Persarũ regnũ magnis opibus auctũ est. Primus ille Darius qui a septẽ Persis obtruncatis magis creatus est: omniũ hominũ pulcherrimus fuit: excepta brachiorũ & cubitorũ lõgitudine qua dehonestabatur: vsq; ad genua ꝓtentorũ: ob quę macrochir: id est Longimanus appellatus est vt auctor est Strabo libro. xv. & is fuit qui tributorũ formulas instituit. τὸν δὲ διατάξαντα (inquit ille) τοὺς φόρους Δαρεῖον εἶναι τὸν μακρόχειρα καὶ κάλλιστον ἀνθρώπων· πλὴν τοῦ μήκους τῶν βραχιόνων καὶ τῶν πήχεων. ἄπτεθαι γὰρ καὶ τῶν γονάτων. Huius ergo Darii tempore viginti erant p̃fecturę stipẽdiariæ ꝓter ĩmunes & munerarias: ab Hellespõto ad orientẽ tendẽtes inter duo maria. Ab hellespõto aũt & ægeo mari mansiones qui stathmi gręce dicuntur: certis spatiis ad Susa regiam Persidis miro ordine dispositas fuisse dicit. ἔχει γὰρ ἀμφὶ τὴν ὁδὸν ταύτην ὧδε. σταθμοὶ τεταγμένοι ἐισὶ βασιλήιοι· καὶ καταλύσιες κάλλισαι. Διὰ οἰκεομένης τε ἡ ὁδὸς ἅπασα καὶ ἀσφαλέος. Sic autẽ (inquit) res se habet circa viã illã. mãsiones vbiq; sunt regiæ: & diuersoria elegantissima. omnis autẽ via ꝓ habitatã regionem tutãq; ducit. Deinde Herodotus rem sigillatim persequens mansiones per Lydiam & Phrygiam viginti numero ponit. Excipit autẽ a Phrygia (inquit) Halys fluuius: in quo portæ sunt quas omnino trãsire necesse est. & tandem mansionibus omnibus enarratis vsq; ad Susa vbi erat regia ὅυτοι (inquit) δι πάντες σταθμοὶ εἰσὶ ἕνδεκα καὶ ἑκατόν. καταγωγαὶ μὲν νῦν σταθμῶν τοσαῦται εἰσὶ ἐκ σαρδίων ἐς σοῦσα ἀναβαίνοντι. Omnes autẽ hæ mansiones numero sunt centum & vndecim. tot sunt mansionũ diuersoria a Sardibus Susa tendenti. Q̃z si recte dimensa via est regia parasangis: & parasanga tricena stadia valet vt certe valet: a Sardibus ad regiam quæ Memnonia dicitur: stadia sunt tredecim millia & quingenta & parasangæ quadringenti quinquaginta. Centena igitur & quinquagena stadia quotidie peragranti viatori: consumuntur dies solidi nonaginta. πεντήκοντα δὲ καὶ ἑκατὸν σταδίαι ἐπ' ἡμέρη ἑκάστη διεξιοῦσι· ἀναισιμοῦνται ἡμέραι ἀπαρτὶ ἐνενήκοντα.

Pli. locus.

Persarũ opes.

Darius lõgiman9.

Via regia Persarũ.

Parasanga.

Euersum regnum Persarũ. Darius vltimus.

Thesauri Susiani.

Susa.

Persepolis.

Hic fuit status Persici regni sub Dario Macrochiro. Hoc regnum ab Alexandro euersum est deuicto Dario: & in plures Alexandri successores diuisum. quoad Parthi denuo instaurauerũt cum Romanis sępe belligerãtes. maximas aũt opes sub Dario vltimo fuisse ex Quinto Curtio & Strabone docebimus. Iam primũ Curtius li. iii. de gaza Damasci loquẽs Alexandro prodita a præfecto qui eã eduxerat fugę colore quæsito. Iacebãt (inquit) totis campis opes regię: illa pecunia stipendio ingenti militum pręparata. ille cultus tot nobiliũ virorum: tot illustrium fœminarũ: aurea vasa: aurei freni. tabernacula regali magnificẽtia ornata. vehicula quoq; a suis destituta ingentis opulentię plena. facies etiam p̃dantibus tristis: si qua res auaritiã moraretur. quippe tot annorũ incredibili & fidẽ excedẽte fortuna cumulata. & paulo iferius. Summa pecunię signatę fuit talẽtũ duo millia & sexcenta. facile argenti pondus quingenta æquabat. sic. n. in membranaceo legimus. Idem. li. v. de Susis loquens Alexandro citra oppugnationem traditis: Hic Abulites cũ donis regalis opulẽtię occurrit. Dromades cameli inter dona erãt velocitatis eximię. xii. elephanti a Dario ex India acciti. non iã terror (vt sperauerant) macedonũ: sed auxiliũ: opes victi ad victorẽ transferẽte fortuna. Vt vero vrbẽ intrauit: incredibilẽ ex thesauris summã pecunię egessit. quinquaginta millia talentũ argenti: nõ signati forma sed rudi pondere. multi reges tãtas opes lõga ęta te cumulauerant liberis posterisq; quas vna hora in externi regis manus intulit. In codicibus impssis millia verbũ deest errore librariorũ. Hęc talenta aut Babylonia fuerũt aut attica. quare hęc summa minima cõputatione trecẽties centena millia aureorũ nostrorũ valuit. antea aũt idem auctor dixerat eodem libro: Alexandro traditur Arbella: regia supellectili Dariiq; gaza repleta. quatuor millia talẽtũ fuere. pręterea p̃ciosæ vestes: totius (vt supra dictũ est) exercitus opibus in illã sedẽ cõgestis. hac summa fit accessio tricies sexies centenũ milliũ aureorũ: p̃ter gazã Damasci. Susa (vt auctor est Stephanus) regia est Persarũ quã Memnõ cõdidisse dicitur. Quare Strabo regiam Mẽnoniã appellauit. ab hac Susiana dicta est regio Persidis citerior. a Susis Alexander Dariũ cedentẽ sequẽs Persepolin veluti ad regni penetralia raptim cõtẽdit: cui pręsto fuerũt quatuor gręcorũ millia. mutilis corporibus: quos Persę quõdã bello captos variis supplicio rũ generibus affecerãt. Quare Alexander impetũ cepit vrbis eius excidẽdę q̃ antiqua regia erat Persarũ: olim a Cyro cõdita: qui & Persarũ ipse regnũ cõdiderat. ab ea. n. sede ꝓfectos aliq̃ Persarũ reges Gręcię bellũ impiũ & Europę ītulisse. Quare Persepoleos excidio parẽtãdũ maioribus eẽ cẽsuit: quos Persę variis cladib9 traiecto Hellespõto & põtibus etiã iũcto lacessiuerãt. In ea igit̃ vrbe quãtas opes Alexander ceperit: verbis ipsius Curtii auctoris tersi atq; elegãtis referem9. multas vrbes (inqt) refertas opulẽtia regia ꝓtim expugnauerat: ꝓtĩ in fidẽ accepe rat. Sed vrbis hui9 diuitię vicere ꝓterita. In hãc toti9 Persidis opes cõgesserãt Barbari. aurũ argẽtũq; cumulatũ erat. vestis ĩgẽs mod9. supellex nõ ad vsũ mõ: sed ad ostẽtationẽ luxus cõpata. & paulo ifra. Ingẽs pecunię captiuę mod9 tradit̃: ꝓpe vt fidẽ excedat. Cęterũ aut de aliis quoq; dubitamus: aut credim9 ĩ hui9 vrbis gaza fuisse cẽtũ &. xx. millia talẽta. ad q̃ ve-

henda (nãq; ad vsus belli secũ portare decreuerat) iumenta & camelos a Susis & Babylone contrahi iussit. sic in vulgatis libris legitur. verum obseruata vetusta lectione non centum & viginti millia talenta lego refragante loquendi consuetudine doctorum: sed centum millia & viginti talenta. Hæc summa quanti æstimari nomismate nostro possit: ex præcedẽti apparet. Quanta autem fuerit gaza Babylonica Curtius non addidit. licet Alexandrum recognouisse dicat. Strabo autẽ li. decimoquinto Alexandrum ait angustias Persidis & Vxiorum qui Persis conterminí sunt: & Persicas deniq; ipsas portas superasse vi bellica penetrare festinantem ad caput ipsum regni & gazophylacia Persarum: quæ tot sæculis congesta ac recondita fuerant. ἃ καὶ αὐτὰ βίᾳ λῃλθεν ἀλέξανδρος κατὰ τὰς περσικὰς πύλας καὶ κατ᾽ ἄλλους τόπους: διεξιὼν τὴν χώραν: καὶ κατοπτεύσας σπεύδων τὰ κυριώτατα μέρη καὶ τὰ γαζοφυλάκια ἃ τοσούτοις χρόνοις ἐξεπεπλήρωτο. Et paulo inferius de Cyro loquens. omnes autem Persidis pecunias Susa exportãdas curauit: quæ thesauris ipsa & supellectili plena erant. nec ideo tamen illic regiã animo destinabat: sed apud Babylonem: quam constituerat etiam supellectili & instrumento regio adornare. etenim illic quoq; thesauri cõditi erant πάντα δὲ τὰ ἐν περσίδι χρήματα ἐξεσκευάσατο εἰς τὰ σοῦσα καὶ ταῦτα θησαυρῶν καὶ κατασκευῆς μεστά. οὐδὲ τοῦθ᾽ ἡγεῖτο βασιλείαν: ἀλλὰ τὴν βαβυλῶνα. καὶ διενοεῖτο ταύτην προσκατασκευάζειν. κ᾽ αὐτοῦθα δ᾽ ἐκεῖνο θησαυροί. Fama est (inquit) præter eas pecunias quæ Babylone & eas quæ in castris erant quæ inde sumptę non fuerant: ipsa per se quę Susis & in Perside erant: quadraginta millia talentum numerata & recognita fuisse. φασὶ δὲ χωρὶς τῶν ἐν βαβυλῶνι: καὶ τῶν ἐν τῷ στρατοπέδῳ τῶν παρὰ ταῦτα μὴ λῃφθέντων: αὐτὰ τὰ ἐν σούσοις καὶ τὰ ἐν περσίδι δ᾽ μυριάδας ταλάντων ἐξετασθῆναι. τινὲς δὲ καὶ πέντε λέγουσι. Hoc non conuenit cum eo quod Curtius scripsit quia Susis & Persepoli centum & quinquaginta millia Curtius inuenta dixit. Plutarchus. xl. millia talentũ argenti inuenta dixit in regia gaza Susis: & quinquaginta millia talentũ purpurę hermionicę. sed videamus quid vltra dicat. ἄλλοι δὲ πάντα χόθεν συναχθῆναι παραδεδώκασιν εἰς ἐκβάτανα ῥὴ μυριάδας ταλάντων. Alii autem vniuersas vndiq; coactas pecunias cẽtũ & octoginta talentũ millia dicũt ecbatana cõportata fuisse. hoc cõfirmari nõ potest ex Curtio: quia locus ille libro quinto mutilatus est: licet eodẽ libro in mentione Philotę significet parmenionẽ maximę pecunię custodẽ in Media fuisse. Verũ ex Arriani. li. iii. nouimus Alexandrũ mandasse Parmenioni vt pecuniã quę ex Perside exportata fuerat Ecbatanis ĩ arcẽ cõderet: ibiq; ad custodiã sex millia Macedonũ cũ amicis relinqueret. Tãtũ hoc refert q; Arrianus tradit Alexandrum Cyri thesauros pasagardis: oppressis celeritate custodibus: reperisse. Strabo aũt dicit Cyprũ Pasagardis regiã quidẽ suã statuisse: sed tamẽ pecunias Susis condi voluisse. Curtius igit̃ gazam Persarũ mulis in thesauris conditã: ad centũ & quinquaginta sex millia talentum taxauit: absq; Babylonica pecunia. Strabo omnia complexus centũ & octoginta posuit. Hęc summa cẽties & octies millies mille aureos nostros valet. summa haud dubie multo maior maxima omniũ summarũ quas vno tẽpore coactas in rebus Romanis legerimus. nisi si fidẽ habuerimus iis quę dicta sunt in secũdo de ęrario Romano ex vetusto exẽplari: in quo iudiciũ meũ

Summa Persicarũ opum ab Alexandro captarum.

vix interponere ausim propter dubiã fidẽ exemplarium. Prȩter hãc summam post persepolim direptã dirutãq;: cũ Alexander iã in Hyrcaniã venisset: viginti (inquit Curtius) & sex millia talentũ proxima præda redacta erant: e quis .xii. millia in congiariũ militũ absumpta sunt: par huic pecuniȩ summa custodum fraude subtracta est. Tantis opibus Alexãdri magnifica facta respondere videntur. Cũ. n. in persidẽ ex india regressus intellexisset milites suos iã veteranos consumptis per luxum orientis spoliis insuper etiam ære alieno obstrictos esse: edixit vt omnes milites æs alienum profiterentur: quod cũ illi facere cunctarentur tentari sese rati quo facilius Alexander sumptuosos notaret: rex satis gnarus professioni ȩris alieni pudorem nõ contumaciam obstare: mensas totis castris poni iussit & decem millia talentũ proferri. Tum demũ fide facta ꝓfessio est nec amplius ex tanta pecunia q̃ centum & .xxx. talẽta supꝑfuere: adeo ille exercitus tot ditissimarum gentium victor: plus tamen victoriȩ q̃ prędæ deportauit ex Asia. Auctores Curtius. li. nono & Plutarchus in Alexandro. Ab

Ephestionis funus memorabile.

eadem munificẽtia est congiarium militare de quo ante diximus .xii. millium talentum. sed inusitata est illa sublimitas animi: Ephestionem charissimum sibi: morbo defunctũ: decem millibus talentum: id est sexagies cẽtenis millibus nostris funerasse: vt auctores sunt Plutar. In Alex. & Arrianus in septimo. Et in nuptiis statyrȩ darii filiæ quam susis matrimonio sibi iunxit: epulum nouem millibus conuiuarum fecisse: & vnicuiq; ad libamina peragenda auream phialam donasse: auctore Plutarcho. Curtius

Insignis munificẽtia.

auctor est lib. iiii. cum Alexander ad arbela castrametatus esset: qui vicus est Assyriæ persarum clade & Alexandri victoria nobilis: legatos darii iterum ad Alexandrum ad pacem petendam venisse: & redimendam matrem Darii cum duabus virginibus: mandata autem darii & conditiones huiuscemodi attulerunt: quȩ conditiones: darii incredibilem opulentiam: latȩ: & Alexandri inauditã animi fidutiam atq; celsitudinẽ non acceptæ: ostendere potuerũt. Verba legatorũ hæc apud Curtium leguntur.

Darius Alexãdro filiã suam cum dote opima obtulit.

Quid opus est armis inter quos odia sublata sunt? antea darius imperio tuo finem destinabat Halym amnẽ qui lydiã terminat. Nũc quicq̃d inter Hellespontũ & Euphratẽ est in dotẽ filiæ offert quã tibi tradit. Ochũ filiũ quẽ habes pacis & fidei obsidẽ retine. matrẽ & duas virgines filias redde. ꝓ trib9 corporib9 triginta millia talẽtũ auri ꝓcat̃ accipias. sic. n. i antiquo libro legim9: licet in impssis trigesimũ talẽtũ auri legat̃. & inferius. Alexãder legatis excedere tabernaculo iussis: quid placeret ad cõsiliũ refert. diu nemo quid sentiret ausus est dicere: incerta regis volũtate. tãdẽ parmenio: antea suasisse se ait vt captiuos apud Damascum redimẽtibus redderet. ingentem pecuniam potuisse redigi ex iis qui multi vincti virorum fortium occupauerant manus: & nũc magnopere cẽsere vt vnam anum & duas puellas itinerum agminũq; impedimẽta .xxx. millibus talẽtum auri permutet. Ingrata oratio regi fuit: itaq; vt finem dicẽdi fecit. & ego (inquit) pecuniam q̃ gloriam mallẽ si parmenio essem. nũc Alexander de pauꝑtate secur9 sum: & me nõ mercatorẽ memini eẽ sed regẽ. Hactenus Curtius. lib. iiii. Cuius illa verba corrupte vulgo legunt̃: cũ alias: tum etiã q̄ .xxx. talẽtis auri codices impssi habẽt: qđ nõ magnũ est ꝓciũ:

hoc est minus quadringẽtis talentis argẽti. Plutarchus decem millia talẽtũ oblata fuisse dicit nõ adiecto auri vel argẽti. puto igitur corruptũ esse numerũ etiam in antiquo codice. nullæ. n. opes eam summã æquare possunt. aut certe argenti legendũ esse non auri. Tametsi talentum auri fortasse nõ sexagenariũ erat: vt infra videbim9. Apud Iustinũ epitome. xiii. vbi legitur de opibus Alexandri. erant. n. in thesauris. C. mil. talentũ. & in annuo vectigali & tributo. ccc. mil. ego. non. ccc. sed. xxx. legendũ censeo. non. n. cõuenit vt. ccc. mil. annua essent: & centũ millia tantũ in conditis pecuniis. & alioquin. xxx. millia annui redditus fuisse coniicere possumus ex supradictis. Hȩc fere sunt quȩ de opibus Persarũ cõperimus: atq; etiã dici possunt. Quibus hoc institutum fuit (vt diximus ex Herodoto) vt aurum atq; argentũ graue in thesauris haberent. Strabo autẽ ita inquit: de hoc loquens τὸν δὲ πλεῖον χρυσὸν καὶ ἄργυρον ἐν ταῖς κατασκευαῖς εἶναι. νομίσματι δὲ οὐ πολλῷ. πρός τε τὰς δωρεὰς ἐκεῖνα κεχαρισμένα νομίζειν μᾶλλον καὶ πρὸς κειμηλίων ἀπόθεσιν. τὸ δὲ νόμισμα τὸ πρὸς τὰς χρείας ἀρκοῦν ἱκανὸν εἶναι· κόπτειν δὲ πάλιν τὸ τοῖς ἀναλώμασι σύμμετρον. maximã autem auri atq; argenti partẽ in instrumento & supellectili esse: in nũmo nõ multã. siquidẽ illa elegantiora & ad munificentiã & ad thesauros condendos apud eos existimari. Nũmi autẽ signati tantũ sufficere q̃tum satis sit ad vsum. ideoq; signari pro modo impẽdiorum. Quo loco vertẽdo interpres insigni errore hallucinatus est. hoc institutũ Persarum ignorasse homines ii mihi videntur qui cẽsent interesse reip. vt vasa aurea & argentea q̃ paucissima in priuatis sint censibus: & plurimũ aurum argentũq; conflet ur in officinis monetalibus: vt nomisma in cõmerciis exuberet. nec me latet censura olim dignum apud Romanos visum argentum factũ domi vltra paucula pondo habuisse: sed ob aliam causam id institutũ & in pœnuria argẽti.

Institutũ Persarũ animaduertẽdũ.

Verũ enimuero quũ imperii nostri redditus componerẽ cum Persicis: sub quartam ferme proportionẽ habere deꝑhẽdi. Sic enim ratiocinabar: quasi large annua quinadena talentũ millia Persarum reges referre in accepta potuerint. Huius summȩ quartã partẽ quadragies centenis millibus francicorum (hoc eñ vocabulo nostri in ratiociniis principalibus vtuntur) vbere ratione destinabam. Quã summã acceptã & expensam memoria nostra aliquot annis nouimus. Sic igitur statuebam: si tributa quæ quotannis ex occasione gerendarum rerum varie indicũtur: ad statã fixãq; summã & formulã redigerentur: posse hilari populi conditione ad quinquies & vicies centena millia peruenire. Vectigalia autẽ (de quibus ante diximus) & patrimoniũ regium ac diadematicũ duodecies minimũ cõficere. Reliqua omnia quæ vices statas non habent (qualia sunt fortuita: & aduẽtitia: & omnia in fiscum cedentia) in paginã liberalitatũ seponebam: cum muneribus & magistratibus & omnibus dispensationibus quȩ codicillis conferuntur a rege: his. n. rebus prolixe munifici principes esse possunt. Hãc breuiarii principalis constitutionẽ: spondere ausim & fortunis omnibus meis cauere: populum Gallicum non modo ferre posse si ei iniungatur: sed etiã beneficii loco deposciturũ: dũtaxat ea lege: vt ab iniuria militari icolumem se fore & sartũ tectũ (vt dicitur) restipulari liceat: & semel quotannis ea conditione imperatis regiis defuncturũ. Adde: si placet: & sibi bona fide

Opes gallorum.

ſponderi intelligat. neq; id quidẽ modo: ſed etiam corollarii nomine hoc
additurum: vt ſi de aris & focis dimicandum ſit: repetitum ſe iri vbere
aliqua indictione caueat. Semper enim ad incerta bellorum reges no-
ſtri velut ſanctius Aerarium in populi benignitate obſequioſa reconditũ
habuerunt. Qꝫ ſi quis huius anni collationẽ reputet anni ſuperioris col-
lationem excipientem: atq; in id tempus vtrãq; incurrentẽ: quo & vis ma
ior ſeu cœli intẽperies calamitatẽ. & vis improbior (quę militatis eſt pe-
tulantia) pauperiem longe lateq; per rura fecere: nullus iã modus æſtima
tiõis erit. Nã cum alias fere ea populi imperia accipientis obſequẽtia: &
tributa pſtationeſq; alias imperantium duritia apud nos eſſe ſoleat: quæ
eſt vinitoris aut inſciti: aut minime indulgentis: qui pluribus palmitibus
vitem q̃ pro ſtirpium viribus onerare nõ veretur: quũ nihiloſecius impe-
ratas vuas vitis frugifera reddat: tum ſic actum eſt hoc biennio (qđ mire
mur pleblicola principe) quaſi poſtremum tributa atq; ſimul omnia iniũ-
gerentur: perinde vt conductores agere exactis luſtrorum annis aſſo-
lent: qui pręđio nõ ſuo mox futuro multorum annorũ fructũ exprimunt
improbius. Sed ſcilicet fatali diraq; (vt ego quidem arbitror) omniũ pro
pe ordinũ ignauia incuriaq; æquali: inſignes anni fuerũt: eo vtiq; tempo
re quo nemo fere gallus indole gallica inuẽtus eſt. Etenim per deum perq;
publicam conſcientiã: quoto cuiq; gloriari licet ſua in rempublicã officia
conſtitiſſe? Certe nulli vt videtur: eorũ quidem certe: qui a memoria aut
cõſiliis principi: & ſuper ſanctiora officia fuiſſe dictitantur. Ecquando au
tem poſt hominũ memoriã ſtrenuis magis gnauiſq; ducibus & loricatis
& togatis reſpublica indigere viſa eſt? At vtroſq; eam nunq̃ tantum deſi-
deraſſe conſtat: quũ populo id vociferante: omnes etiam ordines tumul-
tuoſe admurmurarent. Heu diſſoluta inertia plebei gementis vice nõ cõ
moueri. Qꝫ ſi parum de cõprimẽdo ore famę laboramus: dum famem lon
ge a noſtris penatibus arceamus: ne deum quidẽ res humanas credimus
deſpectare? Ecquo igitur vnq̃ tempore maior (vt ita dicam) ſeges eme-
rendę gratię tum diuinę tũ humanę fuit? Si iis qui ad limina obſeruabãt:
publicę charitatis guttulã paracletus ille ſpiritus ſubinſtillaſſet: qui totũ
ſe iam profundere creditur ſimul ac creare pontifices eiſdem libitum eſt.
At enim rex aures ferendę veritati non habet: nec oppidani homines ſci
re poſſumus quid cum principe in aula interiore agatur. Quot igit eorũ
tandem: aut quoties ipſos vidimꝰ excuriatos: ob id q, ingenue homines
dicerẽt eos eſſe prolocutos? Hęc in pullata forſitan turba admitti excuſa
tio poteſt: quę trans tectoria vultuum introſpicere nos didicit: inter eos
non poteſt qui aliam opinionem habent cum ex vſu ipſam aulico: tum ex
ingenio principis: eorũq; moribus confirmatam. Ego vt credam cauſam
populi eos agere qui nihil non ſibi ſuiſq; impetrare noſcuntur? aut regiæ
charitatis igniculos excitare eos poſſe: qui beneficentię fines gentilitate
aut cognatione circumſcribentes: ad ſuffragationes aut pias aut hone-
ſtas frigidiores eſſe ſalamandra videntur? Quonam autem modo exiſti-
mabo diuinę legis eos rationem habere quos in actu vniuerſitatis ſtipula
tiones priuatim concipere notum eſt? Quid eos deniq; penſi habere cre-
dam: quos populo ad extremam inopiam redacto: Craſſianis cenſibus pe

nates ſuos augere non puduit. Atqui eo iam ventum eſſe video: vt velut
in luſu talario populus damnoſo ſemper iactu miſer: omnia ſua in mediũ
conferre teneatur: cum aulę pauci alumni tanq̃ iactu Venereo fortunati:
vniuerſa raptim: aut certe vniuerſorum auferant. Nos autem ludi fortu
næ ſpectatores: vt immunes: ita exortes: riſum interdum rebus: interdũ
lachrymas accommodemus. Hæc enim non tam Democrito ſpectatore q̃
Heraclito indigent. Hac alea dudum Gallia omnis ęui decus & gloriam
perdidit: vt parciſſime loquar. Verum enimuero eſt in græcorum pro-
uerbio: teſſeras ſuperni Iouis nunq̃ non cadere recte: quo intelligi vo- Adagiũ
lunt: deum quum rebus humanis lentam quidem manum: ſed inelucta- Græcum
bilem admouit: eum euentum cuiq; rei dare ſolere: quem hominum pro-
merita aut ſecus admiſſa poſtularint. Quare qui luſu prædicto immodi-
ce creuerunt: cauere (vt opinor) debent ne ſibi propterea nimiopere
gratulentur. Si enim deus viciſſim aleam ſuam iecerit: qui nũc Venerem
ſibi cecidiſſe lætantur: verſa vice ludi ſero quidem caſu ſed caniculari con
cident. Siquidem nec impoſtura fieri iudicio diuino poteſt: nec diuinæ
iuſtitiæ præſcribi vllo tempore aut titulo. Sui autem amor nimius & cha
ritas publica: tam inter ſe diſſident: vt ne glutino quidem magiſtra-
tus vel honoris ſociabilia eſſe poſſint. Tum demum igitur aula Franciæ
recte conſtituta eſſe dicetur: quum ii qui ſummam rerum tenebunt: ſui
& larium ſuorum obliuiſci tantiſper videbuntur. Nunc autem ita ad
actũ rerum homines partim irrepere: partim irrũpere videmus: vt quos
tenues & ieiunos viderimus pridie: diſtentiores ricinis cernamus poſtri
die. En quiſcum in tenebris micemus: vt in vtranq; aurem reges ſecuri
dormire poſſint: qui huiuſcemodi vicariis habenas rerum concredide-
runt. At etiam homines eximium ſe decus meritos eſſe adeptoſq; confe-
bũt: ſi res dudum acciſæ: benignitate diuina vberiores fieri iam cœpere
citra pulueris tactum: vt eſt in prouerbio. Quaſi vero obſcurum ſit du-
ctores ipſos ordinum impares grauioribus curis: conſertis (vt aiunt) ma
nibus optabundos: fatis omnia regenda permiſiſſe & caſuum temerita-
ti. Quum interim populus alienę culpę pœnas pendẽs (vt aſſolet) infu-
las ac fercula propitiatoria circunferens: veniam & pacem ſuperum ſupi
nis ad aras manibus exoraret. Num etiam fortaſſe prouidentiam ſuam
imputabunt ii qui auras omnes laxamenti captantes: in pacem tandem
genialem fato auſpice deciderunt? Equidem ſacrilegii inſtar eſſe puta-
rem: ſi id quod præter hominum opinionem diuinitus fatis ita compe-
tentibus euenit: humanæ prudentiæ acceptum ſibi ferri vellet. Quis au-
tem neſcit q̃ male parati ad occaſiones eramus niſi deus impetum iræ
ſuæ repreſſiſſet? Gratias igitur ob id habere & agere clæmentiæ diui-
næ: non noſtræ gratulari prudentiæ debemus. Neq; vero ex illa iactatio
ne fœderum anniuerſariorum ſatis videmur in portum quendam fixi cõ
ſilii reſpexiſſe: nec pignus certum habemus pacis ſuperum impetratæ.
Cur enim has ego ſuperum inducias potius q̃ pacem vocandas eſſe nõ pu
tem: cum aſpectum in cęlũ nos referre nõ videã? ſimul ab iſtis galeripetis
metuo q nos ſemp e trãquillo in ſcopulũ auferũt? Hic facere non poſſim
quin paululũ excedã a ꝑpoſito. Nã quũ ĩ mẽtẽ mihi earũ rerũ venit quas

post decimum abhinc annū vidimus mihi videtur aīaduersio diuina ve-
lut lanista quidā ꝑpotens totius ꝑpe occidētis imperia inter se cōmisisse:
vt vicissim bella populi ꝑpulsantes & inferētes iusticię supꝑnę pœnas da-
rent insolētię: & tāq̄ sanguinē mitteret opulētię exuberātis. Atq; vt reli-
quos omittā: nos in Italia rebus gestis feroces: Venetis bellū maximus
indictūq; strenue gessimus cū cōtēptu hostiū: atq; ingēti virium earū fidu-
tia, idq; mira felicitate vno ꝓlio: ductu & auspiciis principis pene ꝓfliga-
uimus. Huius clarissimę victorię: quū laureā nō sceptris alligare: sed in
gremio summi Iouis (vt aiūt) deponere debueremus (ancipiti eñ aleā ꝑ-
lium cōmissum fuisse notū est: nec incruēto Marte cōfectū) ꝑ eo vt beni-
gnitatē diuinā agnosceremus: victoria feroces subinde gigātea ꝑpe im-
manitate theomachiam meditari instituimus & in superos velitari: quū in-
terim & a nobis: & ab hostibus [redacted]

II. [redacted]

[redacted] Leonis.x. ꝑconiū.

[redacted] Nos tñ eas pœnas (vt ingenue fatear qđ negare nō possum) meri-
to pependim⁹: ob victorias luculētas sēꝑ insolescētes: ne nō plane Galli &
priscorū similes Fraci nūc eē videant. Siqdē ꝑdictarū rerū religione obstri-
ctis Gallicarū copiarū animis (ferre. n. diu piaculi religionē viri Christia-
nissimi nequeūt) idē q̄ a nobis deus i reb⁹ secūdis nō agnit⁹ fuerat: ex fauo-
re in irā versus (si tñ irasci deus potest) lymphatico primū pauore cōster-
natos retro egit in Franciā: deinde etiā classicis circūsonātibus paultan-
teis: de aris ac larib⁹ dimicare delitias suas Fracos: aut certe tergiuersari
coegit. Quo tumultu ac dedecore quū iā multū pœnarū videremur supe-
ris pependisse: nec ideo vecordiā nostrā expiatā putarem⁹: hostes aūt rur-
sus bellū & tumultū inferre: nos ꝑpulsare pigeret (neq;. n. satis aīorū no-
bis: quū alibi manus nostrę destinerent: neq; illis satis copiarū aut appa-
ratus fuisse dictitat) factū est (oīa moderante ꝑuidētia) vt vtrisq; cōmo-
da pax esse crederetur: fremente tum sinone aquilifero: qui prius incēdia
miscere magno tumultu solebat. Ita aīaduersio diuina vt lanista clęmēs:
duos populos ad internicionē iāiā digladiaturos: medio in certamine dire-
mit: contēta (vt spero) ad sanitatē & modestiā vtrosq; redegisse. Inuidia
eñ apud superos vtrinq; flagrabamus ob redundāteis opes. Iāq; eo vētū
putabat: vt illi hausturi ꝑpe diē de fęce: nos etiā resecturi de viuo videre-
mur. Tāetsi in ea sum opinione: vt nobis iprouisa tēpestate iactatis: vna
& altera (vt dicitur) anchora sicca restaret: si gubernandi satis gnari in
tumultu fuissemus. Quando enim Francia omnibus rebus instructa: deo
quidē nō aduerso: vndiq; dephēsa est. Hic mihi vereri subit: ne in geniali
fœdere pteritorum obliuio surrepat: & veluti rude a dño donatos nos eē
existimemus: quasi iterū nobis bellū nō timēdū sit: dūtaxat ꝓ portis & ꝓ
laribus gerendū. Nam ne nusq̄ belligeremus inquies noster animus fer-

re nullo modo potest. Sic iã opes nimias cõteri iugi bello necesse est: & re
ferre quorũdã dispẽsatoꝝ putatᷣ principes a reb9 bellicis nũq̃ eẽ feriatos:
ne Tranqllo rerũ statu rõnes recognoscere vacet. O beatã futurã Galliã:
Franciæ bona. si tã ei cõtigisset heros habere frugi q̃ bonos habere solet. Nã mancipia:
vt q̃ maxime vnq̃ ꝓuincia dicto habet audiẽtia. Iã primũ in ea summũ Li
beri patris cũ Cerere certamẽ: vt vini nobilitates nõ possis sine nomẽcula
tore numerare. Mitto tẽperiẽ cœli & clemẽtiã: & ꝗ vtriusq̧ maris cinctu
& cõmercio cõmode comiterq̧ habitatᷣ: soli vbertas tãta est ĩ vniuersum
etiã inter inopes frugũ sterilesq̧ ꝓuincias: vt quasi annonẽ ꝑfecturã sub
cardine nostro gerere existimemur: prorsus (absit inuidia verbo) vt ieiu
nia indicere finitimis: victũq̧ abstemiũ cũ libuit possimus: quũ sumen (vt
ita dicã) occidẽtis arare videamur: si in vniuersum fiat æstimatio. Adde
aĩoꝝ alacritatẽ ad res omneis ĩcœptãdas: & dexteritatẽ impigrã atq̧ exi
miã ad vices obeũdas: qbus si militaris disciplina cõstãtiã addidisset: nihil
esset vtiq̧ qđ ĩ nobis ab exteris reqreretᷣ. nã nostris qdẽ satisfacere nullo
mõ possumus: q nos in ordinẽ nuꝑ Barbaroꝝ coẽgisse dicuntᷣ: nec disci
plinas nobis politicas: nec prudẽtiã cõcedẽtes. Eqdẽ ꝓboꝝ hoĩm esse non
puto ingenitã simplicitatẽ in Francis ĩprobare: q̃ in latebris mentis insi
dias cõdere nõ didicit. Atq nisi Genius Frãcici diadematis iã inde abĩcre
mẽto sceptrorũ ita ferme semꝑ tulisset: vt oculis & auribus alienis vti de
cus eẽ regiũ crederetᷣ: sicq̧ plerũq̧ fierẽt impii potẽtes: q impandi vetã
diq̧ ĩpotẽtes eẽ in actu rerũ deꝑhẽduntᷣ: qua sum9 rerũ oĩm ĩstructi cõmo
ditate: Persici quodã mõ regni nũc instar obtineremus. Cui.n. tãdẽ ꝓuin
ciẽ itidẽ datũ est: vt oĩa pacis belliq̧ subsidia: & sua: & (qđ dicitᷣ) in nume
rato haberetᷣ? Ita nobis copiẽ nostrẽ equestres iugi stipẽdio ĩstructẽ: nõ di
co ꝑsto sunt si ad delectũ citẽtur: sed etiã in ꝓcinctu: & arrectẽ ad bellicũ
exaudiẽdũ: ex quib9 cẽturias habem9: cũ ad ꝑsidia regni omni in ꝑte col
locatas: tũ vero ad incerta casuũ stationes agẽteis: in quascũq̧ ꝑtes incu
buerit tumultus: ꝓtinus coituras. Qꝫ si & alias quoq̧ succẽturiari opor
teat: abũde est iuuẽtutis ad sacramẽtũ paratẽ. Propter has & alias ꝓuiciẽ
prẽstãtias: Frãcia ab externis inter primas ꝓuinciarũ libẽtissime & visitᷣ
& habitatᷣ: quippe visendã eã singularis ꝑterea hospitalitas facit: ĩcolẽdã
aũt oĩm rerũ expetẽdarũ cõmoditas. Sed et si milite externo vti libeat: pe
cunia large suꝑest & annona: vnde alere copias & auctorare perẽni stipẽ
dio possimus. q̃q̃ ꝑ hosce annos infeliciter id experiri statuim9: vt fere oĩa
agi præpostere cœpta sunt fatali dementia. Siquidẽ eo errore quẽ græci
Xenomania. Xenomaniã appellant: id est nimiũ & inconsultum externorum studiũ: lu
culenta clades illata rusticã plebẽ afflixit. Cernere erat & nostrũ: & exter
nũ militẽ plebeculẽ penu saginatũ: vltro etiã temulentũ illudere quasi vi
ctis: quum interim misellli: & egentes & sicci: aliis suꝑ alias collationibus
in desidis stipendia militis omnia corradere cogerẽtur: & (qđ sine gemi
tu meminisse nemo potest) interdum nexum inire: vt est formula exigẽ
di tributi: si pignora capi nequeant. Sed sic est visum diri tꝑis interregi
bus: quibus ĩpis placere patriũ nihil potest: quiq̧ ante pedes positos tran
siliẽtes: in Colchos nobis aut basternas petẽdos viros putãt. ob quod eos
nõ dubie biennii Epinicia manẽt: ab iis (vt opinor) cõcinẽda qui eorum

olim actui superũt. Sed enĩ (o mirã vim numinis) sic libitũ est ꝓuidentiẽ:
quẽ res & vires mortaliũ tẽperat: oĩaq̧ a se facta ꝓ potestate moderatur:
vt tantẽ rerũ nostrarũ cõpetẽtiẽ cõsiliũ quoq̧ publicũ nõ suppeteret. ne si
bonis in rebus Franciæ & copiosis: bonã quoq̧ mentẽ reip. circũspectãq̧
dedisset: finitimos Gallia longissime summoueret. Priuatim autẽ nostros
cõsilio & solertia defici ego quidẽ nõ puto: ac ne eos quidẽ ĩpos qui in me
diũ consulere nobis existimari volũt: vt quos in augẽda re priuata & stre
nue & solerter nauare oꝑam videmus. Hinc illi subiti penates imaginum
nouarũ: luminibus nũc officiẽtes antiquissimẽ cuiusq̧ domus & genero
sissimẽ. Sed hic est ille orbis fatorũ & ꝓuidẽtiẽ: quo genus humanũ nutu
dei vertitᷣ: in quo emergẽteis alias ĩ solẽ familias: alias sidẽteis ĩ tenebras
videmus: inuicẽ inter se sursum deorsũq̧ impellẽtes. q̃ vicissitudo facit vt
alternis crescãt: decrescãtq̧ interiturẽ tãdẽ stirpes. Veꝝ hoc ridiculũ ꝗ q
ad cẽtesimũ nepotẽ animi se destinatione ꝓpagãt: illustrẽ sibi famã: in oẽ
æuũ pollicẽtes: sẽpe intra primos nepotes stirpitus exolescũt. & tã friuola
spe hoĩes certã & diuinit9 oblatã mutabũt ẽternitatẽ? Sed qdnã in causa
esse dicem9: quãobrẽ q suis cõmodis suorũq̧ cõsulere bene ac feliciter no
rũt: iidẽ rebus ĩpi publicis ꝑspicere nõ ꝑinde videantᷣ? Nẽpe qđ aulicis in
stitutis cauetᷣ ne qd e republica esse videatᷣ aut principis: qđ nõ idẽ cessu
rũ in rẽ priuatã paucorũq̧ intelligatᷣ: nec rursus aliqd publice turpe: qđ
priuatim aut honorificũ eẽ possit aut cõpẽdiosum. nõ itẽ vice versa: quic
quid publice aut honestũ aut vtile sit: id vt ad singulos quoq̧ eoꝝ ꝑtinere
videatᷣ. Nihil.n. moribus huius ætatis publicũ ꝑter aerẽ & pluuiã putatᷣ:
cẽtera nõ tã publica esse: q̃ exposita existimantᷣ: in eoꝝ vtiq̧ ꝑdã cessura
qui anteuertere verecũdis: & ꝑripere possint. sic aulica vigilantibus iura
opitulari ferunt: & virtutis ꝑmia cõcedere occupãti. Proinde nulli vnq̃ in
Gallia publica cõmoda domũ suã auertisse fraudi futurum existimatᷣ: aut
noxã publice quãta sit cũq̧ nocuisse: q qdẽ ĩpe: eiusve amici in libras dãni
dati vnciolis decidere singulis nõ grauetᷣ: & ea sit solertia vt vti foro no
rit. Quo fit vt tã maxime fere actui summo ꝑpositoꝝ diuitiẽ circũfluãt: q̃
maxime vires publicẽ & priuatoꝝ opes exhauriuntᷣ: Sicut in ẽgris corpo
ribus lien & venter pellacia duo mẽbra: tũ maxime redũdare dicuntᷣ: quũ
cætera exucta defectaq̧ videntᷣ. Qꝫ siquãdo nõnulli vt irudines distentæ
caput in sorptu popularis sanguinis visi sunt reliquisse: lõgo iã interuallo
id exẽplũ redditurũ nõ timetᷣ: ꝑsertim qñ id qđ olim capitale cẽsebatᷣ: nũc
impulsis legibus nõ tã criminosum q̃ cõtumeliosũ eẽ cœpit. cõtumeliosũ?
imino vero ingeniosum inter istos beatos: atq̧ etiã palmariũ: vtpote iter
quos nihil ignominiosius egenti innocentia esse credatᷣ: Simul.n. hominũ
fidẽ cũ re concidere dicunt. Iã vero quũ hoc semꝑ habuit Gallia: vt bona
sua interdũ nesciret: interdũ scire nollet: tũ vero illa ꝑgrauat indignitas:
(si id effari licet qđ nequit non expectorari) ꝗ ãplissima familia domini
atriensiũ paucoꝝ regitur arbitratu: qui accepti expẽsiq̧ paginas capacis
simas in potestate habẽtes: in rẽ priuatã iuxta ac publicam versa: publicẽ
rei expensare licenter impuneq̧ videntur: necessitudini & obsequio gra
tiose tribuentes: quæ virtuti officiosæ & industriæ debebantur: vnde
sit vt ad summum dedecus sæpissime res nostræ paucis annis deciderint.

Quid enim per deum rerũ nostrarũ olim fortunatorẽ: quid inquã nõ mo do iniqui? sed etiam ad speciem maiestatis huius regni indignius ac tur pius esse potest: q̃ ꝓ inertes quidam homines: & ab omni actu memora bili feriati: in Prytaneo (vt ita dicam) copioso cũ suis cliẽtelis saginãtur: tanq̃ de republica aut principe meriti pręclarissime? Quid perniciosius: q̃ ꝓ ii nũc demẽsum vnicuiq; ꝑ potestate statuũt: qui meritos ab immeri tis: dignos ab indignis: nõ magis internoscere didicerũt q̃ literarũ nescii doctos ab imperitis? Qui etiam si id facere quoquomodo possint: tamen frugi bonę homines: aut aliquo artificio cõmendabiles: nũq̃ vel nequitia prędítis vel mediastinis seruis cẽseant ꝑferendos: quorũ quidẽ opera nõ in rebus dominicis: sed peculiaribus vti possint. Ita dominicum ipm̃ no men tantarũ indignitatũ inuidię obiiciũt. omnia em̃ imperasse dominus dictitatur quę paucis dispensatorũ vel cõmoda sunt: vel cõplacita. Horũ præcipue interest (id qd̃ quidã nuper astruxisse dicũtur) solertes & cor datos in Francia non esse. verum enim ex eo instituto factũ est vt q̃ opti me quisq; de republica meritus est: tam pessime plerũq; de eo principes mereãtur. quippe aliter fieri nõ potest: quũ huiusmodi administri nõ mo do dispẽsationibus: sed etiã admissionibus pręsint. Q̃z si pauci interdum ad aulæ penetralia nõ exoratis admissionalibus euasere: viri vel doctrina prędíti & solertia: vel grauitate & probitate laudabiles: dicere ausim vel maioribus eos fatis euasisse: vel (qd̃ æque rarum est) benigno aliquo si dere insinuatos esse: vel deniq; vi maioris ingenii fortunã sibi finxisse. Ex ea nota vidimus Petrum Cothardum summæ curiæ principẽ: & Guido nem a Rupeforti Cancellarium Franciæ (legum tutorem: & morum or dinũq; censorem: hoc nomine significamus: quem & pleniore & feliciore nomine Nomophylacẽ appellare possemus). Horum autẽ duorum ideo meminisse me iuuat: q; eorũ nominibus appellandis quũ in memoria feli ciorum temporũ acquiescere mihi videor: & inani ꝑteritoꝝ meditatione recreari: tum vero assentationi & gratiæ nihil dedisse dicar. vtpote qui nec ab ipsis iam mortuis: nec ab eorum sequacibus: qui ferme iam nulli sunt: gratiã inire sperẽ. Quos autẽ viuos colebamus: & omni obseruãtia dignos esse censebamus: vtinã memorię perpetuę vel nũc vel in posterũ consecrare possemus: viros quidẽ illos diuersissimis ingeniis æque de li teris ferme literatisq; meritos. Ille miro lepore studiosos exosculans: nos tros & externos benigne adiuuabat: festiuus: facetus: beneficus: comita te: iucũditate: & morũ facilitate nulli hominũ secũdus: vt vno verbo ab soluam: ꝑfidiũ: subsidiũq; omniũ qui Mineruæ sacramento dixisse ꝑfite rentur: nã & ipse miro lepore inter literatos ꝑditus erat. Hunc illi aduer sam per diametrum geniturã habuisse diceres: vt Democrito Heraclitũ ex aduerso stetisse dicũt: sed sub vultuosa facie & ꝓpe dixerim truculẽta: summa omnia latebant. Nihil aũt amplius in eo cognouim? (quũ omnia essent amplissima) q̃ ꝓ æquabilẽ animi ꝑstantiã in aula imperiosa serua uit ad extremũ: nõ vt in eo trucem animũ: aut vitę infensum esse diceres: sed citra ignauiã circũspectũ: & generose cautum: & tẽpori ita cedentem: vt consertis (qd̃ aiũt) manibus integritatẽ retentaret. Hic adhuc nume ros omneis implesse gerendi summi magistratus existimatur. Fuit inge

Petrus Cothardus.

Guido a Rupeforti.

nio summo: memoria longe equalium tenacissima: animo sibi semper in stanti: voluptatum vel nescius: vel contẽptor. In illa celebritate ac strepitu aulico hominem apud sese dixisses semp̃ esse. Reprehensus fuit a multis (ne ab omni eum culpa videar vindicasse) ꝓ dicerent eum ad rem pau lo auidiorẽ fuisse: atq; iræ præcipiti nimiũ indulsisse: & nihilo secius oẽs probum eum fuisse virum nõ negant: li quidem certe qui a vero priuata simultate perciti nõ aberrant. Equidem vt iram in eo pręcipitem exper tus sum: qui cum eo sæpe habui negotiũ: ita cõtẽdere ausim minime om nium iracundorũ maleficam ipsum habuisse iracũdiam. fuit em̃ huiusmo di vt mira animi eqtate verba ꝓpemodũ iurgiosa redirascẽtiũ ferret dũ taxat liberaliora: etiam si in re ꝑsenti ægre ferre admodũ videretur. vide licet vir ingenui: & Catoniani spũs: nemini fraudi esse voluit generose li bertatem vsurpasse: eorũ quos male sibi cõscios nõ esse intelligebat: alio quin quis negat nemini vnq̃ homini mores vndiq; absolutos fuisse? atq; haud scio an laudi id verti debeat: virũ natura biliosum: & irę intemperã tem: nunq̃ tamen irę ad vindictam vsq; obsecutum esse. eidem quũ comi tas defuerit in seueritate: omniũ tamen quos quisq̃ hodie meminit gra tiosus & suffragator veracissime fuit. neq; em̃ vt hodierni homines aut fu mos venditare solebat: aut sæpius appellari de pollicitatione aut ꝓmis so ferebat. nec vt veteratores aulici & flexiloqui solent: ancipites postu latores & suspensos ambitu lustrali tenebat. Semel suffragiũ suũ aut spõ debat: aut negabat: fronte vt tristi: ita minime aulica & fallaci. opitulator non modo benignus tp̃e imperiosissimo: sed etiam strenuus & peruicax: tanta animi acrimonia & solertia: vt nullum fere susceperit: quẽ nõ & per tulerit ad finẽ destinatũ. Hic (vt ita dicã) corculus in summa talis fuit: vt quũ omneis flexus aulicos occasionesq; memoriter teneret: minime tamẽ aulicus esse voluerit & versipellis: eorũ dissimillimus quos hodie hoc no mine versari decimo quoq; verbo in ore vulgi non pudet: homines perfri ctæ frontis: immo planos improbissimos: quos imposturã factitare ore renidenti iuuat: eosq; petitores frustrari quos aulicæ versutię rudimẽtũ non posuisse sentiunt. Alios ex Chrestologorũ natiõe nouimus medicato sermone afficientes animos flagitantiũ: vt gaudio ꝑfusos ab eis discede re sepe videas & spe bona gestienteis: sed post intellectã ludificationẽ di ras iis imprecanteis: quibus tamen ipsi obaudiẽtes (o ꝓteruũ sermonẽ) fortunari se dictitant. En artes & disciplinas quas aulica philosophia mi rifice profitetur. Quibus tamen nonnulli pridẽ domesticis institutis cla rissimi nunc aduerso rumore inter aulicos agunt: etiam si se suosq; secun dis numinibus aulicis euasisse gratulãtur. Qui autem eius academiæ de cretis iam perimbuti fuerunt: eos ad frugem aliquam bonam ciuilis & æquabilis vitæ redire perq̃ rarum est. Huiusmodi autẽ apud nos aulica stri degentes in oppidis vocitantur a populo: quo verbo tam Aristippe os q̃ ephecticos philosophos & scepticos itelligi volũt. illos salutigeros & morigeros: hos cũctatores & hęsitatores appellitantes: nulli vel amicitię ipsos vel causæ ita vnq̃ addictos: quin statim cum fortuna transire parati sint. Sic enim homines Aeolidæ: versatiles ad omnem aulicam aurã ani mos aiunt sapientum esse debere. Quo fit vt municipes inuicem admo

Guido. nentes:vulgo eos in cornu fœnũ ferre dictitent.At Guido ne in ironũ qui dem cõuẽtu dissimulator fuisse dictus est:quod quidẽ ipsi verti vitio possit:alioquin etiã ingenii & doctrinę & seueritatis maiestate maiores:equa leisq; lõgissime summouẽs:vt tũ opinio fuit cõstãs.Cui9 vtinã sublimitas nõ etiã luminibus posteritatis obstruxisse videat.eã em̃ formã summi honoris inchoauerat:cuius prescriptis qui succederet nemo adhuc reptus est:vt Veneris quondã Coę tabulã iisdẽ liniamentis qui absolueret:Apellis successor nõ potuit inueniri. & em̃ qui ei ꝓximus fuit sextus aut septimus magis q̃ secũdus ei fuit.Mortuus est aũt virtutis cõmendatione sera cognitus:quũ tristitia & seueritate popularis esse cœpisset. Quare illi ex aduerso ac successori cõtigit:neq; em̃ ipe vt Phidiæ signũ statim aspectus & ꝓbatus est:sed primore aduẽtu nõ plausibilis : decedẽs tãdẽ omnibus nõ iniquis desideriũ sui nõ modicũ reliquit.Alter cõtra:magna hoim expectatione exceptus:& ꝑsumpta ex ꝑterito opiniõe gratus:ineũdo etiã magistratu vibrãs & coruscãs extitit:sed ilico a sese descíscẽs:euanido splẽdore in prioris gloriã cessit.Quippe vt inclusa in funda annuli bratteola fulgẽtem suaptę vi carbunculũ flagrantiorẽ reddit:sic successore ꝓuincię lõge inferiore subdito:decessoris illustris gloria intẽsius resplẽdescit. quo maiore cõtẽtione animi adnitendũ erit iis qui in posterũ eũ honorẽ capessent.heroicę em̃ virtutis exuuias nõ cuiusuis etiã primę notę capitis est gestare.Vtinã aũt illi Herculi Theseus aliquis me viuo suboriatur: qui mõstra Reipublicę post eius obitũ enata:prestãtissimæ virtutis emulatione tollat.Eius mors publice haud dubie acerba:mihi priuatim quoq; luctuosa: omnib9 iis incõmodissima fuit qui honestarũ rerũ studio fortunã sibi facturi videbãtur.Quod genus hominũ quũ maxime placiturũ in aula sperarẽt:frigere statim eo mortuo cœpit.Siquidẽ tantũ momẽtũ in supremis fascibus esse iã notũ est:vt quã in partẽ mores eius vergãt q̃ eũ honorẽ gerit:eiuscemodi bona ex ꝑte primarios ordines sortiamur. Nam quũ in eius sodalitio & comitatu velut seminariũ antistitũ & magistratuũ habere Frãcia iam cœperit:fit vt ea in officina politos vel viros vel homines venerari: quo iure quaq; iniuria cogamur.Quare si diutius illo viro ex sinu beneficẽtię edito inter viuos esse licuisset:& literatos vtiq; viros:& de meliore nota inscenã ꝓductos aulicã:ciuilẽq; vidissem9 .hoc enim nemo vnq̃ a bonorũ causa:quos quidẽ cõperisset : aut firmius aut animosius stetit.q̃q̃ sibi quidẽ ipse certe & glorię satis:studiosis & pudentibus qui ꝓductore ad tyrociniũ indigent: parũper inquã parũ vixit:ipsi vero & reipublicę paululũ.tam salubris em̃ sideris occasu sęua mox orta tempestas turbinibus rapidis res gallicas in omneis cœli plagas diuentilare cœpit.Qui duorum hominum spiritus immodicis excitati:quũ eorũ quoq; obitu consopiti esse viderentur:ingenti stupore hominũ extiterũt inauditę calamitates:quibus quũ par nemo in aula supesset: Gallia tum primum animos despõdere visa:retuso etiã illo mucrone strenuitatis:quo maxime valere galli existimantur.simul rei summæ gubernacula laureaiã excussa:omniũ ordinũ ore ad triarios rediisse dictitabãtur.Verũ ille a rupe forti faustum cognomen sortitus:eũ semp animũ circa honestatis studiosos:& modestię tenaces prestitit(etiãsi remittere frontẽ ne iis qui

dem videret) vt eius obitus diem atrũ & funestũ semp habere debeant. Qui autẽ eius institutis insistere noluerunt:iã in de eo viuo virtuti eius infensi:hmõi fuerũt partim vt priuatis studiis summã rerũ actus inclinasse: magistratuũq; cẽsurã(vt ita dicã)delumbasse videant:partim vt ex suo cõtuberino literatos & doctos exegisse iudicari debeant:eorũq; affines ambitiõis:assentatiõisq; nescios:etiã si delectu eoꝝ hoim delectari sese dicere cõsueuerũt:vt oia ferme viri aulici diuersissima actionib9 suis ꝓloq; solẽt:impudẽtia quorũdã tã putida:vt aures defęcatę:& harũ rerũ isolẽtes haurire hęc mẽdacia citra nauseã stomachosę indignatiõis nequeãt. Sed nihil indigni9 q̃ q; sic quoq; fallere sperãt vel intra pomœria natos & institutos.O stultã & ridiculã opinionẽ:si quidẽ ita putãt:ipudẽtẽ & capitalẽ sermonẽ si nõ putãt.sed illudere ꝓterue eoꝝ patiẽtię gaudẽt qbuscũ colloquunt:q ne tãtulũ q̃dẽ ipi cõmouere se in illo regni theatro extra numeros pñt aut ꝓbitatis:aut honestatis:quin aut risu statim acriũ spectatorũ:aut aduerso murmure excipiant oim cuneorũ. vsq; adeo q suspici se supra alios volũt:vel agẽtes ipi vel loquẽtes latere nos nequeũt. Nõne q̃ in adytis aulę quasiq; intra scenã agunt:q̃ illic numina : quibusq; sacris colãt:solẽne est nobis ãniuersariis ludis velut ex ꝓscenio audire:ac satyricis actib9 ita in rẽ ꝑsentẽ ꝓduci ac si reducto velo opertanea sacra ĩtrospicere ꝑmitteremur?Qui igit fieri id posse dicamus?Nẽpe q; Aius ille(vt ita dicã)locutius arcanũ nihil esse sinit eoꝝ q̃ in aula gerunt. Qd̃ em̃ ad vniuersos pertinet:id palã quoq; vult omnibus ordinibus esse.Sed beatum illud diuersorium illi tantũ qui intus sunt:rimis ꝓlucere nesciunt. Proh superi immortales num quisq̃ sodali & contubernali vel etiã familię notior esse potest:q̃ omnes eorum mores & habitus:omnes status :flexus & affectiones corporis animiq;:omnes vultuum species & aspectuũ oibus notę sunt istorũ qui sese omnes latere putãt? Quãta igit cautione:q̃ circunspecte:q̃ religiose in suo se actu gerere vel alieno inferre debent:qui acribus oculis theatri amplissimi sese circũspici sentiũt? Sed quis eos hoc sentire credat quibus in re sibi gerenda satagentibus consulere famæ nõ vacat? atqui si oculis cuneorum inseruire non vacabat:aut si non magnopere id referre putabant:vel ordinum ipsi oculis vel orchestræ certe inseruire debebãt.Hoc enim meminisse oportebat qui existimationi olim cõsulere neglexerunt:de iis aliquando publice grauiter esse consultum.verum hæc iam terricula infantium aut nouiciorũ esse creduntur.Periti autem rerum & veteratores arcem sibi impunitatis nuper prestruxisse existimantur:cũ immaniũ opũ propugnaculis:tum vero validis presidiis necessitudinũ cõtractarũq; affinitatũ:firmatã:quã expugnare nulla vis iudiciorũ aut cõstituẽdę reipublice possit.Pessime vero de se mereri iã putãtur:qui vl̃ famę detrimẽto cõmodis suis quoad licet nõ cõsulũt.Inane em̃ & ieiunũ nũc aucupiũ esse credit fortunis augẽdis quoquo modo parcẽtiũ:vt famã integritatis honestatisq; cõseruẽt.Proide nõ ita pridẽ qui rerũ potiebant scenicorũ figuras verecũdis auribꝰ deuorare videbantur: hãc loquẽdi libertatẽ tolli nõ posse frãcis rege nõ violẽto itelligẽtes.post ea aures sensim cauillis ita occalluisse cernunt: vt inter theatricas ꝑsonas prodire optabile esse cœperit quorũdã opiniõe:qui nõ nisi beatorũ & co-

Aius locutius.

piosorũ noia in argumentis satyricis frequẽtari dictitãt: qñ illi aurito capitio tecti summũ fere qđq; caput salibus suis ꝓfricẽt. Vnde eo rẽ videm⁹ euasisse: vt q̃ olim vicia figurate & maximo cũ lepore allegoriarũ in summis magistratibus notabant: quũ vel satyri cauillãtes inducerent: vel vicia ipa ꝑsonata ꝑ ꝓsopopeias ꝓdirent: in iis quas vulgo moralitates: nos antiquo vocabulo ethologias appellam⁹: ea nũc satyrico felle isulse & simpliciter: & sine venustate schematũ enũcient: videlicet q; licẽtia peccãdi periisse frontẽ (vt inquit ille) de rebus arbitrent. En quibus seruire: quos colere & obseruare: quorũ volũtati lenocinari: deniq; qbus grauitatis & doctrinę: atq; oim ingenii ornamętorũ fasceis summittere necesse est: eos quidẽ q aliquo in numero haberi in Frãcia cõcupiuerint: vt mirari hoies desinãt q; rari sapiẽtes & eruditi in rerũ nr̃arum administratiõe versent. Nã ii quorũ maxie interest res ꝓbe administrari: quũ in speculis esse deberent: Vcalegones fere sub tecto rerum securi dormitant: ne discrimine quidem ipsi nuper fumigante excitati. Hic est status fere Frãcię: qui si aliquãdo recte atq; ordine cõstitut⁹ fuerit: vt ii vltra ĩ puppi ne imperitẽt: q; in transtris sedere: aut inter vectores esse deberẽt: tã opuleta vt opinor erit Gallia: q̃ priscis tpibus Hispania & Persis fuisse phibent. Rex quidã Frãcię Ludouicus (vt opinor) vt vndecimus: quũ sermo aliqñ inter eũ & legatos magni cuiusdã principis incidisset de ꝓuinciarũ opulentia: & illi magnifice de suis sentire opibus viderent respondisse ita ferũt vt diceret pratũ se graminosũ & late patẽs habere: & qđ toties fieret restibile: quoties visum ẽt fœnificio opus esse. Quo dicto significare volebat: nunq̃ non imperata tributa populos sibi subditos pependisse. Nos aũt sic actũ esse ꝑ hosce annos cũ ppĩo gallico scim⁹: vt eodẽ anno vna & altera accessione tributa: modo dimidio: modo altero tãto: nõnũq̃ etiã sesqplo creuerint: tãta aiorũ ęqtate: vt vicẽ principis plebẽ dolẽtẽ videres: q; tot ĩ curas rebus gerẽdis distringeret: ꝓinde ac si ab eadẽ semẽti altera & tertia seges demeteret in Frãcia: aut ex nouali bus spicilegiũ iustę messis instar esset: & vindemiã racematio excipiẽs: noua denuo fœtura exuberaret. Verũ Rex ille Ludouicus prato suo amplissimo gloriabat: ex quo eodẽ anno fœnisiciũ sæpius cogeret: q̃tumq; placuisset. Erit olim fortasse Rex alter qui chrysomallas oues aureo vellere opimas habere se dictitabit: nõ illas quidẽ apud Colchos aut Iberos: vt ĩ fabulis legunt fuisse: sed clęmẽte cęli tractu latifundiis inerrãtes: toties attonsiles quot res extiterit gerẽdę: vellere succrescẽte iugi fœcũditate. Illud vero singulare ac nulli ęque prouincię datũ: vt bellis cõtinuis: intestinis vel externis exhausta: & viris viribusq; aliis ad summã inopiã vsq; defecta vnius statim aut alterius anni pace & cõmercio recreet: & vt Antęũ illũ gigãtẽ ab Hercule sublatũ poetæ fabulant q̃tũuis lucta fatigatũ & certamine cõfectũ: simĩ atq; terrã matrẽ cõtigisset: integras ilico vires solitũ recuperare: Ita Frãcię vires opesq; q̃tũlibet accisę: cũ primũ ꝑ pacẽ aut ducias telluri aratro mouere licet: q̃si terrę tactu istaurari vident icredibili celeritate. O rarã ꝓuicię felicitatẽ. O reges vndiq; btõs: si tm̃ ꝑsonã suã satis nosse potuisset & ĩ actu rerũ grauissimũ qđq; negociũ ductu suo trãsigi: nedũ auspiciis suis cõcupiuisset. hoc de⁹ ad cętera gallię addidisset: nũ eris oib⁹ cumulata felicitatis eẽt, nã

Etholo-giæ.

Vcalego-nes.

Anteus.

quum clęmẽtiã in regibus: tũ libertatẽ in ciuibus rarissime desiderauit. Sed illud: illud inquã acreis homines & rerũ non nescios vrit: q; pusillis homunculis necesse est ꝑsępe subseruire: quos vt actores & vicarios principis aulica comitia ceruicibus iniungũt succolaturę plebis, illos qdẽ aut fortunę suffragio: aut fauoris incõsulti: re dẽptiue renũciatos. hmõi autẽ hoies: quũ fata gallica regãt: quũ liberalitates principis munificẽtiãq; arbitrent: quũ cuiuscũq; nostratiũ: externorũq; merita ancipiti trutina arbitrii sui ꝑpẽdãt: & volũtatis suę modulis viros magnos: pusillosq; metiant: sursum deorsũq; ꝑmiscẽt oia ĩ Frãcia: facile quidẽ illa principe oim ꝓuinciarũ. Quid em̃ ꝑ deũ immortalẽ recte atq; ordine administrare semisses isti actores ꝑnt: qui nullũ ius ciuilitatis & isonomię nouerũt: quę est ęquabilis honorũ bonorũq; distributio: ꝑ dignitate ac merito ciuiũ tẽperãda? Nã qđ ius a nobis appellat distributiuũ: id ab Aristotele iuris ciuilis eximio cõditore cataxian dictũ est: quod est secundũ dignationẽ ciuiũ & ꝓ merita cuiusq; statuẽdũ. at huiuscemodi velut interreges iãdiu ꝑtulim⁹ fremẽtibus nequicq̃ oibus ordinibus: & suppssa ꝓcerũ auctoritate. Hic mihi manũ inicit reputatio fortunę temeritatis: & resistere paulisp cogit ac sui meminisse. Siquidẽ quũ ĩ oi mũdi ꝑte fortũa plurimũ pollere: & rerũ esse dña existimat: tũ vero supꝑ oia ipam eẽ in Frãcia iudico. Haud ita pridẽ hoies duos vidim⁹ tanta subnixos potẽtia: vt ad rei publicę officia vixdecim⁹ quisq; nõ ex eoꝝ clientelis ꝓdire videret: quũ etiã ipi incremẽta sua fortunę bona ex ꝑte deberẽt. Horũ cũ alter tpe paulũ prior: & fastigio multũ amplior: eo prorsus esset ingenio: vt qui se submittere maxie eius potẽtię vellẽt: hosce ille maxie cęteris ꝑficere vellet: Alter eos ꝑcipue promouere cõcupiebat: ornamẽtisq; immodicis augere: quos sibi vsui fore sperabat ad potẽtiã vel augendã vel tuendam: aut iis moribus prædictos: vt sibi morigeri esse omni genere obsequii possent. Nã & ipse impigre morigrãdo probatus in secundas gerendarum rerum a maiore adoptat⁹ erat: quin & assecla comitęq; illi⁹ potẽtię nõ sociũ postea semp egit: haud grauate primos fasceis submittẽs atq; etiã subiiciẽs illi⁹ fortũæ cuius tũ nutu oia vertebant: & meminerat quas in leges quũ summũ magistratũ iniret surdo sacramẽto ipe adact⁹ eẽt. Quoad illo de medio sublato quũ nutnati fortunę videret immĩnere q̃dã alius ex eodẽ ꝓdiit comitatu apud ordines aulicos egregie gratiosus: cui⁹ auctoritate & solertia effectũ est ne ille ipotẽtię animi oino indulgere posset. Cui si spũs omneis suos ꝓfundere libere licuisset: ne curia qdẽ sũma q̃tũuis obnixa substitisset. Quũ hoc rerũ statu fors fortuna specimẽ facere potẽtię suę videret: cõtigit (id qđ necesse erat) vt quos casus temerari⁹ in aulã insinuauisset (aula aũt tũ erat comitat⁹ iporum) quũ vnũ aut alterũ stipẽdiũ iis supparasi tãdo fecissent: statim vel magistratu vel antistitio donati quasi militię prę mio: macti esse virtute obsequii atq; obseruãtię iuberent. Qđ quũ mirificis exẽplis apud omneis innotuisset: eoq; mores incubuisse vulgo dictitarentur: vt nulla iã via certius ad magistrat⁹: honores & diuitias ferret: q̃ ãbitio & assentatio: & (vt plane loquar) corꝑis aiq; fœda vẽditatio: cõtraq; honestarũ artiũ studiosi: aut veritatis tenaces: oẽsq; quisq; se eximere fortũę ditiõe cupiebãt: vel quos extra ꝑscriptũ decori & hõesti pude-

Isonomia

bat prosilire: male de se mereri viderentur qui vel studio literarum miseri intabescerẽt: vel inania & obsoleta noia honestatis & virtutis tãtope amplecterẽtur: vel deniq; in iis rebus fouendis cõsenescerent: quæ nihil ad id tẽpus pertinere cernerent. Quũ ea inquã fere esset cõditio tpis: certatim eo aduolanteis atq; etiã migrãteis videbamus: vbi cõtuberniũ esse fortunę videbat: quũ interim paucis illis qui constantia & pudore ducebãtur domi agere feriatos ab omni actu publico liceret: qui quidẽ adiũctũ cõpẽdiũ & honorẽ haberet. sic paucis annis factũ: vt inuersis ordinibus patricii ad plebẽ: & plebei ad patricios traducerẽtur: quũ velut somno beatos redeunteis videremus: quarto vel quito: atq; etiã decimo eqte nõnullos comitatiores factos: imaginib9 nouis insignes: q̃ gẽtilitiis & troiugenarũ nũc claritate p̃stant. Ita duorũ hominũ potẽtatu repagulis pudoris & reuerẽtię legũ atq; existimatõis bonorũ & grauiũ refractis: & retusa acie iudiciorũ seueritatis: eo iã insolẽtię & licẽtię ventũ erat: vt accepta expẽsaq; oia nõ fortunę: sed fortunatoribus hoim referrẽtur: quos princeps indignitatis nescius p̃fecerat (vt assolet) hoim delectui. Qua potẽtia ipsi freti: quũ diuinos sibi honores poposcissent: nec defuissẽt hoies primarii qui se eoꝝ cultus ingessissent antistites: ab altarib9 dñi nõ pauci emãsitãtes: iã mortaliũ sensu inauditę rei miraculo stupẽte: puidẽtia vtiq; rerũ humanarũ curã abiecisse aut certe posuisse a multis putabat: & alioquin vsq; eo publica mens successu rerũ elata aberrarat: vt Martis & Bellonę numina instar haberent oĩs diuinitatis. Quibus reb9 Frãcia Christiana rũ partiũ signifera (me miserũ q hęc meminisse cogor) quũ cognomẽ illud ipsa suũ & ęternũ impiauisset: ibi tũ ibi verũ & vnicũ numẽ rapida nri orbis vertigine terribile: diuinitatis suę maiestatẽ mire asserere cœpit: editis in supbos exẽplis oĩs memorię lõge clarissimis: oimq; gentiũ: si rerũ diuinarũ intelligẽtię dociles ipi aĩmos haberem9. Sed nos (o ęęę mẽtes hũanę) monita diuina p̃inde ac fulmina terrifica: celeri transmittere obliuiõe gaudem9: tãtisp modo ĩ cœlũ suspectãtes: quoad orbis cõcussu cõtremiscim9: serenitate aũt reddita vel substillo adhuc cœlo: ne turbinũ quidẽ recẽtiũ vestigiis admonemur & alias quoq; pcellas impẽdere fortasse. Quero ecquo vnq̃ sęculo dñs in nros vel in suos poti9 rapidiorẽ irę suę terrorẽ: micãtiorẽq; distrinxisse visus est? Distrixisse dico? immo etiã vibrasse: tãetsi cõtremefactas delitias suas p̃sequi pepcerit. Hoc quũ heri & nudiusterti9 factũ sit: qs iã meminisse dicet: si qdẽ mens publica exhabitu & fiducia singulorũ ęstimet? Siccine fomẽto vno) p̃calido fortasse (ere nata apposito: doloris stati Frãci obliuiscunt: vt vulnere p̃curato? Proh suprema & ęterna dei prouidentia vsq; adeo ne densa sęculo nostro erroris impii est offusa caligo: vt ne fulminante quidem deo sursum aspicere possimus? Q̃ si cœlum suspicere obliuiscimur: quin igitur omnia intente circumspectamus: vt sensu saltem humano gallia niteretur? nũc vero nec deorsũ nec sinistrorsũ intuemur: nec retrorsũ respectam9: ac ne id qdẽ qd̃ porro est videre cõtẽdimus. id demũ qd̃ oculis admotũ ẽ: aut etiã ad qd̃ idẽtidẽ offensam9: aĩ aduersiõe dignũ eẽ cẽsemus. vt mirari nũc subeat eorũ vel inertiã vel amẽtiã: quorũ oculis princeps p̃ conspiciliis solet vti. Qui quũ coemundis possessionibus: & exædificandis penatibus gen

tilitiis longissime perspectare: & ad pronepotum vsq; atnepotes porroq; etiam videantur: existimationi tamen populari non seruiant ad posteros manaturæ: etiamsi perpetuo ipsi tenore felicitatis (qd̃ rarissime euenit) vitam transigant longiorem. q̃q̃ quid felicitatem istorum voco? quorum nulli securum sui possessorem esse licet: ex quo ciuilis & municipalis vitę tranquillitatem aulicæ potentiæ semel emanciparunt. Nam qui acquiescere intra natalium modum: exigui esse animi aut degeneris arbitrãtur: ii q̃altissime volentes emicare: eo abripiuntur sępe: vnde sine præcipitio in vitam descendere tranquilliorem nequeant. Atqui huiusmodi est fere eorum conditio: qui ius in caput hominũ ac fortunas habere: aut decus opimũ esse putãt: aut culmen felicitatis. Quos equidem (vt nũc sunt humana) crediderim potius gradum ad æternũ præcipitium factitare: q̃ ad veram beatitudinẽ vel tãtulum proficere. Qui enim sensus omneis suos diuino desponsos cultui: humano obsequio & fastui sæculari ita mancipauerit: vt ne animam quidem receperit cœlesti sodalitio natam: quę in manum ipsa dei mancipiũq; tum conuenit: quũ militiæ Christianę tyrocinio quisq; sacramento primũ dominico dixit: lustrali rore respersus: quonam modo is non perfidus & transfuga est: qui ab eo in cuius verba adactus est: ad eũ desciscit: cuius obsequiũ rogatus eiurauit? Etenim aĩa vsq; adeo aulicæ potentiæ amore capta: quid aliud q̃ a sponso suo eodemq; domino diuertens: res eum sibi suas habere iubet: & cum dote sua licet profectitia ad amorem impietatis transit? Sed deus ipe ista viderit: cuius est prouidentiæ quicquid recte atq; ordine in cõmune consulitur: vt eius est contuentiæ quicquid nunc populus perpetitur. Cæterum (vt ad rẽ redeã) si per hosce aliquot annos isti hominũ merita in dispẽsandis honoribus & officiis publicis ponderata fuisse cõtenderint: sunt qui ausint affirmare: raro librípendibus ipis eius lancem cõpetitoris pessum iisse: qui meritis q̃libet amplis vel aurũ vel necessitudinẽ vel aliud quippiã cõmẽdatitium non addiderit: qd̃ virtutẽ doctrinãq; & famã q̃uis illustrẽ p̃grauaret. Ita viros eximios: qui aut ingenii ornamẽtis: aut p̃rogatiua nataliũ: aut innocentię & doctrinę suffragio renũciari sperẽt & sua crescere industria: obstrictos iis esse grauí aliquo auctoramento necesse est: qui officinæ illius beatricis videri mancipes gaudent. quorũ vt quisq; maxime vel obscuris vel exiguis natalibus ortus est: ita plærũq; esse plenissimus fastidii solet. Vnũ tamẽ eorum genus semp exitiabile fuit: qui diuturno grassati obsequio: & in omniũ potentium obseruantiam compositi: oris tandem probitate obrepserunt iis qui sup admissiones erãt. Hoc genus & flexiloquũ: & ad oẽm rerũ inclinationẽ aut fortunę celerẽ euariationẽ chamęleontea quoq; ip̃m mutatione aliud atq; aliud esse solet. visi sunt sępe onocephali q̃ numerum augerent: vt in omni ordine fere sunt quos fortunę mera ludibria iudices. Qui nec ingenio p̃rediti: nec arte vlla ciuili intincti sunt: nec natura aut sciti aut lepidi: sed fruges tantum consumere nostri prytanei nati. Verum illi nos vrunt aulici veteranei vel verius veteratores: qui manubiis popularibus beati: & proceres obæratos versuris auctorãtes: eos processibus suis inimicos putãt eẽ: qui iis studiis incũbũt q̃ quęstũ nõ factitãt. hos stipatos manipulis asseclarũ videre est: quos velut tyrocinio de

ducunt in officinã ditis: vt illic argentariã factitent. Ii autẽ vt literarum irrisores improbuli: sic ærarii arrosores minutuli: a vulgo dictitantur: ad id tamen succenturiati vt vberrimũ quodq; munus per manus traditum suscipiant: qd quidẽ esse in aulæ cõmercio possit. ex manubiis em̃ suppeditãtur iuuenes beatuli: quæ literatis & doctis sacrosanctę solent esse. iis autem stationariis ordinũ ductores in sua verba adactis: firmissimũ qd q; reip. p̃sidiũ tenẽt: ne rei summa potestas inclinatione rerũ ex sinu suo excidat. & nos consiliũ publicũ tãtis copiis Galliæ nõ suppetiisse miramur? Quis em̃ iam referre vel honestatis vel vtilitatis publicę putat qui quib9 anteponantur? Nec vero Gallia q̃libet latis finibus patens: & multis magistratibus atq; honoribus instructa: propinquis & necessariis istorum cũ numero inexplebilibus: tum vero cupiditate vberrimũ quodq; munus deuorantibus: iam esse satis potest. Quare quũ magnę ip̃orũ cognationes: etiam affinitates dudum coiuissę visæ sint: quæ nulla vi vel legitima: vel aduersarum factionũ frangi vel dissui possint: quid illis tãdem sperãdum est qui suffragatores vel sequestres intra septa non habent? nam meritorum quidem surdas preces nihil prodesse scimus: quũ alioquin omnia in potestate teneant qui dies & horas soli comitialeis nouerunt. quidni em̃ comitia vel differre possint vel auferre: qui etiam iustitium edicũt quum libuit & remittunt? Sed quid nominis appellemus: aut quid hominũ potius eos esse dicamus: quorum haud ita pridem silentium plus regno nostro nouimus incommodasse: q̃ omniũ potuere concionantium vociferationes prodesse? Sirach ille philosophus Iudæorum secundũ Solomonem sapientissimus tricesimo capite sui libri ita inquit ἀγαθὰ ἐκκεχυμένα ἐν σόματι κεκλεισμένῳ· θέματα βρωμάτων παρακείμενα ἐπὶ τάφῳ effusa bona in ore compresso: fercula epularum apposita sepulcro. O fœdissimam culpam quum is animus in rerum non exhibetur actu: quem vel mores: vel anteacta vita spondere: vel frons deniq; impostricula videbatur præferre. silentium dico? Vtinam hactenus argui possent. Heu mores huius ætatis. Quonã tandem gentium germana virtus abiit? cedo nunc Aristidem vnum aut Nasicam: quicum in tenebris Micem: & ego Alcyonem vidisse me gloriabor. Cedo Catonem aut alium quẽuis liberi spiritus virum: qui & reipublicę charitate ducatur: & precariũ se honorem habere non meminisse velit. cedo qui in actu publico plęraq; in priuatas rationes nõ referat: nec velut fortunæ largienti publica: pandendum esse priuatum sinum putet. cedo deniq; qui simplici innocentia & integritate: q̃ multiplici lorica opũ & propinquitatum aliarũq; necessitudinũ tectus esse malit: nõ modo aduersus vim aulicã & improbã: sed etiã aduersus legitimã & ciuilẽ. Postremo ostende vnũ ex istis vultuosis & personatis: qui aliquando oibus integumentis simulationũ euolutũ se vel amico & ꝓpinquo cognoscẽdũ dederit. Ita ne vero isti a cõspectu nostro rapti: quum eos exceperint munia grandiora: iubeant non modo nos: sed etiam honestatem ac veritatẽ valere: quasi vt in alienos mores (o maleficam vim Vertumni) sic in aulicos immigrarit? & primos vitę actus: quasi obsides hominũ existimationi datos: ætate iam vergente p̃fide destituant? videant quęso etiam atq; etiam: nẽ id perinde esse credatur: atq; si maturã segetem laudum suarũ: tædio ipsi

vitæ compositę capti: repente (vt sic loquar) inarare: vertereq; dicerent? Atqui tales aliquando inuentos esse constat: qui dignitate vultus populo imponerent & oris ꝓbitate: vt nuces intus marcidæ speciosæ sæpe fallũt putamine legẽtes. Rursus idẽ Sirach. cap. tertio & tricesimo. χορτάσματα καὶ ῥάβδοι καὶ φορτία ὄνῳ· ἄρτος καὶ παιδεία καὶ ἔργον οἰκέτῃ. Pabulũ (inquit) & virga & sarcinæ asello: panis & institutio & opus mãcipio. Quorsum (inqs) hæc philosophi dicta? nẽpe vt intelligatur virum sapiẽtem priore loco eorum socordiã taxauisse: qui sibi ac ꝓpinquis impigri & diserti (vt claris innotuit exẽplis) in causa tamẽ populari inuenti sunt infantes ac remissi: idq; eo tẽpore quũ eos gnauos esse & facundos rerũ summæ interesset. Quibus aliquando ipsis eorũq; collegis aut successoribus eã mentem dari velim: vt vel pulpito facessant: vel dicẽda inculcandaq; in tempore ꝓloquantur. Alterum illud symbolum ad regũ eruditionẽ ꝓditũ esse censeo: vt crassis ac pigris ingeniis sordida ipsi munera reipub. & velut clitellas publicas iniungerẽt: exigua quoq; salaria geometrica ꝓportione statuẽtes: vt Aristoteles docuit ratione pulcherrima. eximios aũt viros: quorũ industria solertiaq; vti rebus in arduis possent: primario vt pane alitos ad ingenua munia transcriberent: ingenuis ip̃os artibus institutos: nec eos vitam agere sinerent ignobiles & abditos: qui ornamento reipub. & vsui esse possent. Ecquod est enim per superos immortales aut vtilius regni administrandi: aut splendidius instrumentũ: ad finitimas etiam & longinquas nationes refulgens: q̃ doctorũ hominum multitudo: partim in comitatu regis agẽs: partim ꝑ varia reip. munia distributa? At nũc is est reip. nostræ status: vt clitellę generosis equis: & instrata speciosa imponãtur asinis. Proinde quũ nec oculi: nec aures regis officium suũ nũc agnoscãt: & homines quidã in rebus suis acres: in republica & principis aut languidi: aut hebetes: nec deligere ipsi idoneos viros: nec hominum famã secũdam aut incõmodam satis explorare nouerint: quid causæ est tandẽ quin omnium in repub. perperã factorũ crimina ad eos ꝑtineant? & q; Francia male nunc audit ob doctorum sapientũq; penuriam: id iis in crimen verti debeat: ꝑ quos hic tales multos esse non licet? Quid si etiam eorum nõ nulli prorsus doctos & bonos: eorũq; dissimiles nouere: sed ꝓcul eos gubernaculis simmouent: ne vel eorũ acta ad manus aspiciãt: aut in puppim fortasse admitti tandem velint? Manauit em̃ hæc opinio etiam in vulgus: cordatiores ideo homines nõnullis suspectos esse: q; prælucentẽ facem ꝓpius admoueri rebus gerendis nolint. Certe vidimus huiusmodi nõ admissos in consortium: quũ vox id publica vociferatu summo: sed confuso flagitaret. Aut igitur hoc fateantur necesse est: amussim se albam in lapide albo esse: qui inter gnaros ignarosq; discerniculum nesciant: aut nosse se quidem notæ melioris viros: sed non tam scenæ & populo aut etiam veritati: q̃ potentię suæ & commodis inseruire: & principis senectuti aut infirmę valitudini hactenus illusisse. Vtrũuis aũt fateantur: paris erit impudentiæ. etenim qui satis secundas implere nequeunt: qua (malũ) frõte primas tenere contendũt? p̃sertim quũ tot egregios actores inter cuneos inerteis & exactos sedere videam9: & dec9 scenę ꝓceres lõgissime submotos? eorũ si sagacitatem requirere nunc vacaret: aut id interesse rerũ

magnopere arbitraremur: q̃ facile esset docere Franciã non modo oculis & auribus nostro caruisse tempore: sed (qd̃ instar est monstri) neolfactus quidem sensorium habuisse. Quam enim tandem cladem odorari aduentantem ante potuimus: q̃ ab ea oppressi? quid ante ꝓuidere: q̃ in oculos incurrit? aut quem rumorem belli prius auscultatu captare: q̃ omnia classicis personare visa sunt? hunc statũ rerum in Gallia vidimus: quo statu res gestas si quis olim memoriẹ mandare statuerit: eorũ quidem quis lotis manibus stilum capessere licebit: luculentum sane argumentum scribendi: copiosumq; habebit: & ex eo posteritas intelliget q̃ magnifice nõnulli in rerum sese administratiõe gesserint. Quis enim amãs patriẹ: quũ paulo acriorẽ animũ ad hæc scribenda applicauerit: non hoc prẹcipue docere contẽdat & ꝑsuadere: quod francorum natio inuidia prius rerũ in Italia prosprime gestarũ: deinde etiã odio & cõtẽptu laborauit ob imutatum rerum statum euentu prope interneciuo: nõ id vicium gentis fuisse: quæ tot sæculis documentũ strenuitatis suæ dedit: comis & innoxiæ: vt quidem sunt iura belli: sed tẽporis fatalis: sed ambitionis paucorum præcipitis atq; inertis: quã vniuersẹ gentis ignominia expiari oportuit vt exẽplum in posterum proderetur. Sed quidlibet potius q̃ vniuersæ gẽtis vel scelus vel erratũ. Hæ (vt arbitror) sunt causæ quãobrem Francia latius atq; augustius imperium non habet: ne mirum sit quũ amplum ei & magnificum late imperitandi instrumentũ constare contenderim: rerum tamen gestarum rationem haud quaq̃ ꝑ portione constare. Quare si moribus iam nostris: qui rerũ summam tenent: tenebũtq; in posterum: in disq̃sitionem conuentuum aliquando principe ꝑside vocarentur: nonnulli sæpe qui nasuṭos sese videri volunt: haud dubie (quod aiũt) apprime simi ab omnibus cernerent. proinde qui illorum sunt adhuc superstites: ii maximopere laborare debent: vt præteriti tẽporis dãna sarcientes: publici etiã dedecoris discutiant suggillata: vt quidem discuti possunt. Sic enim fiet vt vulgatẹ opinionis: & per omnes ordines peruagatẹ sententia inducenda: a qua vix ꝓuocari potest: publicæ etiam ipsi famæ tympana sonitu hilariore ac festiuiore pulsent. ad hoc autem ideo alacriore animo ac spe meliore se comparare possunt: q; rebus gestis genialis huius anni ansam ipsis deus retinendi gubernaculorum dedit: etiam cum laude nõ vulgari. qua occasione vtinam & probe & solerter tãtisper dũ licet vtant: vt nobis aliquando argumentum palinodiẹ detur. Multa alia restabãt eodẽ pertinentia: sed hactenus Hercules & Liber pater vt est in prouerbio. Vlterius fortasse ciuili libertati aqua fluere nõ videt: ꝓinde reuertar ad viã institutam quæ adhuc magna restat. Romanarum persicarũq; opum cõmentationem sequitur Iudẹorum mentio: quorum reges Dauid & Solomon immanes diuitias possedisse legũtur: quas eo magis leuiter excutiẽdas esse duxi: ne præuaricationis arguerer: q̃ q; explicandi de iis aliquid fiduciam conceperim. Iuuabat & alioquin in eas res inquirere: quæ vt vulgi est opinio sola sacrorũ scriptorum auctoritate subnixa esse creduntur. Iamprimũ igitur prioris paralip. cap. ii. & vicesimo Dauid ita loquẽs ad Solomonẽ inducit. Cõfortare & viriliter age: ne timeas neq; paueas. ecce ego in paupertatula mea ꝑparaui impẽsas domus domini auri talẽ-

ta centum millia: & argenti mille millia talentum. & secundi Regũ. viii. Et percussit Dauid Adadezer regem Soba: qñ ꝓfectus est vt dominaretur super flumen Euphratẽ. Venit quoq; Syria Damasci vt ꝑsidium ferret Adadezer. & percussit Dauid de Syria. xxii. millia Syrorũ: facta est Syria Dauid seruiens sub tributo. & tulit Dauid arma aurea quẹ habebant serui Adadezer: & detulit ea in Hierusalem. Libro autẽ tertio regũ cap. decimo. non erat argentum nec alicuius precii putabatur in diebus Solomonis: quia classis regis per mare cum classe Hiram semel per tres annos ibat in Tharsis: deferens inde aurum & argentum. & paulo inferius. fecitq; vt tanta esset abundantia auri & argenti in Hierusalem quanta & lapidum. Hac hyperbole immẽsa auri argentiq; vis fuisse significatur in thesauris Solomonis. Vidimus supra summas Persarũ opes cẽtũ & octoginta millia talentũ fuisse post Darium victũ. quibus oportet septẽ millia addere quẹ Darius Ecbatanis fugiẽs secũ i tumultu rapuit vt auctor est Arrianus: & iis rursus cõiectura addere sũptũ ei⁹ belli. Historia aũt regũ dicit Dauid habuisse argenti mille millia talentũ: id est decies cẽtena millia: & auri centũ millia: quẹ minima cõputatione mille millia talenta argẽti valent. Ita fit vt decies maiores fuerint Dauid opes q̃ Darii. Existimo aũt & Persicũ talentũ & Hebraicũ idẽ cũ Babylonio fuisse talẽto: qua ratione summa sexta parte augetur. Quare fidẽ res illa habitura nõ videtur hominũ quidẽ sensu: etiã si auctoritati sacrosanctẹ id creditur. Iosepus libro septimo antiquitatũ de eo loquẽs ita inquit. Reliquit aũt Dauid diuitias tãtas q̃tas nemo alius regũ nec hebræorũ nec aliarũ gẽtiũ κατέλιπε δὲ πλοῦτον ὅσον οὐκ ἄλλος βασιλεὺς οὔτε ἑβραίων οὔτε ἄλλων ἐθνῶν. Ingentes autẽ pecunias in sepulchro eius cõditas fuisse dicit: & in regũ loculis: qui magna arte conditi ita erãt: vt nõ facile inuenirí possent. Euseb. libro nono de ꝑparatione euangelica auctor est Eupolemũ ita scriptũ reliquisse: Dauid regẽ Syros & Phœnices vsq; ad Euphratẽ domuisse: Idumẹos etiã & Ammonitas: Ituræos: Moabitas: Nabatæos: Nabdæos: Suronemq; Tyri ac Phœniciæ regẽ: bello subactos tributa Iudæis pepẽdisse. Dauidq; petẽti diuinitus locũ fuisse demõstratũ quo loco ædificaturus esset tẽplũ. sed cũ sanguine hostiũ & multis cædibus per bella varia impiatus: hoc facere non potuisset: q̃ maximũ potuit apparatũ fecisse. itaq; cõparasse eũ æris argenti auri talenta non pauca: lapides etiã & ligna cupressi & cedri. nauesq; eũ coegisse Melanis Arabiæ ciuitate: mississeq; in insulã Vrphen in rubro mari sitã metallis auri scatentẽ: vnde in Iudæam innumerabilia pene auri pondo delata fuisse. Dauid autẽ moriẽtẽ regnũ Solomoni filio tradidisse. qui cũ tẽplũ ẹdificaturus esset deo ita volente: literas ad Vaphrẽ Aegypti regẽ scripsisse hoc exẽplo. Rex Solomon Vaphri Aegypti regi amico paterno salutẽ. Scito me a deo magno Dauid patris mei regnũ accepisse. cũq; mihi pater receperit tẽplũ deo condere cœli & terræ cõditori: vt etiã ad te scribẽrẽ addidit: peto igitur abs te vt artifices atq; fabros ad ædificandũ templũ dei mittere velis. Vaphrẽ autẽ inter alia hoc rescripsisse. ad ædificandũ templũ dei fabros atq; ministros octuaginta millia hominũ ad te destinaui. dabis igitur operam vt recte atq; ordine viuant: & rebus necessariis non careant: temploq; dei condito incolumes ad nos

Dauid ditissimꝰ regũ oim fuisse dicit.

Epla Solomonis ad Vaphrẽ egypti regẽ. Vaphris respõsio.

redeat. Itidem cum Solomon ad Suronem Tyri regem scripsisset simile tulit responsum: & eudem numerum operariorum impetrauit. & ptetea architectu Tyrium matre Iudæa natu: viru in architectura summu. Congruit hoc cu eo qd dicitur tertio regu: capite quinto: vbi rex Tyrius non Suron sed Hira appellatur. Iosepus li. viii. antiquitatum epistolam regis Hiram (quem Iromu a Tyriis vocitatuesse dicit) & epistolam Solomonis ad eum: ad suam ætatem asseruatas esse affirmat: non modo apud Iudæos sed etiam apud Tyrios. libro aute primo cotra Apione grama. Sut inquit apud Tyrios annoru multoru acta: quæ publica cura diligenter asseruantur. in quibus inter cetera hoc quoq; perscriptum est: q; Hierosolymis teplum a Solomone exædificatum est annis cetum & quadraginta priusq; Tyrii Carthaginem Coloniam ædificarunt. apparatus etiam construendi tepli in ea acta relatus est. Iromus. n. Tyriorum rex amicus erat regis nostri Solomonis. ἀνεγράφη δὲ παρ' ἐκείνοις ἡ τοῦ ναοῦ κατασκευὴ τοῦ παρ' ἡμῖν. ἱέρωμος γὰρ ὁ τῶν τυρίων βασιλεὺς φίλος ἦν τοῦ βασιλέως ἡμῶν σολομῶντος. Pergit Eupolemus & rursum ita inquit. Totum autem aurum qd in teplo columnis & vasis templi fuit consumptu: Quadragies sexies centena millia fuisse. argenti vero ad clauos & alia instrumenta mille ducenta triginta duo talenta. æris vero in columnis fornicibus ac cæteris talenta decem & octo millia. misisseq; omnes in regiones suas Phœnices simul & Aegyptios: decem auri talenta singulis data. talentum autem dico (inquit) qd ficlum appellant. & Aegyptiorum quidem regi oleum & mel magna qtitate misisse. Suroni autem columnam auream quæ Tyri in templo Iouis conspicitur. Hæc expositio potest rem facere credibilem. sed qd dicitur quadragies sexies centena millia non adiecto siclo; vel talentum: nescio an librariorum sit vitium. Græcum enim exemplar no vidi. Siclus inquit Hieronymus Ezechielis. iiii. stater est hoc est drachmæ quatuor. Exodi xxx. cap. ita legitur. Siclus. xx. obolos habet. media pars sicli offeretur domino. qd exponens Iosepus. li. iii. antiquitatu: siclus (inquit) hebræorum nomisma quatuor drachmas atticas habet. Hac ratione si singulis operariis qui centu & sexaginta millia erat: deni sicli dati sunt: hoc est quadragenę drachmę: fiunt quater & sexagies centena millia drachmaru. Ex qbus quatuor & sexaginta millia pondo fiunt: eo numero per cetenarium diuiso. quę æstimatione nostra (in singulas. n. libras cetenos & duodenos aureos solatos & semissem numeramus) bis & septuagies centena millia solatoru valet cu fuerit illud auru nullo alio metallo cocretu. Quę summa si in opificum mercede impesa est pter sumptus cibario; quo euasuram æstimatione opis cum instrumeto sacrificali & ornametis tepli putamus nepe ad infinitum visum iri necesse est si qs apud Iosepum vasa tepli legerit. Qd si ita ponamus summa supiore vt quadragies sexies cetena millia siclo; fuerint in teplo cosumpta: hęc summa ia paulomin quadruplicato crescet. sedecies. n. cetena millia siclo; opariis data sunt: q sexaginta quatuor millia podo efficiunt. quę si ternario multiplicent fiunt duodequinquagies cetena millia siclo;: q in ornatum & supellectile cedunt. qd si vniuersam summa exacte collegeris bis & sexagies cetena millia siclo; i duobus iis capitibus inuenies. Quę ducties quadragies octies cetena millia

Irom rex Tyri.

Talétu ficlo.

Síclus.

drachmarum valent. Quæ si centenario partiantur: ducta quadraginta octo millia pondo auri in summa efficiuntur. Quæ vt in singula pondo aureos centenos statuamus: ducenties quadragies octies centena millia aureorum valent. Sed quoniam aurum fuit obryzum vt diximus: si in singula pondo rursus duodenos aureos & semissem addamus: fient in summa ducenties septuagies nongenta solatorum millia. Quibus addere oportet mille ac ducentorum talentum argenti æstimationem. addit Eupolemus mille aurea scuta a Salomone fuisse facta. In. iii. autem regum cap. x. ita legitur. Fecit quoq; rex Salomon ducenta scuta de auro purissimo. sex centos auri siclos dedit in lamina scuti vnius & trecentas peltas ex auro probato. trecentęq; minæ auri vnam peltam vestiebant. posuitq; eas rex in domo saltus libani. Per hoc intelligimus in ornatum templi scuta aurea non cessisse & accedere ad quantitatem auri ab Eupolemo positam. peltam enim scutum esse breue nemo est qui ignoret: Virgilio dicete: ducit Amazonidu lunatis agmina peltis. Aut hic locus igitur mendose legitur: aut Iosepus & Hieronymus non recte siclum interpretati sunt. Deinde trecentę minæ atticę paulo plus ducentis vigintiquinq; libris nostris zygostaticis valent: tantum autem pondus vix gigas sinistra manu versaret. Plinius inter miracula roboris refert Fusium Saluium duo pondera centenaria pedibus: totidem manibus & ducenaria duobus humeris cotra scalas tulisse. at libra nostra quadrante maior est Romana. hodie iustum pondus baiulare centum & sex agenta podo esse dicunt. Postremo nec scuta nec peltæ solido auro constabant: sed intus ligno: quod laminæ aureæ conuestiebant. Apud Iosepum libro octauo: non trecentæ minæ sed tres leguntur. capite autem ptædicto tertii Regum ita legitur. Egrediebatur autem quadriga ex Aegypto sexcentis siclis argenti: & equus centum quinquaginta. atq; in hunc modum cuncti reges Syriæ equos vænundabant. centenos quinquagenos siclos in singulos equos precium statuit: id est nummo nostro sexagenos aureos coronatos: quo fit vt quadrigę: id est quaterni equi iugales quatuor & viginti libris constiterint: quæ ducentis & quadraginta coronatis æstimari possunt. Ex precio hodierno intelligimus probabile id precium fuisse: vt negociatores Salomonis equos in Aegypto & in Syria sexagenis coronatis emerint. Sæpe enim (vt testatus sum) per anticipationem loquor quasi iam tunc aurei nostri fuerint: vt expeditius defungar eo quod instituí. Liuius libro primo ita pedestri exercitu ornato distributoq; equitum ex primoribus ciuitatis duodecim scripsit centurias: ad equos emendos dena millia æris ex publico data: & quibus equos alerent viduæ attributæ: quæ bina millia æris in annos singulos penderent. Hoc dictum ita accipio ac si centenos illic coronatos dixisset: & hic vicenos. Existimo autem vnumquenq; equitem binos equos habuisse. Dixit enim Liuius ad equos emendos dena millia: quibus verbis significat vnumquemq; equitem equos habuisse non equum tantummodo. ita precium equi quinquaginta aurei coronati fuerunt prisco illo sæculo: & sumptus annuus decem aureis æstimatus. Syriam autem equis abundasse ex Strabone intelligimus libro decimosexto. Tradit enim Pellam vrbem Syriæ fuisse a

Pelta.

ſucceſſorib9 Alexandri appellatam de nomine Pellæ quę patria fuit Alexandri. Poſtea autem Apamia dicta eſt. Iuxta eam locum eſſe campeſtrē quem Orontes fluuius cum lacu quodam Cherroneſum efficit. ibi locum fuiſſe recenſendo exercitui. & Hippothrophium pulcherrimū hoc eſt locum equitio alēdo deſtinatū. In eo fuiſſe equas regias numero ſupra. xxx. millia. admiſſarios autem equos trecentos. ibidem & equiſones fuiſſe ſeu domitores equorum: & laniſtas: & bellici ludi magiſtros: & quicunq; ad arma Tyrones īſtituūt: ſtipēdia merētes. qđ mihi memorabile viſum eſt. ἐνταῦθα δὲ (inquit Strabo) καὶ τὸ λογιστήριον τὸ στρατιωτικόν. καὶ τὸ ἱπποτρόφιον. θήλειαι μὲν ἵπποι βασιλικαὶ πλείους τῶν τρισμυρίων. ὀχεῖα δὲ τούτων τ΄. ἐνταῦθα δὲ καὶ πωλοδάμναι καὶ ὁπλομάχοι καὶ ὅσοι παιδευταὶ ἔμμισθοι τούτων. Talenti autē ſignificationē non vnā fuiſſe apud Hebræos puto quomodo & apud alias gentes nōnullas. Pollux libro nono ſiculū talētum duplex fuiſſe tradidit: vetus & nouū. vetus quatuor & viginti nūmos ſignificaſſe: nouū duodecim. apud Suidam non nūmos viginti quatuor valuiſſe dicitur ſed mnas: qđ corruptum eſſe puto. ex Polluce qui ait δύναται δὲ ὁ νοῦμμος τρία ἡμιωβόλια. Valet aūt nūmus tres ſemiobolos. licet apud Pollucē ὀβόλια ꝓ ἡμιωβόλια legatur: qđ ſic cōiectura aſſequor. nūmus ſeſtertius quartā partē drachmæ valet. drachma autē ſex obolos. quare tria hemiobolia nūmus. i. ſeſterti9 valuit. Talentū igitur apud Siculos vetus quidē ſenas drachmas valuit: nouum aūt ternas. Propterea Pollux τὸ μὲν τοι σικελικὸν τάλαντον ἐλάχιστον ἴσχυε. ſiculū (inquit) talentū minimū quid valebat. eodē pertinet qđ idē alibi eodem libro dicit: ἠδύνατο δὲ τοῦ χρυσίου τὸ τάλαντον τρεῖς χρυσοῦς ἀττικούς. τὸ δὲ τοῦ ἀργυρίου ἑξήκοντα μνᾶς ἀττικάς. Valebat autē auri talentū tres aureos atticos. argenti vero ſexaginta minas atticas. Homerus Iliados li. xxiii. deſcribēs agona funebrē quē Achilles ad tumulū Patrocli fecit: Talētum ꝓ ſumma nō magna poſuit. Primū. n. ꝓmiū curuli certamini propoſuit fœminam captiuā cum tripode. ſecundū equā pregnantē mula. Tertio autē loco vincenti lebetem: quarto duo auri talenta. Vltimo phialā æream lebetis vicē præbentem τῷ δὲ τετάρτῳ θῆκε δύο χρυσοῖο τάλαντα. bina talenta dein quarto pronunciat auri. Ex his pręmiis cum quibus duo auri talenta exęquat: apparet talentum paruum quippiam fuiſſe. Eo in loco enarratores talentum antiquum non ſimile recentiori fuiſſe tradunt. Aiunt enim vetus talētū ſecūdum Polemarchum auctorem quatuor librarum fuiſſe. Secūdū Theophraſtum quatuordecim. Secundum Timæum quatuor & viginti. Ariſtotelem autē indefinitū talenti pondus poſuiſſe. cæterū paruā fuiſſe ſummā apud Homerū oportuiſſe: cū quarto loco aſſignauerit: & minus equa & lebete fecerit. Sunt qui dicant talentum auri apud græcos paruū fuiſſe auctore Diphilo. quod conuenit cum eo qđ ex Polluce diximus. Huiuſmodi autem talenta intelligi prioris Paralip. xxii. exiſtimo auri talenta centum millia: argēti mille millia talentorū. æris vero & ferri nō eſt pōdus: vincitur. n. numerus magnitudine. Dauid autem circa finē regni Aſſyriorum regnauit. Cui tēpori proximū fuiſſe Homerum nonnulli tradiderūt: vt auctor eſt Euſebius. Ex quo cōiectura capi poteſt de talēto Homerico & Dauidico. huic opinioni auctoritatē ꝓbere pōt Ioſepus. lib. vii. antiquitatum apud quē Dauid ita loquēs inducit ad primores tribuum.

Hippothrophiū memorabile.

Talētum nouū tantū apud Hebręos

Auri & argenti nō æqualia fuerūt

Talētum antiquū & vetus.

Fratres noſſe vos volo ꝙ cum templū domini ędificare ſtatuiſſem: auri argētiq; magnā vim ꝓparaui ad talenta centum millia. centū millia. dixit. non mille millia: nec centū millia talentū auri: ſed auri & argenti centū millia talenrū. Rurſus cū dicitur tertii regū. x. de regina Saba. dedit ergo regi centū viginti talenta auri & aromata multa nimis & gemmas ꝓcioſas. Et rurſus. Erat autē pondus auri qđ offerebatur Salomoni per annos ſingulos ſexcentorū ſexaginta ſex talentorū auri: excepto eo qđ offerebāt viri qui ſuper vectigalia erant: & negociatores: vniuerſiq; ſcuta vendentes: & omnes reges Arabiæ duceſq; terrę. & cap. ſuperiore. miſitq; Hiram in claſſe illa ſeruos ſuos viros nauticos & gnaros maris cum ſeruis Salomonis: qui cum veniſſent in Ophir: ſumptū inde aurum quadringentorum viginti talentorum detulerunt ad regem Salomonem. In omnibus his locis: ego talētum magnū intelligo. quomodo etiam cum de ære & ferro loquitur hiſtoria. Pri. autē Paralip. xxix. ita inducitur Dauid ꝓ concione loquēs. Inter primores tribuū de peculio meo & aurū & argentū do in templū dei mei: exceptis iis quę ꝓparaui in ædem ſanctā: tria millia talēta auri de auro Ophir: & ſeptē millia talentotū argenti ꝓbatiſſimi ad deaurādos parietes templi. & vbicūq; opus eſt aurū de auro: & vbicū opus eſt argentum de argento. & inferius. Polliciti ſunt itaq; principes familiarū & proceres tribuū Iſrahel: tribuni quoq; & centuriones: dederūtq; in opera domus domini auri talenta quinq; millia: & ſolidos decē millia: argenti talenta decem millia & æris talenta decem & octo millia: ferri quoq; centū millia talentorum. De hoc loquēs Ioſepus: ita inquit. ſed & tūc oblationis primitias faciēs alia tria millia talentū auri puriſſimi ſe ꝓbiturū eſſe ꝓnūciauit: ad adytū & currū dei faciēdū. Cūq; tacuiſſet Dauid: a principibus & ſacerdotibus atq; leuitis certatim offerētib9: collata ſunt auri qdē talēta qnq; millia: & ſtateres decē: argēti vero talēta decē millia. ferri talenta millia multa. hic etiā magna talēta itelligo. ſed adnotādū ꝙ quos hiſtoria ſacra ſolidos: Ioſepus ſtateres dixit. Stater apud græcos aureū nūmū ſignificat: quo noīe & Perſę & Macedones vtebātur: vnde Philippei ſtateres & Darici & Alexandrei dicti. Stater etiā pōdus eſt drachmarū quatuor vt ante diximus: qđ Hebręi ſiclū dicebāt. ergo ſtateres hic ꝓ aureis nūmis. i. ſiclis intelligo. Sed de ſtatere & ſolido iferius loqmur ſi memoria nō exciderit. Sūma diſputatiōis noſtrę hęc eſt. æſtimationē opulētię hebraicę fieri nō poſſe ob talēti varietatē: cū nec ipe Ioſepus extricare hāc ambiguitatē potuerit. nūc. n. ꝓ pōdere. nūc ꝓ numero: nūc ꝓ nūmo ponitur: vt apud Eupolemū in loco ſupradicto. q̄q̄ & gręci eadē pene de varietate ſignificatuū talenti tradiderūt. quātū tñ cōiectura haud ariolatrice cōſeq poſſumus: qđ Eupolemus dixit quadragies ſexies cētena millia in templū & eius inſtrumētū abſumpta fuiſſe: de ſiclis. i. ſtateribus intelligēdū. Cui9 ſummę æſtimatio a nobis poſita eſt exacte vt arbitror. Hui9 opinionis argumētū ducitur ex verbis quę ſequūtur. argēti (inquit) ad clauos & alia inſtrumenta mille ducenta triginta duo talenta. æris vero decem & octo millia. ſic ſingulis opificibus dena talenta data. i. deni ſicli vt ipſe inquit. Talentum ergo nummarium hebræorum tetradrachmū erat. Atheniēſium vero duodenariū: erat. i. ternorum ſtaterū. Sic apud nos interdum

Stater.

Talētum nūmariū & ponderale.

libra nũmaria est: ponderale vero & librale Hebræorũ talentũ: Babylo-
niũ fuisse puto: vel potius Aegyptium: qualia erant auri talenta quæ ex
Ophir insula afferebãtur: quã Vrphen Eupolemus grecus auctor appel-
Tharseis insula. lat. Tharseis sunt apud græcos qui Iudaicam gentẽ fuisse putẽt. alii Car
thaginem sic appellatã ab Esaia putãt. quod de vrbe ipsa a Didone ædifi-
cata intelligi non potest: cum Iosepus dicat post Salomonẽ centũ & qua-
draginta annis cõditam esse a Tyriis Carthaginem. Saba autẽ regio fuit
Regina Saba. Aethiopiæ. Regina autẽ quæ ad Salomonẽ venit: & Aegypto & Aethio
piæ imperauit vt Iosepus autumat. Sabæi populi sunt Arabiæ felicis. Sũt
& oppidani Sabæi: a Sabis oppido magno dicti: vt auctores sunt Strabo
& Stephanus de vrbibus. Est ꝑterea Saba portus in Aethiopia. Strabo
libro decimosexto. εἶτα λιμὴν σαβὰ. καὶ κυνήγιον ἐλεφάντων ὁμώνυμον αὐτῷ. εἶτ᾽ ἐν
βάθει τούτων χώρα τηνεσὶς λέγεται. ἔχουσι δ᾽ αὐτὴν οἱ παρὰ ψαμμιτίχου φυγάδες αἰ-
γυπτίων: βασιλεύονται δὲ ὑπὲρ γυναικός: ὑφ᾽ ἥν ἐστὶ καὶ ἡ μερόη πλησίον τῶν τόπων τού-
των ἐν τῷ νείλῳ οὖσα νῆσος. Postea portus Saba: & venatio elephãtorum: lo
cus a re ipsa appellatus. Post hæc regio interior quæ Tenesis dicitur. quã
obtinent exules qui quõdam a Psammiticho rege Aegypti aufugerunt:
imperio parent fœminæ: quæ regina est Meroes insulæ non lõge abhinc
sitæ: in Nilo flumine. In cuius ditione alia est insula non longe ab iis locis
sita in eodẽ flumine: & ab exulibus habitata. Ex his verbis planũ fit vnde
fuerit regina quę Salomonis fama excitata in Palestinen venerit. Meroe
Meroe. insula est quã Nilus efficit vt inquit Pli. & vrbs eodẽ nomine quã Aethio
piam esse Stephanus dicit: & Strabo libro decimoseptimo. regiam esse
Aethiopię. ἔστι δὲ τὸ μέγιστον τῆς αἰθιοπίας βασίλειον ἡ μερόη πόλις ὁμώνυμος τῇ νήσῳ.
Est autem maxima Aethiopię regia Meroe vrbs eodẽ nomine quo insula.
locorum autẽ vocabula quæ in literis sacris legũtur: apud historicos non
agnosci in causa est: ꝙ scriptores græci ab idiomate hebraica verba defle
xerunt vt sermoni suo accõmodarent. Deinde Plinius libro sexto de naui
gatione ab Alexandria in Indiam loquens: ita inquit. Quæ omnia gẽtium
portuũve aut oppidorũ nomina apud neminẽ priorum inueniuntur: quo
apparet mutari locorũ status. Ingentes vero tunc opes in orbe fuisse ar-
Aureum sęculum. gumento esse mihi videtur aurei sęculi appellatio sub Saturno. Saturnus
autẽ in Italia ante Troianũ bellũ centum ferme annis regnauit. & Dauid
in Iudæa post Troiam captam totidẽ ꝓpe annorum spatio: vt colligimus
Belus. ex chronicis Eusebii. Lactantius tamen libro primo: Belũ qui ab Assyriis
colebatur trecentis annis bellum Troianũ ꝓcessisse contendit: & ei æqua
lem fuisse Saturnũ. Cui congruit illud qđ libro quinto dicit. Post Saturni
tempora cultum simulachrorum institutũ: ideoq; tũc iustitiam verã fuisse
Regnum Assyriorũ. cũ deus verus & vnus coleretur. Porro regnũ Assyriorum antiquissimũ
omniũ regnorum fuisse constat. Cuius quadringentesimo & secũdo anno
Belucho rege octauo regnante Moses populum dominicũ eduxit ex Ae-
gypto. auctor Eusebius libro decimo de ꝑparatione euangelica. libro aũt
Alexãder Polyhist. nono: Alexãdrum Polyhistora cognomine. i. multisciũ dictũ in libro quẽ
de Iudaica historia cõscripsit: auctorẽ esse affirmat: temporibus Ioachim
regis Hieremiam prophetasse: & ꝓpter cultum Baal Iudæis cladem ꝓdi-
xisse: & qđ ad Tigrin & Euphratẽ ab Assyriis capti opera essent facturi.

quod cum Nabuchodonosor rex Babyloniorum audiuisset: Stibare Me-
dorum rege in auxilium accersito: centum & octuaginta peditum: equi-
tum centum & viginti millia: & decem millia curruum duxisse in Iudæam:
Samaritanas primum omneis vrbes: Galilæam Scythopolim & Galati-
dem euertisse: deinde Hierosolyma: Ioachimq; Iudęorum regem viuum
cepisse: aurumq; argentum & æs: cęteraq; omnia quæ in templo erant or
namenta arca excepta & tabulis: Babylonem abstulisse. postea cum Na- Nabuchodonosor.
buchodonosor mœnia Babyloniæ ædificare cœpisset: morbo correptus
diem obiit. Cui filius successit qui propter morum nequitiam a sororis
suæ viro insidiis exceptus: altero anno regni sui sublatus est. Cui rursus
cum filius successisset: nono mense iisdem insidiis petitus Nabonidam
successorem habuit: qui Babyloniæ muros secundum amnem latere ac
bitumine extruxit. Quem Cyrus aliquanto post Babylone capta cepit.
Alpheum autem de Assyriis & Nabuchodonosore hoc modo scripsisse
dicit. Nabuchodonosorem Hercule robustiorem fuisse: vniuersamq; Li-
byam: Asiamq; vsq; ad Armenios subegisse. Quem Chaldæi dicunt cum
in regnum rediisset. furore diuinitus captum magna voce exclamasse.
O Babylonii futuram vobis calamitatem prænũcio: quam nec Belus ipse
nec vis vlla deorum auertet. veniet Perses semiasinus: id est mulus: qui
vobis afferet seruitutem. quibus dictis repente e medio excessit. Hęc est
summa historiæ Alexandreæ de Nabuchodonosore: quam Eusebius plu-
ribus verbis refert. Quartĩ Regum. xxiiii. legimus Nabuchodonosorem
Babyloniorum regem direptis Hierosolymis regem ipsum Ioachim &
familiam regiam cum thesauris & apparatu instrumentoq; templi aureo
a Salomone comparato & fabrefacto: secum in Babylonem abstulisse.
Astipulatur & Iosepus in libro decimo antiquitatum. Videamus nunc
de Cyro: & audiamus præconium Talthybii summi regis: id est Esaiæ Talthybius dñi.
vatis: quo nullum potest esse maius testimoniũ. Hæc dicit dominus Chri
sto meo Cyro cuius apprehendi dexteram: vt subiiciam ante faciem eius
gentes: & dorsa regum vertam: & aperiam coram eo ianuas: & portę nõ
claudentur. Ego ante te ibo: & gloriosos terræ humiliabo. & dabo tibi
thesauros absconditos & arcana secretorum: vt scias quia ego dominus
accinxi te & non cognouisti me & reliqua. hoc Esaias cap. xlv. quod autẽ
de Babylone intellexerit: cap. xlvii. planum facit. sed tace: & intra in tene
bras filia Chaldæorum: quia non vocaberis vltra filia regnorum. Natus
sum super populum meum: contaminaui hæreditatem meam: & dedi eos
in manu tua. non posuisti eis misericordias: dixisti in sempiternũ ero do-
mina. & reliqua ad eundem sensum effata a fatidico illo viro & entheo:
id est spiritu diuino perfuso. Herodotus libro primo expeditiones Cy-
ri scribens Nitocrin reginam aggerem circa Euphratem duxisse dicit:
& crepidinem superstruxisse: timentem ne aliquando vrbs a Medis ca-
peretur: quos imperio Asiæ imminere intelligebat. Cyrus autẽ (inquit)
contra filium eius nomine Labynitum expeditionem suscepit: qui matri
in regnum Assyriorum successerat. ὁ δὲ δὴ κῦρος ἐπὶ ταύτης τῆς γυναικὸς τὸν
παῖδα ἐστρατεύετο: ἔχοντα τε τοῦ πατρὸς τοῦ ἑωυτοῦ τὸ οὔνομα λαβυνήτου: καὶ τὴν ἀσσυ-
ρίων ἀρχήν. Hunc autem Cyrum Herodotus regem magnum appellat: a

Magni reges Persarum.

quo reges Persarũ Megalos basileas: id est reges magnos appellari se voluerunt. vt mirum non sit magnum eum regem esse factum cuius dominus dexteram recturum se prædixerat. Verum & Assyriæ & Mediæ regna in Persas esse victoria Cyri translata nemo ignorare potest qui Herodotum aut Iustini breuiarium legerit. hæc testimonium perhibent dicto Pliniano lib. xxxiii. sed præter alia equidem (inquit) miror populum Romanũ victis gentibus in tributo semper argentum imperasse non aurum: sicut Carthagini cum Annibale victę. nec potest videri penuria mũdi id euenisse. nam Midas & Cræsus infinitum possederant. Iam Cyrus deuicta Asia pondo. xxxiiii. millia inuenerat: præter vasa aurea aurumq; factum: & in eo folia ac platanum vitemq;. Qua victoria argenti quingenta millia talentorum reportauit. & craterem Semiramidis: cuius pondus xv. talenta colligebat. Talentũ aũt Aegyptium pondo octoginta capere Varro tradit. Iam regnauerat in Colchis Galauces & Esubopes: qui terram virginem nactus plurimum argenti auriq; eruisse dicitur in Suauorum gente: & alioquin velleribus aureis inclyto regno. sed & illius aureæ cameræ & argenteæ clades narrantur: & columnæ atq; parastaticæ: victo Sesostre rege tã superbo: vt prodatur annis quibusq; sorte reges singulos e subiectis iungere ad currum solitus: sicq; triumphare. his verbis apparet Cyrum maiores multo opes reliquisse q̃ quæ legantur inuentæ ab Alexandro. nec mirum cum & Lydiorum opes & Iudæorum habuerit: quas Chaldæi e templo abstulerant. quod de Nabuchodonosore diximus ex Alexandro Polyhistore confirmat Iosepus libro primo contra Apionem his verbis περὶ τούτων γοῦν συμφωνεῖ φιλόστρατος ἐν ταῖς ἱστορίαις· μεμνημένος τῆς τύρου πολιορκίας. καὶ μεγαθένης ἐν τῇ τετάρτῃ τῶν ἰνδικῶν. δι' ἣς ἀποφαίνειν πειρᾶται τὸν προειρημένον βασιλέα τὸν βαβυλώνιον ἡρακλέους ἀρετὴν καὶ μεγέθει διενηνοχέναι. καταστρέψεσθαι γὰρ αὐτόν φησι καὶ λιβύης τὴν πολλὴν καὶ ἰβηρίαν. His igitur astipulatur philostratus in historiis: quo in loco Tyri obsidionis meminit. & Megasthenes in quarto volumine indicarum rerum. vbi ostendere contendit prædictum Babylonium regem Herculem & fortitudine & magnitudine præstitisse. Quippe qui Libyæ bonam partem subegerit & Iberiam. reliqua autem omnia pene eadem iisdemq; nominibus relata quæ apud Alexandrum. Strabo libro decimoquinto circa principium Nabocodrosorum vocat eum regem. Huic dicto (inquit) Megasthenes consentit dicens antiquis indorum historiis fidem nullam habendam. nec enim ab Indis vnq̃ emissam expeditionem: nec in Indiam quenq̃ aliunde cum exercitu penetrasse victorem: præter Herculem Liberum patrem & nuper Macedonas. nam Sesostrim Aegyptium & Thearchonem Aethiopem vsq; in Europam progressos ait. Nabocodrosorum autem qui a Chaldæis supra Herculem commendatur: vsq; ad columnas exercitum admouisse ναβοκοδρόσορον δὲ τὸν παρὰ χαλδαίοις εὐδοκιμήσαντα ἡρακλέους μᾶλλον· καὶ ἕως στηλῶν ἐλάσαι. Tantas igitur opes Dauid & Salomon cumulasse dicuntur quantas alius nullus regum. Legimus autem cap. viii. & x. secundi libri Regum: Dauid Syros omnes subegisse vsq; ad fluuium Euphratem: & arma aurea spoliaq; opima eis ablata Hierosolyma comportasse: tributaq; Syris iniunxisse. magnitudini autem

Sesostris rex superbus.

Nabocodrosorus.

Opes Dauid & Solomonis & eorũ imperium.

imperii consentanea est res militaris constitutio in duodecim phalangas vel cohortes menstruas distributas: quæ singulæ cohortes vicena quaterna millia militum habebant. quarum descriptio legitur libro altero Paralip. cap. xxvii. quanta autem fuerit Syria Plinius his verbis docet libro quinto de Arabia loquens. Iuxta Syria littus occupat: quondam terrarum maxima & pluribus distincta nominibus. nanq; Palęstina vocatur qua contingit Arabas: & Iudæa & Cæle. dein Phœnice: & qua recedit intus Damascena. ac magis etiamnum meridiana Babylonia. & eadem Mesopotamia inter Euphraten & Tigrin. quaq; transit Taurum Sophene. citra vero etiam comagene. & vltra Armeniam Adiabene. Assyria ante dicta. & vbi Ciliciam attingit Antiochia. qui subtilius diuidunt circum Euphratẽ Syriam Phœnicen volunt. & esse oram maritimam Syriæ: cuius pars sit Idumæa & Iudæa. deinde Phœnicen. deinde Syriam. id quod præiacet mare totum Phœnicium appellatur. ipsa gens Phœnicum in gloria magna literarum inuentionis & siderum: naualiumq; ac bellicarum artium. sic in exemplaribus legitur luculento vno errore. Cuius a vetusto libro admonitus sum. qui enim fieri potest vt circa Euphraten Syria Phœnice vocitetur? Sic igitur hunc locum lego. qui subtilius diuidunt circũfundi Syria Phœnicen volunt. vel circũfundi Syriam Phœnice volunt. hoc sensu: vt phœnicia vndiq; circunscribatur Syria: esse enim primum oram maritimam Syriæ ab Arabia: cuius pars sit Idumæa & Iudæa: deinde Phœnicen: deinde rursus Syriam: qua scilicet vergit ad Antiochiam. Introrsus autẽ Syria Damascicludi phœnicen. Strabo libro. xvi. Syrorum inquit nomen tendere videtur a Babylonia vsq; ad Issicum sinum: & ab hoc olim vsq; ad Euxinũ. & paulo inferius. Qui de Syrorum imperio scribunt: cum Medos a Persis euersos dicunt: Syros autem a Medis: nullos alios Syros intelligunt q̃ qui Babylonem ac Ninum regni caput effecerunt. De bonitate autem soli terræ Iudeæ Iosepus li. primo cõtra Apionem ita inquit. Hecatęus vir Abderites philosophus simul & circa vitæ actiones industrius: Alexandri Magni æqualis cum quo etiam floruit: & postea cum Ptolemæo lagi conuersatus est. hic librũ de Iudæis accurate conscripsit. Cuius summam colligens Iosepus: hic idem (inquit) magnitudinem regionis quã incolimus & pulchritudinem prodidit. Siquidem ad tricies centena millia arurarum optimi & feracissimi soli incolunt illi: inquit. His enim finibus Iudæa patet. ὁ δὲ αὐτὸς οὗτος ἀνὴρ καὶ τὸ μέγεθος τῆς χώρας ἣν κατοικοῦμεν· καὶ τὸ κάλλος ἱστόρηκεν. τριακοσίας γὰρ μυριάδας ἀρουρῶν σχεδόν τῆς ἀρίστης καὶ παμφορωτάτης χώρας νέμονται φησιν. ἡ γὰρ ἰουδαία τοσαύτη πλῆθός ἐστιν. Arura mensura est apud græcos quinquaginta pedes capiens: vt inquit Suidas. id est octo vlnas & trientem vel passus decem. Ita vt vlnam pro senis pedibus: & passum pro quinis accipiamus. De vrbe autem ipsa ita inquit. Sunt autem Iudæorum castella multa & vici per regionem sparsi. vna autem vrbs munita: ambitu ferme quinquaginta stadiorum. quam incolunt hominũ circiter cẽtum & viginti millia Hierosolyma vocant. ἔστι γὰρ ἰουδαίων τὰ μὲν πολλὰ ὀχυρώματα κατὰ τὴν χώραν καὶ κῶμαι. μία δὲ πόλις ὀχυρὰ πεντήκοντα μάλιστα σταδίων τὴν περίμετρον. ἣν οἰκοῦσιν ἀνδρώπων περὶ

Syria terrarũ maxima.

Plí. locus.

Solũ terręę Iudeę.

Arura.

Hierosolyma.

δώδεκα μυριάδες. καλοῦσι δ᾽ αὐτὴν ἱεροσόλυμα. Verba sunt non Iosepi sed Hecatæi. vt nescias an idem Iosepus senserit. Strabo libro decimosexto Mosem refert ex Aegypto multitudinem secum hominum numerosam eduxisse: cum eis persuasisset Aegyptios sacerdotes non recte de diuinitate sentire. & colendum esse deum vnum sub nulla effigie: & reliqua eodem pertinentia. deinde ita infert. τοιαῦτα λέγων ἔπεισεν εὐγνώμονας ἄνδρας οὐκ ὀλίγους, καὶ ἀπήγαγεν ἐπὶ τὸν τόπον τοῦτον ὅπου νῦν ἐστὶ τὸ ἐν τοῖς ἱεροσολύμοις κτίσμα. κατέσχε δὲ ῥᾳδίως οὐκ ἐπίφθονον τὸ χωρίον: οὐδ᾽ ὑπὲρ οὗ ἐσπουδασμένως μαχέσαιτο. ἔστι δὲ πετρῶδες: εὔυδρον. τὴν δὲ κύκλῳ χώραν ἔχον λυπρὰν καὶ ἄνυδρον. τὴν δ᾽ ἐντὸς ἑξήκοντα σταδίων καὶ ὑπόπετρον. Hæc autem (inquit) cum diceret homines bona mente non sane paucos facile in suam sententiam adduxit: vt se in eum locum sequerentur vbi nunc condita sunt Hierosolyma. quippe locum facile obtinuit quem inuidere ei nemo iure deberet: nec cuius gratia certamen magnopere excitari posset: vt pote qui petrosus sit: & aquis scatens: cum omnis in circuitu regio ieiuna sit & siticulosa. intus ad sexaginta ferme stadia lapidosa. & rursus inferius. Primus pro sacerdote regem se fecit Alexander. Cuius filios Hyrcanum & Aristobulum Pompeius sustulit. atq; eorum munitiones subuertit. ipsaq; in primis Hierosolyma vi capta sunt. ea munitio petrosa erat ac bene septa. interius aquis abundans: exterius prorsus arida: fossam habebat in saxo excisam sexagenum pedum altitudine: latitudine ducenum & quinquagenum. Pompeius vrbem cepit obseruato ieiunii die cum Iudæi omni opere feriati essent. Completa enim fossa scalas muris admouit. κατελάβετο δ᾽ ὥς φασι τηρήσας τὴν τῆς νηστείας ἡμέραν ἡνίκα ἀπείχοντο οἱ ἰουδαῖοι παντὸς ἔργου: πληρώσας τὴν τάφρον: καὶ ἐπιβαλὼν τὰς διαβάθρας. Hæc verba Strabonis consentanea non sunt iis quæ ex Hecatæo Iosepus dixit. Neq; vero magnopere mirãdum res gestas Hebræorum: & eorum mirificas opes: nec græcis nec latinis scriptoribus testatas esse. In causa enim multa esse potuerũt. primũ ꝙ Iudæorum res gestæ & Græcorum historiæ in idem tempus non incurrunt. a tempore enim Mosis ad Troianum bellum octingentos amplius annos interesse Eusebius auctor est: laudato etiam auctore Porphyrio. Homerum vero & Hesiodum multo recentiores Troiano bello fuisse constat. Liuius autem & Orpheus musæus Phemius & Aristeas Proconnesius vt ante Homerum scripserunt: sic eorum antiquissimus vna aut summũ altera generatione Troianũ bellum præcessit: plæriq; Troiani belli æquales fuerunt: oẽs hi poetæ. Iosepus tamen nullum scriptum opus apud Græcos extare dicit: quod quidem in confesso sit vetustius Homeri poesi esse. Cyri autem temporibus cuius auspiciis templum restitutum est euerso Chaldæorum regno: septem Græcorum sapientes fuerunt: vt auctor est Eusebius libro decimo de præparatione: quo tempore velut incunabula orientis philosophiæ fuerunt. Herodotus autem trecentesimo anno Vrbis Romæ conditæ historiam condidit thuriis in Italia vt auctor est Plinius libro duodecimo. Cuius scripta Strabo non historiam sed mythistoriam hoc est historiam fabularem existimari voluit

Iudæi & eorũ opes Græcis & Latinis incogniti fuerũt.

de eo sic loquens. libro vltimo. πολλὰ δ᾽ ἡρόδοτός τε καὶ ἄλλοι φλυαροῦσιν: ὥσπερ μέλος ἢ ῥυθμὸν ἢ ἥδυσμάτι τῷ λόγῳ τὴν τερατείαν προσφέροντες. Multa vero Hedotus & alii quidam nugarum plena scripserunt: veluti cantus illecebras & modulamenta: vel condimentum quoddam historiæ monstrificam fabulationem adhibentes. Et libro secundo. Sed nec Persarum (inquit) res gestæ nec Medorum nec Syrorum propter fabularum studium multum fidei sunt assecutæ. cum enim earum rerum scriptores viderent magnopere poetas probari qui aperte fabulas conscriberent: arbitrati sunt sua quoq; scripta suauiora fore si historię forma ea dicerent quæ nec vidissent ipsi nec audiuissent ab iis quidem qui scirent. quo fit vt facilius Homero & Hesiodo de heroicis rebus credatur: ꝙ Etesiæ & Herodoto & Hellanico & cæteris eius generis scriptoribus: quoniam res huiuscemodi libenter audiuntur. Iosepus Herodotum non consulto mendacio: sed ignorantia falsa scripsisse videtur existimasse. Manethon (inquit) historicus genere Aegyptius fuit: sed qui græcã eruditionem assecutus sit: vt facile est iudicare: vt pote qui ęgyptiacam historiã gręca voce scripserit ex sacerdotum annalibus interpretatus vt ipse inquit. hic Herodotum in multis conuincit de rebus Aegyptiacis per ignorantiam mentitum. γέγραφε γὰρ ἑλλάδι φωνῇ τὴν πάτριον ἱστορίαν: ἐκ τῶν ἱερέων ὥς φησιν αὐτὸς μεταφράσας, καὶ πολλὰ τὸν ἡρόδοτον ἐλέγχει τῶν αἰγυπτιακῶν ὑπ᾽ ἀγνοίας ἐψευσμένον. assignari etiam alia causa potest cur res gestæ Hebræorum nobis ab historia non innotuerint. Quam ex eodem Iosepo sumemus: qui iis respondens qui Iudæorum historiæ auctoritatem eo præcipue eleuabant: ꝙ testimonia græcorum nulla extarent. Nos (inquit) neq; regionem maritimam habitamus nec negociationibus libentes vtimur: nec omnino earum causa aliarum gentium commerciis assuescimus. sed sunt vrbes nostræ longe a mari reductæ. Regionem autem bonam incolentes: eius cultu acquiescimus. ἡμεῖς τοίνυν οὔτε χώραν οἰκοῦμεν παράλιον: οὔτ᾽ ἐμπορείαις χαίρομεν, οὐδὲ ταῖς πρὸς ἄλλους διὰ τούτων ἐπιμιξίαις. ἀλλ᾽ εἰσὶν μὲν ἡμῶν αἱ πόλεις μακρὰν ἀπὸ θαλάσσης ἀπῳκισμέναι. χώραν δὲ ἀγαθὴν νεμόμενοι: ταύτην ἐκπονοῦμεν. Phœnices autem et Aegyptios propterea cognitos a græcis ait: ꝙ ab Aegyptiis multa exportarentur ad alias gentes. Phœnicum autem qui maritimam oram accolunt quæstui studentes: negociationes exercebant. a quo vitæ genere cum Iudæi abhorrerent peculiaribus institutis: ac cultu diuinitatis gaudentes: factum est vt sero fama eorum ad græcos peruenerit. προσούσης τοίνυν τοῖς εἰρημένοις καὶ τῆς περὶ τὸν βίον ἡμῶν ἰδιότητος: οὐδὲν ἦν ἐν τοῖς παλαιοῖς χρόνοις τὸ ποιοῦν πρὸς τοὺς ἕλληνας ἡμῖν ἐπιμιξίαν: ὥσπερ αἰγυπτίοις μέν: τὰ παρ᾽ αὐτῶν ἐξαγόμενα: τοῖς δὲ τὴν παράλιον τῆς φοινίκης κατικοῦσιν ἡ περὶ τὰς καπηλείας σπουδὴ διὰ τὸ φιλοχρηματεῖν. Hoc idẽ inquit & iis contigit qui in Europa habitant. de Romanis enim qui in tantam potentiam iam inde olim crescere sensim cœperunt: nec Herodotus nec Thucydides quoquomodo meminerunt: nec omnino alius eorũ æqualis scriptor. sed sero eorum nomen in Græcia auditum. Gallorum autem & Hispanorum res vsq; adeo ignotæ iis fuerunt qui exactissimi & accuratissimi scriptores fuisse vident: vt vnus eorũ Ephorus Hispanos ꝙ Iberi ab eo dicuntur vnam esse ciuitatem existimauerit: cum tam late fi

Galli et Hispani priscis historicis ignotissimi.

nes eorum pateant. in viuersum autem ritus eorum qui nec fuerunt nec fuisse vnq̃ dicti sunt: scribere tanq̃ ita illis vterentur: non dubitarunt περὶ μὲν γὰρ γαλατῶν τε καὶ ἰβήρων: ὅντωσ ἠγνόησαν οἱ δοκοῦντεσ ἀκριβέσατοι συγγραφεῖσ ὧν δὴ ἔφορος: ὃσ δὲ πόλιν οἴεται μίαν εἶναι τοῦδ ἴβηρασ: τοῦδ τοσοῦτον μέροσ τῆσ ἑσπερίου γῆσ κατοικοῦντασ. καὶ τὰ μὴ γενόμενα παρ' ἀυτοῖσ ἔθη μήτε λεγόμενα: γράφειν ὅσ ἐκείνων ἀυτοῖσ χρωμένων ἐτόλμησαν. Causa vero (inquit) earum quidem rerum ignorantiæ fuit: q̃ illi secum ipsi viuerent: commercia aliarum gentium auersantes. Scriptorum vero mendacii: q̃ volebant illi quippiam vltra alios memoriæ mandasse videri. αἴτιον δὲ τοῦ μὲν μὴ γινώσκειν τἀληθὲς: τὸ λίαν ἀνεπίμικτον. τοῦ δὲ γράφειν ψεύδη: τὸ βούλεσθαι τι δοκεῖν πλέον τῶν ἄλλων ἱσορεῖν. Illud etiam non inter postrema assignari causæ potest quod Eusebius libro decimo de præparatione inquit: ostendere volens literas primum ab Hebræis inuentas esse: quarum inuentum Phœnicibus gloriæ ducitur. Primus (inquit) qui literas græcis dedit: Cadmus ex Phœnicia erat. multi Syros literas primum comperisse asserunt. Syrii autem etiam Hebræi sunt. nam Iudæa in Syria semper a scriptoribus habita est: & Phœniciam etiam apud priscos appellatam esse cõstat quæ nunc Palestine Syrię dicitur. Ex hoc Eusebii loco coniiciendum relinquitur: multa Hebræorum gesta aliarum gentium nomine posteritati esse tradita. Super omnia est autem quod Iosepus his verbis dixit. τῶν δὲ εἰσ ἡμᾶσ βλασφημιῶν ἤρξαντο μὲν ἀιγύπτιοι. βουλόμενοι δ' ἐκείνοισ τινέσ χαρίζεσθα: πατρέπειν ἐπεχείρησαν τὴν ἀλήθειαν. ὄυτε τὴν εἰσ ἄιγυπτον ἄφιξιν ὅσ ἐγένετο τῶν ἡμετέρων προγόνων: ὁμολογοῦντεσ: ὄυτε τὴν ἔξοδον ἀληθεύοντεσ. αἰτίασ δὲ πολλὰσ ἔλαβον τοῦ μισεῖν καὶ φθονεῖν: τὸ μὲν ἐξ ἀρχῆσ: ὅτι κατὰ τὴν χώραν ἀυτῶν ἐδυνάσευσαν ἡμῶν οἱ πρόγονοι: κακ' εἴθεν ἀπαλλαγέντεσ ἐπὶ τὴν οἰκείαν: πάλιν εὐδαιμόνησαν. Aegyptii Iudæos exosi veritatẽ historiæ puerterunt.

Hebręorũ inuẽta gentibus aliis assignata sũt

Quæ vero probra & maledicta in nostrates iactata sunt: iis causam & originem Aegyptii præbuerunt quorum gratiæ nonnulli scriptores inseruire cupientes: veritatem rerum gestarum peruertere aggressi sunt. nec maiorum nostrorũ aduentum in Aegyptum vt re vera fuit: ingenue fatentes: nec inde egressum bona fide commemorantes. Causas autem multas Aegyptii odii & inuidiæ habuerunt: quis in nostram gentem extumulati sunt. Iamprimum quod nostri olim rerum in patria eorum potiti sunt. Deinde quod illinc digressi: in propria patria secunda omnia acti sunt. Postremo rituum dissensio ingens eis odium in nos accendit. tantum religione nostra & recto diuinorum cultu: ab ea quam ipsi veram pietatem putant: differente: quantum diuina natura brutis animalibus præstat εἴθ' ἡ τούτων ὑπεναντιότησ πολλὴν αὐτοῖσ ἐνεπόιησεν ἔχθραν. τοσοῦτον τῆσ ἡμετέρασ διαφερούσησ εὐσεβείασ πρὸσ τὴν ὑπ' ἐκείνων νενομισμένην ὅσον θεοῦ φύσισ ζώων ἀλόγων διέσηκεν. Item in principio statim operis: docere volens non a græcis antiquarum rerum historiam requirendã esse: sed ab Aegyptiis & Chaldæis: quorum fuit institutum: vt eorum sacerdotes & philosophi circa scribendam historiam versarentur: mirari sese inquit eos q̃ tantum græcis tribuunt in historia: cum ipse docere paratus sit græcos non modo adulto iam mundo (vt ita dicam) sed etiam propemodum senescente natos. eorũq̃ inuenta oia esse recentia. εἰ δὲ δεῖ μὴ τοῖσ ματάιοισ δόξαισ ἐπακολουθεῖν: ἀλλ' ἐξ ἀυτῶν τὸ δίκαιον λαμβάνειν τῶν πραμμάτων: τὰ μὲν παρὰ τοῖσ ἕλλη-

Recẽtia græcorũ scripta.

σιν ἄπαντα νέα καὶ χθὲσ καὶ πρώην ὅσ ἄν εἴποι τισ: εὕροι γεγονότα. λέγω δὲ τὰσ κτίσεισ τῶν πόλεων καὶ τὰ περὶ τὰσ ἐπινοίασ τῶν τεχνῶν: καὶ τὰ περὶ τὰσ τῶν νόμων ἀναγραφάσ Quid si non vanis (inquit) opinionibus accõmodare assensum volumus: sed ab ipsis rebus veritatem sumere: vniuersa quidem apud græcos recẽtia inuenimus: heri (vt dicitur) acta: aut nudiustertius. vrbes (inquam) conditas: artium commentationes: & leges populis scriptas. Proinde qui vetustæ historiæ veritatem nosse cupiat: hunc oportere dicit ab Aegyptiis: Tyriis & Chaldæis exquirere. ex quibus auctoribus Iosepus mira diligentia sacræ historiæ auctoritatem confirmauit. in duobus illis libris qui περὶ ἀρχαιότητοσ ἰουδαίων ἀντιρρητικά. κατὰ ἀπίωνοσ γραμματικοῦ inscripti sunt. id est de antiquitate Iudæorum refutatorii contra Apionem grammaticum: quos latine ita versos legimus vt præstabilius fuerit nunq̃ fuisse editos. adeo & corrupti sunt librariorum vitio & interpretis ignorãtia. Inter Chaldæos magnum honorem habuit Berossus qui græco sermone historiam conscripsit. cuius loca quædam in eo opere citat sacrę historiæ consentanea. Ex Tyriorum autem annalibus citat testimonia de centum & viginti talentis auri ab Iromo Salomoni datis ad ornatum tẽpli. redonatũq̃ eum a Salomone terra Zabulon in Galilea docet. amicitiæ autem inter eos causam fuisse commune sapientiæ studium. inuicem enim problemata dissoluenda missitare solitos: in quibus fere Salomon præualebat. Huius rei (inquit) testem Dionem citabo auctorẽ in Phœnicum historia probatissimum. cuius hæc sunt verba Ababylo moriente filius eius Iromus regnauit. Hic partes vrbis orientales aggere cinxit: & Pomœria protulit: alcendensq̃ in libanum materiem incidit ad Fanorum extructionem. Regem autem Hierosolymorũ Solomonem ad eum aiũt ænigmata misisse: & ab eo alia repoposcisse: ea lege vt qui dissoluere nõ posset: dissoluenti mulctæ nomine pecunias penderet. Quam conditionem cum Iromus accepisset: nec resoluere ambages potuisset: mulctam ingentem pecuniariam pendisse. Post Tyrium quendam hominem nomine Abdemonum extitisse: qui problemata ambigua solueret: aliaq̃ in uicẽ proponeret. quæ cũ Solomon nõ resoluisset: pecunias multas vicissim rependisse. εἶτα δὲ ἀβδήμονον τινὰ τύριον ἄνδρα τὰ προτεθέντα λῦσαι. καὶ ἀυτὸν ἄλλα προβαλεῖν. ἃ μὴ λύσαντα τὸν σολομῶνα: πολλὰ τῶ ἐιρώμω προσαποτίσαι χρήματα. Idem Iosepus Menandrum Ephesium historicum fuisse dicit: qui ex vernaculis cuiusq̃ prouinciæ vel gentis actis: regum singulorum tempore res gestas apud Græcos Barbarosq̃ memoriæ mandabat. γέγραφε δὲ ὄυτοσ τὰσ ἐφ' ἑκάσου τῶν βασιλέων πράξεισ παρὰ τοῖσ ἕλλησι καὶ βαρβάροισ: ἐκ τῶν παρ' ἐκείνοισ ἐπιχωρίων γραμμάτων σπουδάσασ τὴν ἱσροίαν μαθεῖν. Is igit̃ de Iromo rege Tyri loquens qui Iram in libris regum dicitur: ita inquit. ἐπὶ τούτου δὲ τισ ἦν ἀβδήμοροσ παῖσ νεώτεροσ: ὅσ ἐνίκα τὰ προβλήματα ἃ ἐπέτασε σολομῶν ὁ ἱεροσολύμων βασιλεύσ. Huius regis tempore extitit puer iunior. qui vincebat omnia problemata: a Solomone Hierosolymorum rege iniuncta. Hoc congruit cum eo quod dicitur in tertio Regum de regina Saba: quæ fama Salomonis excitata: venit Hierosolyma vt eius sapientiam quæstionibus ambagiosis excuteret. Salomonemq̃ nunq̃ non ex sententia animi reginę satisfecisse. Hic videre subit Plinii secundi vani-

Antiqssimę historię a græcis non repetẽdę.

Libri duo refutatorii de antiquitate Iudęorũ.

Berossus Iromus Solomoni amicitia victꝰ.

Abdemonꝰ Tyriꝰ.

tatem qui li.xxx. de auctoribus magicæ artis loquens: est & alia (inquit) magicę factio a Mose etiãnũ & Lotapeac Iudæis pendens. sed multis millibus annorum post Zoroastrẽ. tanto recentior est Cypria. Sic.n. in antiquis legitur: nisi ꝙ musæ & in aliis musa non mose scriptum est. diximus supra Eusebio auctore: regnũ Assyriorum vetustissimũ omniũ regnorũ fuisse: & anno eius quadringẽtesimo secũdo Belucho octauo rege Mose populum Iudaicũ ex Aegypto abduxisse. De Zoroastre ita legitur apud Suidã.

Zoroastres.

Zoroastres astronom9 fuit Nini regis Assyriæ tẽpore. ζωροάστρης ἀστρονόμος ἐπὶ νίνου βασιλέως ἀσσυρίων. Eusebius in bactris regnasse dicit Nini æqualẽ & Abrahami.

Appion Polyhistor.

Appion autẽ grãmatic9 genere Aegyptius qui etiã Polyhistor dictus est a Gellio ob historiæ scribendæ diligentiã: in quarto historiarum libro aduersus Iudæos: Inacho (inquit) regnante apud Argiuos & Amaside apud Aegyptios: Iudæi duce Mose ab Aegyptiis defecerũt: auctor Eusebius.

Pharao a Mose vexatus.

Iosepus tamẽ Techmosin regẽ appellat Pharaonẽ non Amasin ex Manethone historiographo Aegyptio qui græce scripsit. Porphyrii autem computatione Moses etiam Semiramidis æqualis recipitur. Iustinus martyr in Parænetico. ἐν γὰρ τοῖς χρόνοις ὠγύγου τε καὶ ἰνάχου οὓς καὶ γηγενεῖς τινὲς τῶν παρ' ὑμῖν ὑπειλήφασι γεγενῆσθαι: μωυσέως αἱ τῶν ἑλλήνων μέμνηνται ἱστορίαι: ὡς ἡγεμόνος τε καὶ ἄρχοντος τοῦ τῶν ἰουδαίων γένους. οὕτω γὰρ πολέμων τε ἐν τῇ πρώτῃ τῶν ἑλληνικῶν μέμνηται: καὶ ἀππίων ὁ ποσειδωνίου. Temporibus (inquit) Ogygis & Inachi quos terra natos quidam ex vestris existimauere: Moysis historiæ meminerunt vt ductoris & principis Iudæorum gẽtis. Sic enim Polemon in primo Helleniacon meminit: & Appion Posidonii in libro quem contra Iudæos scripsit: & Ptolemæus Mendesius qui Aegyptiaca scripsit: cum iis conuenit. & multi item alii quos nominatim citat.

Iustinus martyr. Septuaginta cellulę in Aegypto.

Hic est Iustinus qui orationẽ contra gentiles pro Christianis scriptam Antonino pio porrexit. In qua cum Alexandrię esset in Pharo se vidisse vestigia septuaginta domuncularum affirmat ad id tempus incolumia: ἀλλ' αὐτοὶ ἐν τῇ ἀλεξανδρείᾳ γενόμενοι: καὶ τὰ ἴχνη τῶν οἰκίσκων ἐν τῇ φάρῳ ἑωρακότες ἔτι σωζόμενα: καὶ παρὰ τῶν ἐκεῖ ὡς τὰ πάτρια παρειληφότων ἀκηκοότες: ταῦτα ἀπαγγέλλομεν ἃ καὶ παρ' ἑτέρων ἔξεστιν ἡμῖν μανθάνειν. Nos vero cum Alexandriæ essemus: vestigia domuncularum adhuc asseruata in Phari arce conspicati: & ab incolis qui hoc a maioribus per manus traditum sese habere dicunt: percunctati: hæc vobis commemoramus quæ etiam ab aliis discere facile poteritis si id cordi vobis est. Quod dictum Hieronymus ignorasse videtur qui Eusebio & Augustino in eo inficiando aduersat in prefatione Geneseos. Quonãmodo igitur Moses multis millibus annoꝝ post Zoroastrem fuit: qui tot testimoniis ꝓximus sęculo æqualiũ Zoroastris fuit? Sed videlicet illa est ignorantia priscorũ qui mũdum æternum esse crediderunt. A qua opinione profecta est illa vanitas Genethliacorũ qui quadringenta & septuaginta annorum millia monumẽtis cõphẽsa continere sese ingenti fidutia mentiebantur: vt est auctor Cicero in primo de diuinatione. Strabo Mosen non magum fuisse dixit sed oraculis deditum: quales fuisse Amphiaraus & Orpheus & Musæus leguntur. Iustinus historicus Ioseph in Aegypto magicas artes edoctum: cito insinuatum apud regem fuisse dicit. Cuius auctoris epitomen trice-

simam sextam qui legerit & Cornelii Taciti librum vnum & vicesimũ: facillime intelliget semina quędam veritatis per totum orbem disseminata fuisse sed pręimbuta mendaciis Aegyptiorum. Quo factũ est vt historici græci & latini vanissimi interdum a nobis fuisse deprehẽdãtur: qui sacram historiam & incorruptam habemus.

Maleuolẽtia quorũdã historicorũ

In quo profecto eorum vicem dolere deberemus: nisi in plerisq; eorum improbam mentem cerneremus: blandiente semper eis in Iudęos maledicentia ob vnius dei cultum: sed inuidia vęcors aduersus christianum nomen tacito: Suetonio: & Plinio iuniori fuit. q̄q̄ cum fuerint illi æquales maledicta eorum sacrilega ac nefaria inuicem colliduntur.

Trãq. de Christianis. Tacitus scriptorũ vęcordissimus.

Tranq. in Nero. afflicti suppliciis christiani: genus hominum superstitionis nouæ ac maleficæ. Tacitus. xv. de incẽdio vrbis loquens per Neronem excitato. ergo abolendo rumori Nero subdidit reos: & exquisitissimis pœnis affecit. quos per flagitia inuisos vulgus christianos appellat: auctor nominis eius Christus: qui Tyberio imperitãte per procuratorem Pontium Pilatum supplicio affectus erat. repressaq; in pręsens exitiabilis superstitio rursus erũpebat: non modo per Iudęam origiñe eius mali: sed per vrbem etiam. & post aliquot versus enumeratis cruciatuũ generibus: vnde q̄q̄ aduersus sontes (inquit) & nouissima exẽpla meritos: miseratio oriebatur. Hominẽ nefarium Tacitum: & aduersis placitis prouidentiæ genitũ: qui æqualium suorũ sensui seruiẽs: non suo iudicio: prodere hoc exemplũ nefarię mentis non veritus sit.

Plinius iunior.

Audiamus Pliniũ ad Traianũ scribentẽ cum Asię pręesset prouincię: quum veluti elogium Christianorũ mitteret: de pœna reorũ (vt assolebat) ad principem referens: affirmabant aũt (inquit) hanc fuisse summã vel culpæ suæ vel erroris: ꝙ essent soliti stato die ante lucem cõuenire: carmenq; Christo quasi deo dicere secum inuicem: seq; sacramẽto nõ in scelus aliquod obstringere: sed ne furta: ne latrocinia: ne adulteria cõmitterẽt: ne fidem fallerent: ne depositum appellati abnegarent: quibus peractis morem sibi discedẽdi fuisse: rursusq; coeundi ad capiendum cibũ: promiscuum tamen & innoxiũ. Quod ipsum facere desiisse post edictũ meum quo secundum mandata tua hetærias esse vetuerã: sic.n. legi debet pro sodalitatibus. Quid simile habẽt hęc obiecta Pliniana cũ criminibus Taciti extrema exempla meritis? eodẽ.n. tẽpore hæc a Plinio & Tacito dicta sunt. verũ Plinius ad principẽ scribẽs (quod ad res humanas attinet optimũ: sed imbutũ errore Domitiani: cui sublato statim Nerua successerat) mẽtiri aut noluit aut non ausus est. Tacitus Domitiani bñficio ad dignitates prouectus: vt ipse fatetur in principio statim libri decimiseptimi: q̄d nomen ille princeps sceleratissimus sęuitię pugione conficere nixus erat irrito ꝓposito: id iste sceleratiore historiæ stilo: toxico mẽdacii oblito: repetere instituit: vęcordium oĩm scriptorũ ꝑditissimus: si recte verba eius æstimentur. Nam Tranquillo cum idem esset obsequendi tempori propositũ: q̄ potuit tñ ipe breuissime defunctus est: Christianũq; nomen vno verbo respuit ne amplecti videretur. Plinius in fine epistolæ ex animi sui sententia locutus: cum principem consuleret: & mendacio locus nõ esset: in principio ita vera falsis temperauit: vt acta sua principi seuero & ꝑspicaci approbauerit. In quo preciũ est operę vim veritatis animaduertere:

quę nonũq̃ inuitis erũpit:ita fallés inter mẽdacia vt ab audiẽtibus demũ agnoscatur:cum interim loquentes adhuc habere se in potestate eam putent.supplicium(inquit)minatus persenerãtes duci iussi.neq; enim dubitabam qualecunq; id esset quod faterentur:pertinaciã certe & inflexibilem obstinationem debere puniri.O miserũ te Plini: & improbe principali gratiæ inseruientem:qui veritate oppugnãda diligẽtiam tuã principi approbare voluisti.hoc acri vir ingenio Traianus intelligens:ne dãnare imprudentię prędem videretur alioquin sibi gratum:& nomini tunc inuiso patrocinium prębere edicto suo nõ ausus:conquirendi(inquit) non sunt christiani:si deferãtur & arguantur puniendi sunt.Alioquin aũt in omnibus scriptoribus mirũ silentium vel improbũ potius de rebus christianis agnoscas iis etiã tẽporibus cũ res insignes ac memorabiles auspiciis Christi gestæ sunt:id adeo ex re vnica quã in medium afferã iudicare quiuis poterit.Macrobius libro secundo Satur.de iocis Augusti Cęsaris loquẽs:cum audisset(inquit)inter pueros quos in Syria Herodes Rex Iudęorum intra bimatum iussit interfici filiũ quoq; eius occisum:ait melius est Herodis porcũ esse q̃ filium.Ecquis vnq̃ hoc memorię tradidit dũtaxat ethnicorum: quod Macrobius in transitu tanq̃ rem notã perstrinxit? mirari igitur desinamus cur nulla apud Pliniũ & alios rerum miracula relata:scriptorum sacrorum temporibus cõpetant & cũ orthodoxa rerum conscriptione congruant:& malignitati scribentium aut metui potius tribuamus.Tertullianus in apologe.ad Romanos loquens de morte Christi.Nam spiritum(inquit)cum verbo sponte dimisit prędicatũ non scierunt:& tamen eum mundi casum relatũ in archiuis vestris habetis. & Paulo inferius.ea omnia super Christo Pilatus & ipse iam pro sua cõscientia Christianus:Cæsari Tũc Tyberio nũciauit.Eusebius in Chronicis de anno decimooctauo principatus Tyberii loquens.Solis facta defectio & tenebrę super vniuersam terram.Bithynia terrę motu concussa:& in vrbe nicena ædes plurimę corruerũt. Quę omnia iis cõgruũt quę in passione domini acciderunt:tum ad hoc probandũ phlegonta citat auctorẽ exactum Olympiadũ adnotatorem.Cuius vt historici & Olympiadum scriptoris meminit suidas. Trallianũq; fuisse dicit.Adriani libertum vel Augusti vt alii putauerunt.Is igitur huius rei locupletissimus esse testis potest in Asia genitus vbi is terræ motus accidit.de eo motu Plinium locutum esse non dubito cum inquit libro secundo:maximus terræ memoria mortalium extitit motus Tyberii Cæsaris principatu.xii. vrbibus Asiæ vna nocte prostratis.solis autem deliquium Plinius ignorare non potuit si in archiuis Romanis perscriptum fuit:vt qui acta Romana diligenter percensuisse intelligatur.sed Plinius id dicere noluit:qd̃ occultum principes esse volebant.Eodem pertinet qd̃ idem Pli.li.xxx.dicit de arte magica loquens.hęc(inquit)vmbrarum inferorũq; colloquia promittit: quæ omnia ætate nostra princeps Nero vana falsaq; comperit:quippe non citharętragicique cantus libido illi maior fuit:fortuna rerum humanarũ summa gestiente in profundis animi viciis:primũq; imperare diis cõcupiuit.

Improbũ silentium de rebus Christianis apud auctores.

nec quicq̃ generosius voluit.nemo vnq̃ vlli artium validius fauit.hoc dictum Plinii fidẽ facit iis quæ a Tertulliano:Eusebio & Suida scripta sunt de Simone Mago Samaritano qui apud Neronẽ gratia valuisse dicitur & cũ diuo Petro corã cõmissus eẽ.Satis aũt nobis eẽ debet q; cõpertũ habemus locupletissimis testimoniis veritatẽ in vtroq; religionis nostræ instrumento plenissime cõprehẽsam:in potestate semp cultorũ dei fuisse: manasse tamẽ ad alios interdũ veritatẽ:nõ germanã illã & incorruptum: sed in Aegypti primũ officinis adulteratã:athenis aũt postea in porticu: academia & lyceo:nunc sedentaria nũc obãbulatrice philosophia varie interpolatam:nec ante sibi redditã q̃ dominus noster in Iudęa id est in veritatis ipsius incunabulis ad manũ etiã visendam hominibus porrexit:deinde & gręcis hominibus & latinis barbarisq; intelligẽdã:missis quoquo gentiũ interptibus:dedit.Cęterum admirari subit tẽporum nostrorũ fœlicitatẽ: qui mũdo iã vergente nati:tã lõgissime prorsum retrorsumq; cerninimus(vt Maronianus ille proteus)quę sint quæ fuerint quæ mox ventura trahantur.cũ prisci illi græci latiniq; auctores: sese in eo admirarentur quasi in historię cãpo expatiãtes:omnia oculis subiicerent quę a condito ęuo gesta sunt:quos ne admota qdẽ & proxima vidisse deprehẽdim?. Sed vtinã tã cõsertis manibus cõpertã cõprehensamq; veritatem semel retinere possemus:q̃ protin? agnitã festiuis oculis hilares exosculamur. hæc enim veluti fastidiosa est vel hospita vel amica:Cui cũ sæcularium rerum amorem quasi æmulã super inducimus:sensim ex mente nostra quasi ex contubernio facessit:animũq; sibi suas res habere iubet:clã remisso nuncio:cũ interim securi(vt dicitur)alias res agamus.Verũ vt ad rẽ redeamus:nos hoc tenere conuenit qd̃ cap.nono.libri secũdi paralip.dicitur:Salomonem regẽ imperitasse ab euphrate ad palęstinen & vsq; ad limites Aegypti:gloriaq; & diuitiis circũfluentibus omnes reges non modo æquales:sed cuiuscũq; etiam ętatis haud dubie superasse.Quod græcos latinosq; historicos tacuisse non magis mirum est:q̃ inauditã sophiã eius id est germanam sapientiã apud philosophos viros id est sophiæ indagatores fuisse:cũ eam tandiu tantaq; indagine sed irrita inuestigarint.Quę res in dubium venire nõ pot:cũ eius hodie monumenta in manibus versentur.Quæ si satis aio comprehensa haberemus:omnem antiquam philosophiã(quod ad mores attinet:& institutionem animi)nugas meras esse iudicaremus.Hactenus de rebus hebręorum dictũ sit. In quibus talenti & sicli appellatio promiscue posita:impedimento fuit ne inire rationem crassa saltẽ æstimatione tantarũ opum possemus.vbi tamen talentum auri proprie accipi probabile est:qualia erant sexcenta & sexaginta sex quæ ei quotãnis a prouinciis finitimis offerebantur vt decimo cap.iii.regum dicitur:& octauo libro Iosepi:& ea talenta quæ regina sabarum obtulit:& rex Hiram:Ibi ego talẽtum(vt minimũ)septuagenarium intelligi debere censeo.Qua ratione vt aurum ad argentum vndeplex tantum fuerit: talentum septem millibus & septingentis aureis nostris coronatis valuit.Ex quo supputari summa quotannis poterit: Si quis animi causa id facere:& redditum eius colligere voluerit.Eorum autem quæ supra diximus eundem ipsum Solomonem postremo loco au-

Veritas apud Iudęos sedẽ habuit ante aduentum domini.

Veritas antiquis ignota.

Solomonis philosophia.

ctorum citabimus. Sic enim inquit cap. altero ſui eccleſiaſticæ: συνήγαγόν μοι γαὶ γε ἀργύριον καὶ γε χρυσίον: καὶ περιουσιασμοὺς βασιλέων καὶ τῶν χωρῶν. Congeſſi mihi tum argentum tum aurum: & facultates regum ac prouinciarum. Sed iis quæ de ſiclo diximus refragari videtur id quod apud Pliniũ legitur. li. xviii. vbi de pondere tritici loquens ita inquit. nunc ex iis generibus quæ Romam inuehuntur: leuiſſimum eſt gallicum atq; e cherroneſo aduectum. quippe non excedunt in modium vicenas libras ſi quis granum ipſum ponderet. adiicit ſardiũ ſex libras Alexandrinum & trientes: hoc eſt & ſicli pondus. Triens non quatuor drachmas hic ſignificat: ſed quatuor vncias. Sed antiqua exemplaria & pridem impreſſa non ſicli ſed ſiculi habent: hoc eſt frumenti ex Sicilia: hoc enim verbum hebraicum eſt vt auctor eſt Suidas & Ioſep9 vt dixim9: quo nec greci nec latini vſi ſunt. etiam ſi apud Plinium errore emẽdatorum ſæpe legatur vt li. xvii. in principio. fuit & arborum cura legibus priſcis: cautũq; eſt. xii. tabulis: vt qui iniuria cecidiſſet alienas: lueret in ſingulas ſiclos æris. xxv. vbi antiqua omnia habent. Lueret in ſingulas æris. xxv. & libro duodecimo. Itaq; optimi thuris libra ſiclorum. xvi. precium habet ſecunda. xii. In antiquis optimi thuris libra. xvi. preciũ habet: ſecunda. xv. Preter ea autem quę diximus & Aegyptiorum opes famigeratas ſcimus. cum Pli. li. xxxvi. de pyramidibus Aegypti loquens ita dixerit. Dicantur obiter & pyramides in eadem Aegypto regum pecuniæ ocioſa ac ſtulta oſtentatio. & li. quinto Aegyptus ſuper cæteram antiquitatis gloriam. xx. millibus vrbium: ibi Amaſe regnãte habitata pręfert. Strabo libro vltimo ad thebas ſupra memnonium regum Aegypti ſepulchra eſſe tradidit: eaq; ſe vidiſſe cum in comitatu Aelii galli eſſet in thebaide: conditoria autem eſſe circiter. xl. mirifica ſpecie ſtructuræ viſenda: in ſpecubus ſaxo exciſo. Intra autẽ conditoria obeliſcos quoſdam eſſe literis inſcriptos opulentiam regum qui tunc erant declarantibus: & eorum ditionẽ velut vſq; in Scythas & Bactrios & Indos: & quæ nunc Ionia dicitur imperitantium: ad hæc tributorũ magnitudinem: & copiarum militarium ad decies centena millia hominum. ἐν δὲ ταῖς θήκαις ἐπὶ τινῶν ὀβελίσκων ἀναγραφαὶ δηλοῦσαι τὸν πλοῦτον τῶν τότε βασιλέων. καὶ τὴν ἐπικράτειαν ὡς μέχρι σκυθῶν καὶ βακτρίων καὶ ἰνδῶν καὶ τῆς νῦν ἰωνίας διατείνασαν. καὶ φόρων πλῆθος. καὶ στρατιᾶς περὶ. ρ΄. μυριάδας. Cõuenit hoc cum dicto Pliniano quod ſupra rettulimus de Seſoſtri Aegypti rege ſuperbiſſimo: qui iunctis ad currum regibus triũphare ſolitus erat. huius regis meminit Herodotus in ſecundo. eum dicens primum omnium regum longis nauibus arabicum ſinum pręteruectum: & populos rubri maris accolas in poteſtatem ſuã redegiſſe. Indeq; retro iiſdem veſtigiis reuerſum & coactis ingẽtib9 copiis trãſgreſſũ i cõtinẽtẽ infeſto exercitu obuias vbiq; gẽtes ſubegiſſe: ex aſiaq; i europã trãſgreſſum Thraces & Scythas vi domuiſſe: vnde digreſſus ad Phaſim amnem iter cõtendiſſe dicitur. Huius autem regis memorabile inſtitutum prodidit Herodotus. ὁτέοισι μὲν νῦν αὐτέων ἀλκίμοισι ἐνετύγχανε: καὶ δεινῶς γλιχομένοισι περὶ τῆς ἐλευθερίης: τούτοισι μὲν στήλας ἀνίστη ἐς τὰς χώρας: διὰ γραμμάτων λεγούσας τότε ἑωυτοῦ ὄνομα: καὶ τῆς πάτρης: καὶ ὡς δυνάμει τῇ ἑωυτοῦ κατεστρέψατό σφεας. ὁτέων δὲ ἀμαχητὶ καὶ εὐπετέως παρέλαβε τὰς πόλις: τούτοισι δὲ ἐνέγραφε ἐν τῇσι στήλῃσι κατὰ ταυτὰ καὶ τοῖσι ἀνδρηίοισι

Siclus apud Plinium.

Aegyptiorum opes.

Seſoſtris

τῶν ἐθνέων γενομένοισι: καὶ δὴ καὶ αἰδοῖα γυναικὸς προσενέγραφε: δῆλα βουλόμενος ποιέειν ὡς ἦσαν ἀνάλκιδες. Quaſcũq; autem nactus erat gentes ſtrenuas: & pro libertate tuenda acriter & percupide dimicantes: per horum ille regiones ſtelas id eſt cippos lapideos ſtatuebat. literis ſignificãtibus eius regis nomen & patriam: & quibus copiis eos ac viribus ſubegiſſet. quorum vero vrbes nullo negocio aut incruento certamine cepiſſet: apud hos itidem vt apud illos qui ſtrennuitatis ſpecimen ediderant: cippos quoq; ſtatuebat: atq; eo amplius muliebria genitalia aſſculpebat: ſignificare volẽs eos ignauos eſſe. Idẽ Herodotus auctor ſub Amaſi rege (cuius tempore Moſem ex Aegypto egreſſum eſſe diximus) Aegyptum beatiſſimam & a flumine nilo: & a regionis ſolo fuiſſe: vrbeſq; habitatas tunc numero viginti millia fuiſſe. καὶ πόλις ἐν αὐτῇ γενέσθαι τὰς ἁπάσας τότε δισμυρίας τὰς οἰκεομένας. Huius eſt autẽ. Memorabilis ſanctio: vt ſinguli quotãnis apud nomarchen id eſt cuiuſq; pręfecturę pręſidem profiterentur vnde viuerent. Qui autem hoc non faceret: aut genus vitę approbare pręſidi non poſſet: huic pœna extremum ſupplicium eſſet. Qua lege poſtea atheniẽſes tralatitia vſi ſunt prorſus inculpabili. Sed verba ipſa Herodoti ponẽda ſunt ad verbum. νόμον τε αἰγυπτίοισι τόνδε ἄμασίς ἐστι ὁ καταστήσας: ἀποδεικνύναι ἔτεος ἑκάστου τῷ νομάρχῃ πάντα τινὰ αἰγυπτίων ὅθεν βιοῦται. μὴ δὲ ποιεῦντα ταῦτα: μὴ δὲ ἀποφαίνοντα δικαίην ζόην: ἰθύνεσθαι θανάτῳ. σόλων δὲ ὁ ἀθηναῖος λαβὼν ἐξ αἰγύπτου τοῦτον τὸν νόμον: ἀθηναίοισι ἔθετο: τῷ ἐκεῖνοι ἐς αἰεὶ χρέωνται ἐοῦτι ἀμώμῳ νόμῳ. Id eſt. hic eſt autem Amaſis qui legem hanc tulit. demonſtrare vnũquẽq; apud pręſidem cuiuſq; loci vnde viuat. quod qui nõ fecerit: aut demonſtrare vitæ ſuæ rationem iuſtam non potuerit: hunc morte mulctandum. Solon autem atheniẽſis ſumptam hãc legem ex Aegypto athenienſibus promulgauit: qua illi ſemper vſi ſunt lege ſane inculpata. Verum quandoquidem verboſa iam eſſe cœpit hęc diſputatio: nec tamẽ omnia attigimus eodem pertinentia: & liber pro portione huius operis longior iam eſſe videtur: abrumpendus eſt ſermo qui finem non inuenit. Ad alteramq; partem commentationis feſtinandum. quam ſic quoq; iam fathiſcente ſtilo aggredi me ſentio.

Amaſſis qui Pharao dicit.

Memorabilis cõſtitutio.

Guillielmi Budęi Regii Secretarii De Aſſe & partibus eius Liber Quintus & Vltimus.

RESTAT Menſurarum tractatus: cum cõnexã cauſam cũ prædictis habẽs: tum velut appẽdix huius operis. Menſura autem multiplex ab Ariſtotele in nono libro metaphyſices ponitur. Sed nunc menſuras appello quibus fruges & liquores metimur. Angelus Politianus vir memoria noſtra vtraq; lingua apprime doctus: in decimo epiſtolarũ de mẽſuris ex profeſſo ſcribens. Incipiendum (inquit) ab amphora cõſecrata Romanis in capitolio ne cui violaretur. Capit hæc omnino quantũ teſſera quoquo verſus in area pedũ quatuor. duplex amphora modius eſt: aut ſi mauis grece Medimnus:

Angelus politian9.

eadéq; triplex efficit sextarium. sextarii dimidiũ cotula vocatur & hemina. quatuor vero sextarii chœnica cõplẽt. ita sex cõgiũ: qui latine chus dicitur. Inde forsan sextarii nomẽ ꝙ eum sexies cõgius capit. scribit tamen pollux cotulã chœnicis esse tertiã partẽ. chœnicas octo & quadraginta Medimno cõtineri. hæc politianus suppresso auctore (vt fere assolet) ex vulgatis carminibus illis sumpsit quę apud Priscianũ incerto auctore legunt. nã nõ esse Prisciani argumẽtũ est ꝙ in antiquis voluminibus Prisciani non inueniuntur. In his aũt carminibus intelligendis quoties ꝗꝗ luculentis erroribus politianus lapsus sit: ex sequentibus apparebit: vt nisi Politiani stilũ agnoscerẽ: Politiani epistolã esse omnino negaturꝰ fuerim. Eiusdem flagitii est ꝙ talentum atticum maius tribus & octoginta minis esse dixit: nec vllum pondus attico talento maius esse. Carmina aũt illa sic fere leguntur. Pes longo spatio latoq; notetur in anglo: Angulus vt par sit quẽ claudit linea triplex. Quatuor ex quadris medium cingatur inane Amphora sit cubus: quam ne violare liceret Sacrauere Ioui tarpeio in mõte quirites. Huius dimidium fert vrna: vt & ipsa Medimni Amphora: terq; capit modium. sextarius istum Sexdecies haurit quot soluitur in digitos pes. Dico his versibus significari: Amphoram ex area excitari quoquo versus pedali: quaternis quadris pedalibus inanitatem eius cingentibus. Ita vt quaterni vndiq; anguli tesserales tribus lineis concludantur singuli: quibus ipsis tres dimensiones tesserę significãtur qui cubus græce dicitur: id est schema sex in situs sessile. hoc enim verba illa significant. Angulus vt par sit quem claudit linea triplex. tres enim dimensiones notantur. longitudo: latitudo: altitudo. Huius dicti testem interim citabimus Isidorum hispalensem: in hac re interdum non refellendum: licet in multis lapsus sit. Amphora (inquit ille) recipit vini vel aquæ pedem quadratum. Qꝫ si hunc testem refutare placet: prodeat Festus testis locupletior: qui his verbis testabitur. Quadrantal antiqui vocabant Amphoram: quod vas pedis quadrati octo & sexaginta sextarios capit. Politianus duplicem amphoram modium esse tradidit: & (q̃d vix intelligere possum) triplicem amphoram sextarium efficere. ego autem amphoram vnã ternos modios capere dico: & duodequinquaginta sextarios: nec Medimnũ & modium eundem esse modum. sed Medimnum modios senos capere. Suidas. μέδιμνοσ μέτρον ἐσί ξηρῶν: οἷον πυρῶν ἢ κριθῶν. μέδιμνον οὖν μοδί'ων ἕξ. Medimnus (inquit) mẽsura est aridorum vt tritici vel ordei: Medimnũ igitur mensura est sex modium. Hactenus ille. sed audiamus testem vnũ qui vice sit omnium. is erit Cicero: qui in frumentaria: ita inquit ad Verrem. accipis sestertios quindecim pro Medimno: tanti enim est illo tempore Medimnum. retines sestertios duodecim: tanti enim est frumentũ Siciliense ex lege æstimatum. est eiusmodi æstimatio legis vt cæteris temporibus tolerabilis siculis: te prętore etiam grata esse debuerit. est enim modius lege sestertiis tribus vt æstimatus fuit ante te prętorem: vt tu in epistolis ad amicos tuos gloriaris: sestertiis duobus. sed fuerit tribus sestertiis: qm̃ tu tãtũ a ciuitatibus in modios singulos exegisti: tu nõ modo omnes accipere quod oportebat noluisti: sed etiã dare quod nõ debebãt coegisti. Idẽ alibi. ꝓciũ aũt senatuscõsulto cõstitutũ decumano in modios

Cubus & tessera.

singulos sestertii terni: & iterum duobus preciis vnũ & idem frumẽtum vẽdidisti. semel ciuitatibus sestertiis quindecim in Medimnũ. Iterum po. Romano: a quo sester. xx. in medimna pro eodem illo frumẽto abstulisti. & alibi. Hoc reprehendo: ꝙ cum in Sicilia sestertiis binis tritici modius esset: vt istius epistola ad te declarat: summũ sestertiis trinis: tum iste pro tritici modiis singulis ternos ab aratoribus denarios exegit. His locis & aliis eiusdem orationis liquet Medimnum quinquies modium capere. q̃d de sicula mensura intelligendum: nam Romanum Medimnum vt atticũ senos modios cepisse: eodem auctore eadéq; oratiõe probabimus postea. nunc quod instat: de amphora videamus: quonam modo intelligi possit quod politianus dixit. Sit igitur area quoquo versus pedum quatuor: si ex ea corpus quadrantale: & tesserariũ facere velis: necesse est addẽda dimensione tertia id est altitudine: tertiam quoq; multiplicationem arealis numeri excitari. Quomodo enim bis bina bis primam tesseram faciunt octo angulis constantẽ: & ter trina ter secundam: qui numerus est vicenarius septenarius: eodem modo quater quaterna quater tertiam tesserã faciunt vnitatibus quatuor & sexaginta concretã. Sit igitur planities vel interuallũ quadratum: quaternum quoquo versus pedum. huic si altitudinem bipedalem imponam: fient octo pedes quadrati: qui duos & triginta pedes valent. hoc est bis quater quaternos. hos pedes si ex quadratis cubicos id est tesserarios reddere velim: eũ numerũ vt duplicẽ necesse est: hoc modo: quater quatuor quater: sic fiunt bis duo & triginta id est quater & sexaginta. vt eñ quadrata forma ex numero quocũq; fit in sese ducto: sic ex quadrata iterũ exurgit cubica. quaternio eñ radix est nũeri quẽ nũc quærimus. is in sese multiplicatꝰ sedecim efficit: & iã formã quadratã capit. at is numerꝰ quadratus iterum quater multiplicatus in tesseram euadit: & fiũt sexaginta quatuor. Quare aut Politianus existimauit Amphoram tot pedes habere in conceptaculi inanitate: aut tesserę naturam ignorauit. Vtrumlibet autem dixeris luculenter hallucinatus cõperietur. at alterutrum vix de eo homine credere fas est qui panepistemona librum condidit: quo omnium rerũ artiũq; scientiam ꝓfiteri videtur. Vitruuius de tessera. li. v. Ita inquit: Cubus est corpus ex sex lateribus: ęquali latitudine planitierum per quadratum. is cũ est iactus: quam in partẽ incubuit: dum est intactus immotam habet stabilitatem. vt sunt etiã tesseræ quas in alueo ludentes iaciunt. Amphoræ aũt capacitatem cũ ego nosse cuperem: quadrantal. i. vas cubicum ex tabellis quatuor faciendum locaui: ita vt intus pedale quoquo versus esset. factumq; ad rudiculam exegi: quæ intus quidem erecta: æquilibris esset ad summa vasis labra. iacens vero & porrecta in imo atq; summo: latera bina stringeret. semipedẽ accipimus id spatiũ q̃d digiti vtriusq; manus suppositis pollicibus occupãt. eteñ palmus (vt inquit Vitruuius) a quaternis manuũ digitis inuẽtus est: & a palmo pes factus sedecim digitorũ. nostri pedẽ duodecim pollicibꝰ partiunt: quas vncias antiq vocauerũt vt auctor ẽ Boetiꝰ. id q̃d ostẽdit Plinius li. xv. de siliqs loquẽs quũ inqt: digitorũ hoĩs lõgitudo illis: & interim falcata: pollicari latitudine. Pollicarem dixit pro vnciali: vt differentiam adnotare facile sit inter digitale & pollicare. vulgo pedem

Medimnum.

Amphora.

metiũtur opifices manibus in pugnos contractis & porrectis pollicibus altrinsecusq; obuersis. Nos huiusmodi pedẽ habuimus sed ab iis petitũ q; modum pedis publice statuere solent. Hoc vas autem tritico cũ impleuissem: cum mensuris nostris composui implendo deplendoq; subinde. hoc faciens deprehendi vas illud tesserarium id est amphoram meã cumulatã: huius vrbis quadrantem radio equatum capere, nec aliam esse inter vtrã q; mensuram differentiam: q̃ que esse soleat inter mensuram rasam & fastigiatã: vt amphora cum eo auctario quod liberaliores venditores cõdonare solent: quadrantem hostimento admensum omnino æquare possit. Quadrantem appello eius mensuræ quartam partem quam sextarium triticarium diximus. Secundum hoc Medimnus erit quam minam dicimus. lingua, n. vernacula primum mimnum per syncopen: postea minam pro Medimno dixit. ita sextarius ille noster triticarius in bina Medimna & quaternas amphoras diuiditur: & inde in duodenos modios quos bossellos appellamus. Sed hæc quæ cõiectura assequimur: argumẽtis adiuuanda sunt. Tranq. in Cæs. populo preter frumenti denos modios: ac totidem olei libras: trecenos quoq; nũmos quos pollicitus olim erat: diuisit. Si Cæsar totidem modios tritici viritim quot olei libras diuisit: intelligimus modium non magnam mensurã fuisse: quę Ciceronis testimonio plerũq; binis: raro ternis sestertiis valebat. Qua ratione Medimnus quinis denis sestertiis: & sæpe denis tãtũ valebat. quod tamẽ intelligo in vilitate annonę. nam Cicero in frumentaria duas æstimationes ex senatusco sulto factas ponit: vnam alterarũ decimarum quas aratores non gratuitas pendere cogebantur populo Romano sed ita vt in modios ternos sestertios acciperent. alteram æstimationem ponit frumenti quod interdum ciuitatibus imperabatur: vt Romano populo præbere certum numerum frumenti cogerentur: & pro eo in modios denarios singulos acciperent: id est quaternos sestertios. Qua ratione Medimnus quinis denariis æstimabatur: quod fiebat cũ annonę penuria metuebatur vt opinor. Legitima ergo æstimatio erat trinis sestertiis in modios siculos qui maiores erant atticis & Romanis, licet idẽ esset Medimnus. Videamus an hoc temporibus nostris congruat. Apud nos commodam tritici primarii annonam esse aiunt: cũ Medimni bini, i. sextarius quinis & vicenis solidis turonicis vænit, ab eo precio ad tricenos iustã æstimationem esse, deorsum aũt ad vicenos: iam ad vilitatem spectare, qd̃ supra hæc aut infra est: caritatis & vilitatis appellatione censeri. Cum hęc literis mandarem precium diuersis anni partibus a vicenis solidis ad vicenos binos & semissem plærũq; euariauit, tametsi minime vbere biennii prouẽtu, sed fere ita euenit cum exportare ad externos non licet: vix iam vt annona agriculturæ impẽdia ferat: cũ paucis annis eqs aratoriis quib9 nostri vtunt: magno pere precium accesserit. Verum si Medimnus in sicilia mediocri annona quinis denis sestertiis valebat: planum fit non memorabili nos errore aut in nũmi coniectura aut in mensura falli: quippe quindecim sestertii æstimatione nostra solidis tredecim & sesquidenariolo valent. Sestertiũ enim denis denariolis & obolo taxauimus. Quare non mirum est si Cicero sępe in Sicilia modium frumenti binis sestertiis esse dixit in magna vbertate.

Medimnus.

Sest. valor.

Qua ratione duo Medimna decem & septem solidis veneunt: nã & apud nos sæpe minoris valere memini. Cicero in frumentaria: frumentum (inquit) emere in Sicilia debuit Verres ex senatusconf. & ex lege Terentia & Cassia frumentaria. Emundi duo genera fuerunt. vnum cæterarũ decumarum: alterum qd̃ præterea ciuitatibus æqualiter esset distributum. Illius decumani tãtum q̃tũ ex primis decumis fuisset: tritici modia. dccc. millia. precium autem constitutũ decumano: in modios singulos sestertii terni: duodetricies. imperato sestertii quaterni. Ita vt frumentum imperatum: sestertium duodetricies in annos singulos Verri decernebatur qd̃ aratoribus solueret. in alteras decumas ferme ad nonagies. sic per triennium ac hanc frumenti emptionem Siciliensem prope cẽties & tricies erogatum est. Decumanum frumentum appellat Cicero alterius Decumæ frumentum: quam aratores dare non vectigalem sed vænalem cogebantur. puto autem non vtrobiq; duodetricies legẽdum: sed secũdo loco duodeuicies: nihil tamẽ certi haberi potest quoniã locus ille corruptissime legitur sed nec duodetricies priore loco satis congruit: cũ octingenta millia modium quater & vicies tantum modo valuerint æstimatione ternorum sestertiorum. Igitur. dcccc. M. Ciceronem scripsisse dicendum est nõ dccc. vt sit vicies septies. Qz si addatur. xxx. mil. congruet duodetricies. ter autem duodetricies ferme nonagies centena millia sestertium valet. quibus si ter duodecies addas ferme centies & tricies sestertium erit. qd̃ a Cicerone oratorie auctum est. Sic in alteras decumas quotannis ex Sicilia nongenta millia modium Romã exportabantur: qui modii primũ ad mensurã Romanã: deinde ad nostrã reduci debent: propterea q; quini siculi modii senos Romanos valebant. Qua ratione septingenta & quinquaginta millia siculorũ: nongenta millia Romanorũ & atticorũ valent: q̃ ad Medimnos atticos relata centum & quinquaginta millia fiunt. his adde cẽtũ & quinquaginta millia modiũ siculorũ quę cẽtũ & octoginta millia Romanorũ valẽt: fiunt decies centena & octoginta millia. hęc em̃ summa sesquiquinta est nongentorum millium. quæ ad sextarios Parisinos reducta nonaginta millia fiunt & duodenario diuisa septẽ millia: & quingenta modia Parisina. Sic ex duabus decimis Romani quindecim millia modium nostrorũ transportabant ex Sicilia: preter id qd̃ ciuitatibus quaternis sestertiis imperabatur. Sed septem millia & quingẽti modii nostri ea ratione quam Cicero statuit: id est tribus sestertiis in modiũ siculum: ære nostro sexaginta quinq; millia & quingentos aureos nostros valent: quæ Romano more vicies sexies sestertium dicuntur: & viginti sestertia. Quare summa omnino non congruit propter qd̃ locum Ciceronis corruptum esse dixi: nec modo corruptũ esse puto: sed etiã mutilatũ: inter verbum fuisset & verbum tritici. dccc. em̃ millia nõ est alterarum decumarũ numerus. Sed frumenti imperati: vt ex aliis locis orationis colligitur. numerus aũt alterarũ decumarũ deesse mihi videtur. Sed & maior summa esse debet in triẽnio q̃ cẽties & tricies: cũ quotannis nonagies in alteras decumas daretur. id qd̃ ex alio loco orationis ostẽditur. Cũ Cicero eius summę quinquagesimas binas ad sestertiũ tredecies taxauerit. qua ratione trecẽties & viciesquiquies esse oportuit. Cęterũ nõ duodetricies im-

Decuma frumenti in Sicilia

perato frumento Ciceronē statuisse puto: sed bis & tricies: cū quaternis sestertiis in modiū æstimaretur: summa enim ad nūmum quadrat. Sextarius noster fere est q̄tū iumentū viatorium ferre potest. hos in modio duodenos Parisienses habēt. Idē Cice. in eadē oratione. Iugera professi sunt aratores imperio atq; instituto tuo. non opinor quēq̄ esse minus professum q̄ q̄tū arasset: cū tot cruces: tot iudicia: tot ex cohorte recuperatores proponerētur. In iugere leontini agri Medimnum fere tritici seritur perpetua atq; equabili satione. Ager efficit cum octauo bene vt agat. Verū vt omnes dii adiuuent: cū decimo. quod si quando accidit: tum fit vt tantum decumę fit q̄tum seueris. hoc est vt quot iugera sunt sata: totidē Medimna decumę debeantur. hoc cū ita esset: primū illud dico: pluribus Medimnū millibus vęnisse decumas agri Leontini q̄ quot millia iugerum sata erāt ī agro Leōtino. & rursus. agri Leōtini decimę anno tertio vęnierūt Medimnis. xxxvi. millibus: hoc est tritici modiis ducētis sedecim millib9. His verbis planum fit medimnū senos modios capere: cū prior numerus senario multiplicatus posteriorem efficiat. Idem. ostēdam neminem aratorem minus tribus decumis dedisse. atq; hoc in beneficii loco petitū ab Apronio: vt in iugera singula ternis Medimnis decidere liceret. deinde inferius ita subdit. professio est agri Leontini ad iugera. xxx. millia. hæc sunt ad tritici Medimna nonaginta: id est tritici modia quingenta quadraginta millia: tres quinquagesimas. i. tritici modium. xxxii. millia quadringētos. ab omnib9. n. ternę p̄terea quinquagesimę exhibebātur. Hęc exēpla Ciceronis corruptissime hodie legūtur: sed partim ex locorū collatione: partim calculo emēdātur: quæ ideo citanda duxi: vt p̄bare Medimnū senos modios Romano more capere. Si. n. quingēta quadraginta millia senario partiaris: fient sexies nonaginta millia. his etiā exemplis auctoritatē habemus agri Leontini qui fertilitate cōmendabilis erat: iugera singula singulis Medimnis id est senis modiis seri. & plerūq; cū octauo: raro cum decimo fœnore satum frumētum redire. Primum igitur statuamus q̄ta sit iugeri mēsura. Columel. li. vi. duo (inquit) actus iugerum efficiunt longitudine pedum ducentorum quadraginta. latitudine pedū cētum viginti: quę vtręq; summæ in sese ductæ quadratorum pedū faciūt millia viginti octo & octingētos. iam auctore Columella & calculo confirmatore nouimus ducētos & quadraginta pedes (quę longitudo est iugeri) cēties & vicies multiplicatos (qui numerus est latitudinis) octo & viginti millia quadratorū pedum & octingentos efficere. Quare qd̄ apud Varronē & ipsum Columel. legitur: actū quadratū vndiq; finiri pedibus centum viginti: eūq; duplicatū iugerū facere. id de iugero quadrato intelligēdū est: non absolute de iugero: quod parū apud vtrūq; declaratū est. sed cū vterq; dicat scrupulū denū esse pedū quadratorū: & in iugero esse scrupula ducēta & octoginta octo: planū fit calculo de iugero quadrato nō intelligi cū dicit iugerū pedū eē vigīti octo millīū & octingētorū. si. n. in singula scrupula cētenos pedes numeres: quot ex denis pedibus quadratis exurgūt: patet vel in digitos deducēti ducēties octuagies octies cētenos pedes fieri: id est vigīti octo millia octingētos. at iugerū quadratū altero tāto maius est. In agro Parisino nō vna est mēsura: ꝓpterea iu-

Medimnus.

Iugerum

Iugerum Parisinū.

stiorem eligā: & quæ latius in eodē agro patet. perticā nostrā vicenū quinū pedū esse aiūt lōgitudinis. hęc quadrata sexcenos vicenos quinos pedes cōtinet: qui numerus cēties multiplicat9 sexaginta duo millia & quingētos pedes quadratos efficit: tot. n. talibusq; p̄ticis iugerū nostrum qd̄ arpennū appellamus: cōstare dicitur. hmōi iugero licet multi vtātur: alii tamē affirmāt grādissimā illā esse mēsurā: sed iustā agri nostri perticā vicenum binū pedum esse lōgitudinis: quę quadrata quadringenos octuagenos quaternos pedes habet. Qua ratione centenariū iugerū quadraginta octo millia quadringētos pedes habet quadratos. est & minima mēsura q̄ perticis duodeuicenariis vtitur. q̄ pedes trecenos vicenos quaternos habent: & cētenę in iugero: pedes quadratos cōficiūt numero triginta duo millia quadringētos. sunt etiā qui perticis quidē plenis: sed iugero sexagenario vtatur. Quo fit vt illis iugerū triginta septē millia quingentos pedes habeat. nos aūt mediā mēsurā obseruabimus quā dicūt germanā nostrā esse: q̄ duos & viginti pedes p̄ticę statuit: & quadraginta octo millia quadringētos pedes habet. hęc a diugerū Romanū cōposita eandē habet proportionē quā quadringēti octoginta quatuor ad ducētos octoginta octo: q̄ vt maior est multo sesqpla: sic paulo minor est dupla. eiusmodi arpēnū pingui solo alternis propemodū messibus Medimnū duodecimū reddit. hmōi fere est fertilitas in eo tractu qui peculiari nomine Frācia appellat: ex eo (vt arbitror) q̄ sit sumē (vt dicitur) Frāciæ: in quo agro triticū mutilis spicis nascit: nō vt fere in Italia aristatis. In eo nos prędiū marlianū habem9. neq; nūc de summa vbertate aut soli aut tp̄is loqmur: sed de ea q̄ plerūq; visitur. Notū est in eo agro arpēna duodeuicena in annos singulos singulis modiis nostris oblocari tritici lectissimi. q̄q̄ ea fere locationū formula est: vt colon9 eo recte p̄bēdo tritico defungi possit qd̄ summę bonitati vno solido cedat: & interdū eo qd̄ semisse tātū solidi. modium aūt nostrū (vt iā dixi) duodenos sextarios cōtinet: & sextarius binos Medimnos. hac ratiōe singula iugera quotānis dodrātē id est sesqui medimnū pēsitare inueniunt. Cū tamē in eo tractu nullū agrū restibilē esse sciam. Sic. n. fert agricolatio: vt triticarius ager a messi triticea altero anno semestre aliquod gen9 frugis capiat: vt ordeū vel auenā vel quid aliud leuioris fœt9: tertio aūt anno nouali agitato cesset: qd̄ & aruū & veractū appellat ab antiquis. Itaq; Planū fit agrū nostrū bonitate siculo nō cedere: quē Cicero cū octauo & decimo acceptū reddere semē dixit. q̄q̄ id postea viderimus: nūc id tātū arguēta nostra adiuuat quib9 asserere cōtendimus Medimni Romani & minę nostrę paritatē. Nostri aiūt agricolę arpēnum prędictū sesqui medimnū fere poscere vt bene ferat aruū. Columel. de satione loqués lib. xii. pinguis agri iugerū si solutus & siccus sit: Quaternos tantū modios tritici poscere tradidit: si Cretosus aut vliginosus: quinos. Hoc cū a nostratibus anxie inquirerē: uix constare opiniones de p̄hendi. id qd̄ ex varietate soli & mēsurarū cōtingit. quantū tn̄ colligere potui: plenior pinguis agri mensura solo denso dodrantem minime poscit: interdum etiā dextātē id est decē modios Romanos. soluto & minime vliginoso solo nūc septenos nūc octonos. minimus modus agri reliqs etiā cōpetētibus: senos modios id est Medimnū poscit. his cōuenit dictum

Pertica.

Aruum

Verua ctum.

Columel.lib.ii.Iugerum(inquit)agri pinguis plerũq; modios tritici qua
tuor:mediocris quinq; postulat.adorei modios nouem:si est lętũ solum. si
mediocre decẽ desiderat:nã quis de mensura minus auctoribus cõuenit:
hãc tñ videri cõmodissimã docuit noster vsus.& paulo inferius.Nobis ne
istam quidẽ quã prędiximus mẽsurã semper placet seruari. ꝙ eam variat
aut loci aut tẽporis aut cœli conditio.proinde quã proportionẽ iugerum
Romanũ:id est duodetriginta millia & octingenti pedes:ad Parisinũ ar-
pennũ habent:id est ad duodequinquaginta & quadringẽtos:eandẽ fere
habẽt quaterni quinq; modii ad septenos & nouenos .leontinũ iugerũ nõ
admodũ disparile nostro fuisse oportet : qđ tãtũdẽ frumenti posceret:id
est medimnũ in singula iugera:si tamẽ Cicero veritati inseruiuit potius q̃
exaggerationi criminis.Arpenni autẽ vocabulo nõ liceter vti videor cum
id apud Columellam legatur. Aristoteles in secundo Politicon auctor est
Solonem Atheniẽsem quatuor census Athenis instituisse.Quorum pri-
mus fuit eorũ qui Pentacosiomedimni dicti sunt:id est quingentis me-
dimnis censi.Secũdus eorũ fuit qui Zeugitæ dicebãtur ab equis iugali-
bus.Tertius Hippas ad equis.Quartus Theticus dicitur.Qui eorũ erat
qui Thetes id est opifices erãt:hoc est operas suas locãtes. Primũ secũdũ
& tertiũ ad magistratus & honores admitti voluit. eosq; diuitũ nobiliũq;
appellatione censeri. τὰς δὲ ἀρχὰς ἐκ τῶν γνωρίμων καὶ τῶν εὐπόρων κατέστησε πά-
σας.ἐκ τῶν πεντακοσιομεδίμνων καὶ ζευγιτῶν καὶ τρίτου τέλους τῆς καλουμένης ἱππά-
δος. Plutar.in Solone cũ magistratus (inquit) oẽs locupletibus relinque
re vellet:reliquã aũt reipublicę gubernãdę partẽ ꝓmiscuã facere:ad quã
antea plebs aspirare nõ poterat:ad cẽsus ciuiũ se cõtulit.& q in siccis atq;
humidis censi erãt:in primo ordine locauit:& pentacosiomedimnos voci
tauit.In secũdo autẽ eos qui equos alere possent:aut trecẽtis censi forẽt:
& hos hippada soluẽtes ab equis nũcupauit.Zeugitæ vero tertii census
hoĩes vocati sunt:qui ducẽtorũ medimnũ cẽsum explerẽt. Quo autẽ hæc
melius intelligãtur:Pollux lib.viii. de hoc loquens ita inquit.τιμήματα δὲ ἦν
τέτταρα: πεντακοσιομεδίμνων.ἱππέων.ζευγιτῶν.θητικῶν. οἱ μὲν ἐκ τοῦ πεντακοσιομε-
δίμνου μέτρου ὑγρὰ καὶ ξηρὰ ποιεῖν κληθέντες.ἀνήλισκον δὲ εἰς τὸ δημόσιον τάλαντον.
οἱ δὲ τὴν ἱππάδα τελοῦντες:ἐκ μὲν τοῦ δύνασθαι τρέφειν ἵππους κεκλῆσθαι δοκοῦσιν.ἐποί-
ουν δὲ μέτρα τριακόσια.ἀνήλισκον δὲ ἡμιτάλαντον. οἱ δὲ τὸ ζευγίσιον τελοῦντες ἀπὸ δια-
κοσίων μέτρων κατελέγοντο.ἀνήλισκον δὲ μνᾶς δέκα.οἱ δὲ τὸ θητικὸν:οὐδεμίαν ἀρχὴν
ἦρχον.οὐδὲ ἀνήλισκον οὐδέν.Quorũ verborũ huiusmodi est sentẽtia.Quatuor
census Athenis fuisse pentacosiomedimnos:hippeis:zeugitas: theticos.
Pentacosiomedimnos aũt.i.quingenimedimnos ideo appellatos: ꝙ quin
genũ medimnũ numerũ vel mẽsurã siccis & humidis facere posset. hosq;
in publicũ sumptus facere talẽtũ. Hippeis aũt id est equites ex eo dictos
videri ꝙ equos alere possent.eosq; mẽsuras trecẽtas facere: & publice se-
mitalentũ impẽdere.At vero qui iugationẽ pẽderẽt:a ducẽtis mẽsuris cõ
scribi solitos esse:& publice decẽ minas cõsumere. Postremę notę eos eẽ
qui theticũ penderẽt id est opificiariũ vel mercenariũ.eosq; nec magistra
tum gerere:nec publice quicq̃ sumptus facere.licebatq; ex vno ordine ad
aliũ transire vt idẽ Pollux auctor est.Ex hoc aũt instituto prodierunt (vt
arbitror)munera ꝑsonalia: quorũ mentio fit in lege vlti.de muneribꝰ &

Arpennũ

Census Atheniẽ-sium.

honoribus in pandectis. Seruius etiã Tullius hoc exẽplo classes quinq; ci
uiũ Romanoꝝ descripsisse videt.Prima classis in octoginta cẽturias dis
tributa: ex iis qui cẽtũ milliũ æris aut maiorũ cẽsum haberẽt:quę summa
a nobis mille aureis nostris æstimata est.octoginta aũt cẽturię in quadra
genas seniorũ ac iuniorũ diuisę.Ita vt seniores ad vrbis custodiã ꝑsto es-
sent:iuniores vt foris bella gererẽt.quibus arma impata: galea: clypeus:
ocreæ:lorica:tela in hostẽ: hastaq; & gladius. Secũda classis intra cẽtum
vsq; ad quinq; & septuaginta milliũ cẽsum instituta. Tertiæ classis quin-
quaginta millia cẽsus fuit.Quartę quinq; & viginti millia. Quinta & vlti
ma vndecim millibus cẽsebatur:id est cẽtũ ac decẽ aureis nostris.Reliqua
aũt multitudo cuius eẽt inferior cẽsus:immunis militia facta.Equitũ etiã
ex primoribus ciuitatis duodecim cẽturias scripsit:quibus ad equos emẽ
dos dena millia æris ex publico data:& quibus equos alerent viduę attri
butę:quę bina millia æris in annos singulos pẽderẽt.dena millia æris ego
cẽtenos aureos intelligo ab binos equos emẽdos:& vicenos ad alẽdos id
est bina millia. Hæc oĩa (inquit Liuius) in dites a pauperibus inclinata
onera. Ex his intelligimus in infantia vrbis Romę primarias opes fuisse
mille aureos.propterea Pli.li.xxxiii.nõ erat(iquit)apud antiquos nume-
rus vltra cẽtũ millia.Itaq; hic & hodie multiplicatur:vt decies cẽtena mil-
lia aut sępius dicatur.Fœnus hoc fecit nũmusq; percussus.Quẽ locũ ex ve
tusto sic lego.itaq; est hodie.multiplicãtur hęc:vt decies cẽtena millia aut
sępius dicãtur.hoc sensu.vt olim nõ erat numerus vltra cẽtũ millia:sic nec
hodie:quia cũ ad cẽtũ millia ꝑuẽtũ est:ꝑ multiplicationẽ fit ꝓgressus:di-
cẽdo decies centena millia:aut vicies:aut cẽties:q̃ summę antiquis igno-
tę fœnore excreuerũt.Idẽ.Seruius rex primꝰ signauit æs.antea rudi vsos
Romę Rhemeus tradit.Signatũ est nota pecudũ vnde & pecunia appel
lata.Maximus census centũ millia assium illo rege fuit:& ideo hæc prima
classis.Vt igitur Romæ prima classis centenariorũ fuit:sic Athenis quin
genariorũ qui quotãnis pẽdere possent medimna vini & olei & frumẽti
quingena:sic.n.ex Polluce intelligendũ puto.quingenta aũt medimna in
attica q̃ plurimo importato frumẽto vtebatur:ducẽtis quinquaginta au
reis æstimare possumus.& quingẽta vini medimna.i. mille amphoras to
tidẽ pene francicis: pro quibus sexcẽtos aureos ponemus:quibus si adda
mus totidẽ olei amphoras nescio quid æstimare debeã. Qui hũc ꝓuentũ
annuũ habebãt talentũ impẽdere publice tenebãtur hoc est sexcẽtos au-
reos.Verũ intelligimus illã æstimationẽ census nõ strictã fuisse:vt penta
cosiomedimni dicerẽtur qui quotannis eã summã corradere possent:sed
qui tantũ pẽdere possent talẽto esse taxatos.Parũ tamẽ hoc explicatũ est
ab auctoribus.Interpres Aristophanis Pentacosiomedimnos dictos dicit
eos q tot mẽsuras arare possent.πεντακοσιομεδίμνους διὰ τὸ γεωργεῖν τοσαῦτα
μέτρα οὕτως ἐπωνόμαζον. Equites aũt eos dictos q trecẽtas mẽsuras ararẽt:
nomẽ ex eo sortitos ꝙ equos alere possent si quãdo opus esset.Qui cũ pri
mũ sexcẽti fuissent:postea vrbe aucta mille & ducenti esse cœperunt.his
licebat comatos esse licet ditiores essent quingenarii.Oportebat ergo ci
ues eos diuitęs esse qui tantum telluris ararent: aliunde etiam ditescen-
tes:vt negociationibus maritimis propter situm vrbis , opificum autem

Census Romani & classes.

Pli.locus.

ordini licebat & iudicare & concioné habere vt idé auctor inquit δικάζειν καὶ ἐκκλησιάζειν. Hactenus illi remp. attingere poterát. Copiosos auté Athe-

Atheniéses diuites.

nienses fuisse ex Thucydide nouimus: q libro secúdo Periclem eorú ducé ita inducit de opibus eorú disserenté: vt dicat confidere eos debere: nec incursu hostiú perterrefieri. Bello.n. gerendo consilio & vi pecuniæ plurima obtineri: Atheniésibus auté sexcentorú talentorú obuentioné annuá esse: quæ quotannis fere tributi nomine a sociis eorum pésitarentur: præter alios prouentus. esse ꝑterea signati argenti in arce sex talétoꝝ millia: fuisse auté aliquádo plurimú nouē millia septingenta. ex quibus in arcem & publicas alias extructiones erogatú fuisse qđ núc illi summę desit. τὰ δὲ πολλὰ τοῦ πολέμου γνώμῃ καὶ χρημάτων περιουσίᾳ κρατεῖσθαι. θαρσεῖν τε ἐκέλευε προσιόντων μὲν ἑξακοσίων ταλάντων ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ φόρου κατ᾽ ἐνιαυτὸν ἀπὸ τῶν ξυμμάχων τῇ πόλει: ἄνευ τῆς ἄλλης προσόδου. ὑπαρχόντων δὲ ἐν τῇ ἀκροπόλει ἔτι τότε ἀργυρίου ἐπισήμου ἑξακισχιλίων ταλάντων. τὰ γὰρ πλεῖστα τριακοσίων ἀποδέοντα μύρια ἐγένετο. Sex millia talentú tricies sexcies centena millia aureorú nostrorum æstimare solemus. diximus alibi Athenis Isocraté rhetoré viginti talétis orationé vná vendidisse. Plutarchus auté auctor est Demosthené in eadé

Demosthenes magno silentiú védidit.

vrbe totidem talentis vnius diei reticentiá vendidisse Harpalo: qui Alexandrú Magnú fugiés Athenas se cótulerat. licet historia ab Aulo Gellio in decimo aliter referatur. hoc tamen pene couenit ꝙ Demosthenes nocte aureo calice accepto cum viginti talétis argéti: in concioné postridie veniens collo lana & fasciis obligato: cú censere iuberetur & pro cócione dicere quid de Harpali postulatis statuendum esset: nutu osté dit se irrau cuisse nec proloqui posse. Quo tempore ii qui munere Harpali corruptú esse sciebant: ridétes dicere cœperunt concionatoré hominé & populeré noctu argyranche correptú: id est angina argentaria. καὶ γενομένης τάχιστα τῆς νυκτὸς ὁ ἅρπαλος ἔπεμψεν αὐτῷ τὴν κύλικα μετὰ τῶν εἴκοσι ταλάντων. Et paulo post. καὶ μεθημέραν εὖ καὶ καλῶς ἐρίοις καὶ ταινίαις κατὰ τοῦ τραχήλου κατελιξάμενος: εἰς τὴν ἐκκλησίαν προῆλθε. καὶ κελευόντων ἀνίστασθαι καὶ λέγειν: διένευεν ὡς ἀποκεκομμένης αὐτῷ τῆς φωνῆς. οἱ δὲ εὐφυεῖς χλευάζοντες: οὐχ ὑπὸ συνάγχης: ἀλλ᾽ ὑπὸ ἀργυράγχης εἰλῆφθαι νύκτωρ τὸν δημαγωγὸν id est. Interdiu aút Demosthenes pulchre & concinne lana & fasciis obuoluto collo in concioné ꝓdiens: cú qdá eorú qui aderant scandere in pulpitú & dicere eú iuberét: nutu significauit quasi obtusa vox sibi esset. Quo facto hoies quidá ingeniosi cauillátes nó angina noctu oratoré: sed argétangina correptú esse dixerút. Idé Thucydides. li. iii. auctor est Atheniéses Mithyleně obsidétes cú iá magna ex parte pecunias supradictas cósumpsissent i eo bello qđ cú Lacedæmoniis eorúq; sociis susceperát: & pecuniis egerét ad obsidioné ꝑagédá: tú primú tributú in ciuitate ístituisse & ducéta taléta ad bellú cótulisse: emissis etiá nauibus. xii. ad pecunias a sociis cogédas προσδεόμενοι δὲ οἱ ἀθηναῖοι χρημάτων εἰς τὴν πολιορκίαν: καὶ αὐτοὶ ἐσενεγκόντες τότε πρῶτον ἐσφορὰν διακόσια τάλαντα ἐξέπεμψαν καὶ ἐπὶ τοὺς ξυμμάχους ἀργυρολόγους ναῦς δώδεκα. Qđ vero diximus de quingenariis Atheniésibus q ipédere talétú publice tenebant: ita itelligo nó vt quotánis tributi noie ipéderét. tributú.n. Atheniéses nó pédebát vt supra dictú é ex Thucydide: sed vt cú opus esset: id qđ ex oratione Demosthenis intelligi potest quę περὶ συμμοριῶν inscribitur: id est de

Symmoriis. quasi dicas de decuriis munera obeuntiú: id quod intelligi non potest nisi summá & veluti argumentum orationis eius colligamus. Est autem eiusmodi. Cum Rex persarum expeditionem in græcos & præcipue in athenienses facturus diceretur: populus atheniensis tumultuari cœpit: quasiq; ducem quærere qui atheniensium exercitu instructus obuiam vltro persis in lydiá procederet. Quod cú demosthenes temerariú esse videret: nec tamé aperte dánare & dissuadere auderet: césere cœpit prius de apparatu belli cogitandú & quonámodo suppetere copiæ bellicæ propulsando tanto bello possent. Itaq; ex ditioribus vrbis centum decurias duodenum hominum describendas césuit quas Symmorias appel-

Symmoriæ.

lat. hic ordo trierarchæ appellantur: id est triremiú perfecti quasi nauarchi. qq Symmorias tantum viginti facit: sexagenum hominum. quas rursus in quinas partes duodenum hominum distribuit. Sic enim inquit. ἐκ τοίνυν τούτων οἶμαι δεῖν ποιῆσαι συμμορίας εἴκοσιν ὥσπερ νῦν εἰσίν: ἑξήκοντα σώματα ἐχούσας ἑκάστην. τούτων δὲ τῶν συμμοριῶν ἑκάστην: διελεῖν κελεύω πέντε μέρη κατὰ δώδεκα ἄνδρας: ἀνταναπληροῦντας ἀεὶ πρὸς τὸν εὐπορώτατον τοὺς ἀπορωτάτους. Ex his mille & ducentis existimo classes viginti faciendas eo modo quo nunc factæ sunt: sexagena corpora vnáquanq; habentem. earumq; singulas diuidendas in quinas decurias censeo duodenú hominum. Ita vt ditissimo cuiq; egentissimi in decuriis ordinandis cóiungantur. Ita autem có stitutis classibus id est Symmoriis: & diuisis decuriis tercentenas naues triremes faciendas esse céset: & rursus eas in viginti partes tribuit singulas denumquinú nauium. Ita vt ex primo secundo & tertio centenario cuilibet classi quinæ distribuantur: & sic vnaqq; classis singulis decuriis ternas rursus tribuat. hac constitutione classium triremium trierarcharúq; facta: Quoniam vero (inquit) césus eorum sex millium est talétorú: oportet & facultates quoq; certo ordine ac formula constitui: & in singulas decurias sexagena talenta tribui: vt singulæ classes quinquies sexagena talenta sortiantur. id quod his verbis ab eo dicitur. εἶτα πέντε ἑξηκονταταλαντείας εἰς ἑκάστην τῶν μεγάλων τῶν εἴκοσι συμμοριῶν ἐπικληρῶσαι. τὴν δὲ συμμορίαν ἑκάστῳ τῶν μερῶν μίαν ἑξηκονταταλαντείαν ἀποδοῦναι. Hoc autem ideo statuit vt si leuius bellum instet: centum nauibus tantum res geratur: & sexagenis in singulas decurias talentis impensa suppeditetur: & duodeni trierarchi sint. sin grauiore bello ducentis nauibus opus sit: tricena in singulas decurias talenta impensam conferant: & sena sint corpora trierarchiæ munus obeuntia. ꝙ si grauissimo bello premantur: singulę decuriæ ad vicena talenta & quaterna corpora contrahantur. ὅπως ἐὰν μὲν ὑμῖν ἑκατὸν δέῃ τριήρεων: τὴν μὲν δαπάνην ἑξήκοντα τάλαντα συντελῇ: τριήραρχοι δ᾽ ὦσι δώδεκα. ἐὰν δὲ δέῃ διακοσίων: τριάκοντα μὲν ᾖ τάλαντα τὰ τὴν δαπάνην συντελοῦντα. ἓξ δὲ σώματα τριηραρχοῦντα. Hoc facto armaméta nauiú ęstimáda primú censet q qualiaq; nauib⁹ cómoda aut necessaria sint: eadé róne in classes ac decurias tribuéda. oiaq; sortito expediri: vt cú rei gerédę tps venerit: quá qsq; naué sortit⁹ sit: eá istructá i tpe recte ꝑstet. Verú demosthenes vniuersá huius constitutionis (quá ipse syntaxin vocat) rationé in tres súmarias partes diuidit. In trierarchos em̃ & eorú facultates: & i trieremes primá parté statuit. Secúdá in facultates oím diuitú & pauperú ciuitaté habitátiú

a quibus sumptus suppeditari oportet. tertiam partem delegat classiario militi: & loco id est armamentario & nauali. prima pars explicata est. tertiam hoc modo prosequitur. decem tribus erant athenis: vnicuiq; igitur tribui tricenas naues assignat: decies enim tricenæ fiunt in summa trecētæ. has rursus tricenas trifariã diuidit id est in ter denas. tribus em̃ apud athenienses in treis partes diuidũtur quæ trittyes ab ipsis appellãtur qua si tertiæ tribuum partes. nos quia verbum latinum non habemns: trietes nũc dicemus. vnicuiq; igitur trienti denas naues implendas tribuit: cum belli gerendi tempus fuerit. tum vnicuiq; tribui tricenas stationes nauiũ construendas assignat in pyreeo pertu atheniẽsi: vt singulę stationes singulas triremes capiant. & distributionem parem in trientes vt supra facit: sortitoq; etiam omnia vult transigi: vt decem tribus decem loca sortiantur tricenis stationibus faciendis: & trierarchi sortito in loca & stationes distribuantur. Restat pars secunda apparatus id est collatio vniuersę ciuitatis ad stipendia militum. Hanc partem demosthenes ꝑstrinxit oratorie. videbat enim gratiosam esse orationem ad populum non posse quę populi facultates exhauriret. Cum ergo videret immani collatione opus esse: maioreq; facultatũ parte q̃ vt tunc populus nondum aduentu hostis perterritus: ferre posset si a se taxaretur: nec minorem dicere vellet id est eam quæ populo tolerabilis esse tunc potuisset: tandem seipsum oratorie interrogans & vicissim respondens ita inquit. τίς οὖν ἐϛὶ' οὗτος ὁ πόρος ὃ νῦν μὲν οὐκ ὢν ὑπάρξων δὲ τότε. αἰνίγματι γὰρ ὅμοιον τοῦτό τε ἐγὼ φράσω. ὁρᾶτε τὴν πόλιν ὦ ἄνδρες ἀθηναῖοι πᾶσαν ταυτηνί: ἐν ταύτῃ χρήματα ἐϛὶν ὀλίγου δέω πρὸς ἁπάσας τὰς ἄλλας εἰπεῖν πόλεις. ταῦτα δ' οἱ κεκτημένοι τοιοῦτον ἔχουσι τὸν νοῦν: ὥς εἰ πάντες οἱ λέγοντες φοβοῖεν ὡς ἥξει βασιλεύς. ὡς πάρεστιν: ὡς οὐχ οἷόν τε ταῦτ' ἄλλως ἔχειν: καὶ μετὰ τῶν γεγόνων ἴσοι τὸ πλῆθος τούτοις χρησμῳδοῖεν: οὐ μόνον οὐκ ἂν εἰσενέγκαιεν: ἀλλ' οὐδ' ἂν δείξαιεν: οὐδ' ἂν ὁμολογήσαιεν κεκτῆσθαι. εἰ μὲν τοι τὰ νῦν διὰ τῶν λόγων φοβερὰ: ἔργῳ πραττόμενα αἴσθοιντο: οὐδεὶς οὕτως ἠλίθιος ἐϛὶν ὅϛις οὐχ ἱκανὸν δίη καὶ πρῶτος εἰσενέγκαι. Quodnã igitur est hoc vectigal? id qđ nunc quidẽ nõ est: tũc autẽ futurũ est? Equidẽ simile quid ænigmati dicere hic nõ dubitem. Ecquid hanc ciuitatẽ omnẽ o viri atheniẽses cernitis? In hac ego ipsa parum abest quin dicã tantũ pecuniarum esse quantũ in aliis omnibus ciuitatibus. atqui qui eas possident: huiusmodi mentẽ habent: vt si oratores omnes terrere eos volentes: regem venturũ dicant: atq; etiã iã aduentantem: quodq; hęc aliter habere se nequeant: ad hæc si cũ ipsis orationem habentibus futurum ita prędicant totidẽ fatidici: ne sic quidem pecunias ostensuros esse putem: aut professuros eas: nedum ad collationem daturos. Qđ si ea quę nunc verbotenus terrifica iactantur: reapse geri sensẽrint: nullus vtiq; vsq; adeo stultus est: quin & prolixe dare & in primis cõferre velit. Ecquẽ enim esse credimus qui bona sua cuncta perdere tandẽ malit: q̃ fortunarũ suarũ partẽ ꝓ capite ac reliquis suis fortunis in mediũ afferre? Deinde sensim ꝓgrediẽs: quasiq; obrepẽs tenaci auaritię: neq; n. nũc (inqt) inquirẽdũ modũ collatiõis puto: qui melius in re ꝑñti statuet. Quippe si inire nũc rationẽ ei9 velim9 & ex pñti sensu aiorũ taxare: in risum res abibit. Sed ineamus sane. Sit aliqs q dicat cẽtesimã se collaturũ: nẽpe sexaginta talẽta is dixerit. age quiquagesimã qspiã dicet? hic duplũ

prædictę summę dixerit. & quid hoc est ad mille & ducentos camelos qui vehere pecunias regi ab istis dictitantur? Sed videamus porro. Vultis igitur vt duodecimã conferamus: quingenta scilicet talẽta? at neq; id ferre possitis: neq; si statim deponatis: idonea sit pecunia quę tanto bello satis eẽ possit. φέρε γὰρ: τὴν ἑκατοϛὴν τις εἰσφέρειν ἐρεῖ νῦν. οὐκοῦν ἑξήκοντα τάλαντα ἐρεῖ. ἀλλὰ πεντηκοϛήν τις ἐρεῖ τὸ διπλοῦν: οὐκοῦν ἑκατὸν καὶ εἴκοσι. καὶ τί τοῦτ' ἐϛὶ πρὸς διακοσίας καὶ χιλίας καμήλους ἃς βασιλεῖ τὰ χρήματ' ἄγειν φασὶν οὗτοι. ἀλλὰ θεῶ. βούλεσθε δωδεκάτην ἡμᾶς εἰσοίσειν: πεντηκόσια τάλαντα. ἀλλ' οὔτ' ἂν ἀνάσχοισθε: οὔτ' ἂν εἰ καταθοῖτε: ἄξια τοῦ πολέμου τὰ χρήματα. Hæc est fere summa eius orationis q̃tũ ad id qđ quęrimus pertinet. Cuius sensus nõ facile cuilibet explicabilis: memorabilis tamẽ mihi visus est: ꝓpter collationis rationẽ singulari inuẽto expeditã. ex ꝓdictis aũt apparet totius ciuitatis cẽsum sex millibus talentũ æstimatũ a demosthene. Sexaginta. n. talenta cẽtesima pars est sex milliũ: & quingẽta duodecima. Quare qđ supra diximus de talẽtis sex millibus in classes & centurias diuisis: nõ de censu tm̃ mille ac ducentoꝝ trierarchorũ intelligẽdũ: Demosthenes his verbis significat: de diuisione supradicta loquẽs. ἐπειδὰν δὲ ταῦτα οὕτως ἔχοντα ὑπάρχῃ: κελεύω ἐπειδὴ τίμημά ἐϛι τὸ τῆς χώρας ἑξακισχιλίων ταλάντων: ἵν' ὑμῖν καὶ τὰ χρήματα ᾖ συντεταγμένα: διελεῖν τοῦτο: καὶ ποιῆσαι καθ' ἑξήκοντα τάλαντα ἑκατὸν μέρη. Cũ vero hęc ita cõstituta fuerint: auctor ero vobis vt censum regionis qui sex milliũ est talentũ: diuidẽtes: centũ ꝑtes faciatis sexagenũ talentũ: vt vobis quoq; pecunię certa formula cõstitutę sint. regionẽ agrũ atticũ significãs qui in cẽsu Atheniẽsiũ erat. in enarratoribus tamẽ Demosthenis q̃ incerto auctore circũferuntur ita legimus: τὴν δὲ οὐσίαν τὴν τῶν χιλίων καὶ διακοσίων τριηραρχῶν τετιμῆσθαι φησὶ ταλάντων ἑξακισχιλίων. bona aũt mille & ducentorũ trierarchorũ censa esse dicit talentis sex millibus. Hac ratione singuli quinis talẽtis cẽsi erãt: id est tribus millibus aureorũ nostroꝝ: quę millies ac ducenties multiplicata tricies sexies cẽtena millia aureoꝝ coronatoꝝ fiũt. Harpocration aũt in lexico decẽ oratorũ: οὐχ ἅπαν φησὶ τὸ πλῆθος διῄρητο εἰς τὰς συμμορίας ἀθήνησιν: ἀλλὰ μόνοι οἱ πλούσιοι καὶ εἰσφέρειν τῇ πόλει δυνάμενοι non oĩs (inquit) multitudo Athenis in Symmorias distribuebat̃. sed diuites solũ: & q conferre ciuitati pecunias poterãt. Quare Demosthenes (inqt ille) cũ mille & ducẽtos dixit in oratiõe de Symmoriis habita: ditissimos significauit. Symmoritæ aũt dicebãtur qui eiusdẽ classis erant: vt tribules qui eiusdẽ tribus. Huiusmodi aũt diuisio populi facta fuit post tẽpora Solonis: sublata illa formula triplicis census quingenariorũ equitũ & iugariorũ. Suidas Trierarchia (inquit) munus est sumptuosum. oportebat. n. naues habere paratas & omni parte ad bellũ instructas: eoꝝ sumptu qui hoc munus gerebãt. Idẽ aũt Demosthenes cũ ante tẽpus actionũ Philippicarum videret populũ Atheniẽsem omni ordine solutũ: theatris tantũ & spectaculis intentũ: pecunias publicas partiri: nec pacis nec belli tẽpora instituta q; dignoscentẽ: orationẽ habuit: quę περὶ συντάξεως dicitur: id est de ordinatione ac constitutione ciuitatis. cuius orationis scopus is fuit: vt populus Atheniẽsis in certos ordines redigeret̃: id est in milites qui hoplitę id est armati dicebãtur: & in equites: & in alios q extra hos ordines erãt. Ex iis autẽ q̃ ab auctoribus tradita in manibus versant̃: vix (vt arbitror)

Symmoritæ.
Tribules

omnimoda cognitio haberi potest pdictoꝝ. quale est qđ de pentacosio-
medimnis diximus:& de trierarchis:& sex talentorũ millibus.nisi illũ cen
sum ad annuũ ꝓuentũ referamus: vt diuites eos fuisse intelligamus qui
quinũ talentũ redditu censi:munera trierarchię obire cogebantur:qđ cõ
uenire videtur cũ eo qđ de quingenariis & trecenariis dictũ est. Cũ id ac
Demo-sthenis facultates. curate inquirerẽ incidi in dictum eiusdem Demosthenis in prima cõtra
Aphobum oratione. in qua orator circũuentũ se esse a tribus tutoribus
dicẽs:& bona sua fraude eoꝝ suppressa & interuersa: quæ illi pauca a pa-
tre relicta esse dicebant:ipse vero ad quatuordecim talenta fuisse conten
derat:Post narrationẽ statim ita inquit. τὸ δὲ πλῆθος τῆς οὐσίας ὅτι τοῦτ' ἦν τὸ
καταλειφθὲν: μέγιστοι μὲν αὐτοὶ μάρτυρές μοι γεγόνασιν. εἰς γὰρ τὴν συμμορίαν ὑπὲρ
ἐμοῦ συνετάξαντο κατὰ τὰς πέντε καὶ εἴκοσι μνᾶς πεντακοσίας δραχμὰς εἰσφέρειν: ὅ-
σον περ Τιμόθεος ὁ Κόνωνος καὶ οἱ τὰ μέγιστα κεκτημένοι τιμητὰ εἰσέφερον. Qꝫ vero
tãtę essent facultates a patre meo relictę:maximi mihi testes iidẽ ipi facti
sunt. siquidẽ in classibus ordinãdis ipsi ꝓ me ꝓfessi sunt:vt in vicenas qui
nas minas quingenas ipsi drachmas conferrẽt: quãtũ scilicet conferebat
Timotheus Cononis & ii qui maximos tũc census possidebãt. His verbis
orator huiusmodi facere enthymema videt᷑. Cũ noĩe meo tutores ipi mei
in classes diuitũ relati sint:& tantum cõferre ꝓfessi sint q̃tũ qui plurimũ:
planũ fit me quoq; diuitẽ ab eis ęstimatũ. deinde recitatis testimoniis:ita
subdit. δῆλον μὲν τοίνυν καὶ ἐκ τούτων δεῖ τὸ πλῆθος τῆς οὐσίας. πεντεκαίδεκα ταλάν-
των γὰρ: τρία τάλαντα τίμημα: ταύτην ἠξίουν εἰσφέρειν τὴν εἰσφοράν. Manifesta est
igitur per ea q̃ audistis relictarũ mihi fortunarũ copia. si quidem quinde-
cim talentorũ cẽsum tria talẽta:collationẽ pro me profitendã censuerunt.
Ex duobus his locis collatis intelligẽdũ relinquit᷑ qđ Demosthenes de sex
millibus talentũ dixit:de mille ac ducentis dixisse:& qđ illi quinis talentis
cẽsi in capita dicũtur:exęquatis tenuiorũ fortunis cũ copiosiorũ:ita intel
ligendũ:vt quinta tantũ pte bonorũ censi essent. vt Demosthenes faculta
tes suas quindecim talẽtũ fuisse ex eo argumẽtat᷑:ꝙ tutorũ ꝓfessione pu
pillari noĩe facta:tribus talẽtis census sit. Qua ratione & ditissimi cuiusq;
substãtia censebat᷑:ea lege vt hactenus cõferre teneret᷑ si ratio ita posce-
ret belli administrãdi. Hoc est.n. qđ dixit in vicenas quinas minas: quin-
gẽtas drachmas cõferre. hoc est quintũ quẽq; denariũ vt more nostro lo-
quar. viginti quinq;.n. drachmę duo millia & quingẽtas drachmas valẽt.
sic fit vt sex millia talẽtũ ad triginta millia crescãt. ne temerariũ sit qđ De-
mosthenes dixit de pecuniarũ copia q̃ Athenis erãt. & intelligim⁹ imunẽ
plebẽ esse inopẽ. Plutarchus diuitẽ patrẽ eius fuisse dicit: & in copia bo-
norũ septẽ annos natũ filium Demosthenẽ reliquisse. ἀπολειφθεὶς δ' ὁ Δημο-
σθένης ὑπὸ τοῦ πατρὸς ἑπταέτης ἐν εὐπορίᾳ: μικρὸν γὰρ ἀπέλιπεν ἡ σύμπασα τίμη-
σις αὐτοῦ τῆς οὐσίας πέντε καὶ δεκαταλάντων: ὑπὸ τῶν ἐπιτρόπων ἠδικήθη. Relict⁹
aũt a patre Demosthenes septẽnis in abundãti patrimonio (vt qđ oĩbus
supputatis paulo minus quindecim talẽtis æstimaret᷑) a tutoribus p in-
iuriã fortunis euersus est:cum partẽ bonorum eius in rẽ suam verterent:
partem per incuriam perderent:ita vt ne præceptoribus quidẽ eius mer
cedem docẽdi soluerent. Quindecim talẽta nouẽ millia aureorũ nostrorũ
valẽt. Ita quę summa Romæ post spoliatũ orbẽ a Romanis:æsopi patinã

æquare non potuisset:athenis diuitiarũ nomine cẽsebatur. Idẽ demosthe
nes circa finem orationis prędictę. καί τοι πῶς οὐ δεινὸν εἰ ἕτεροι μὲν οἱ κοι ταλαν
τιαῖοι καὶ διτάλαντοι καταλειφθέντες: ἐκ τοῦ μισθωθῆναι διπλάσιοι καὶ τριπλάσιοι γεγό
νασιν: ὥστε ἀξιοῦσθαι λειτουργεῖν: ὁ δὲ μὸς τριηραρχεῖν εἰθισμένος: καὶ μεγάλας εἰσφορὰς
εἰσφέρειν: μηδὲ μικρὰς δυνήσεται διὰ τὰς τούτων ἀναισχυντίας. Atqui non acerbũ
mihi eẽ nõ põt:ꝙ cũ reliquorũ ciuiũ domus talẽtares & ditalẽtares tuto
ribus oblocãtibus duplo triploq; copiosiores factę sunt:ita vt dignę tãdẽ
viderent᷑ q̃ munerib⁹ publicis obeũdis ascriberent᷑:mea aũt dom⁹ q̃ olim
trierarchię muneri assueuerat & collationibus pensitãdis: nunc ne tãtulã
quidẽ collationẽ ferre poterit istorũ ipudẽtia. Ex his verbis intelligim⁹ &
trierarchiã & collationẽ iisdẽ capitibus incubuisse:ac ignominiosum fu-
isse munera ista dispẽdiosa nõ obire. Sunt & alia ad eãdẽ rẽ ptinẽtia q̃ ex
hac & altera in eũdẽ tutorẽ oratione colligere potuissem: vt quędã eẽ bo
na q̃ in sensum nõ venirẽt:q̃ atele.i. imunia a gręcis appellant᷑: sed hęc suf
ficere visa sunt:& nõ nihil etiã iis qui demosthenẽ sunt lecturi profutura.
Qđ aũt de locatione domuũ Demosthenes dixit: de domibus instructis
intelligẽdũ:vt de officinis cũ seruis opificibus. Nũc a Medimno ad infe-
riora descẽdamus:& id qđ q̃rimus certissimo quoq; vestigio legẽdo perse
quamur. Sextarius (vt inter oẽs cõuenit) cotulas binas capit:q̃ latinę he Sextari⁹ Cotulæ Heminæ
minę dicunt᷑. Sextarius inde dictus ꝙ sexta ps sit congii. A sextario.n. vt
a principio ordiri oportet: huius em̃ mẽsurã si tenuerimus: oĩa prona de
inceps erũt. Cato ca.lvii. Vinũ familię:vbi vindemia facta erit: lorã bibat
mẽses tres:mẽse quarto heminas singulas. In mẽse congios ternos. mẽse
quinto:sexto:septimo:octauo:in dies sextarios singulos: In mẽse congios
quinos. Nono:decimo:vndecimo In dies heminas ternas. In mense vnã
amphorã. Cato mẽse quarto heminas singulas in dies singulos epotas cõ
gios ternos facere dicit.i. sextarios senos denos:& sextarios singulis die
bus epotos. Sequẽtibus mensibus quatuor:in mense quinos dicit esse cõ
gios:hoc est tricenos sextarios. & rursus aliis mẽsib⁹ in dies heminas ter
nas:in mẽses singulas amphoras esse docet. id est quadragenos octonos
sextarios:vel nonagenas senas heminas:qua rõne tñ quaternę vł senę he
minę deesse vident᷑ si tricenos dies ĩ mẽsem statuam⁹. Sed aliter Cato rõ
nẽ colligere tã cõmode nõ potuit nisi amphorã ꝓ nonagenis heminis di-
ceret:etiã si amphora eo ampli⁹ sex heminas capit:cũ aliud verbũ mẽsurę
nõ haberet. & alioqui habuisse videt᷑ rõnẽ itertrimẽti liquoris.i. ei⁹ quã Amphora.
titatis q̃ deperit & intercidit cũ vinũ vel lora heminati bibit᷑. Siłe est qđ
heminas singulis dieb⁹ potas:in mẽses cõgios ternos facere dicit. hac.n.
rõne mẽsis sex & triginta dies habet:q si exacte taxare voluisset:duos cõ
gios & semissem dixisset. Sed noluit tã anguste rõnẽ pscribere. satis tñ ap
paret ex eo loco ĩ cõgio duodecim eẽ heminas q̃ sex sextarios cõtinẽt. sed Modius.
& illud iã tenem⁹ qđ maxĩe ad rẽ ptinet:sextariũ sextã decimã ptẽ eẽ mo
dii:q̃ tertia pars ẽ ãphorę:qppe cũ in ãphora Cato sex & nonagita hemi-
nas ponat:& sextari⁹ citra cõtrouersiã binas heminas capiat:si amphora
ter modiũ capit (vt pdictũ est ex carminib⁹ supradictis) modi⁹ sextarios
sedeci cõtinebit.i. duas & trigita heminas:q̃ tertia ps ẽ ãphorę. Sed de mo
dio citãda sunt exẽpla. Cato. Vbi semẽtẽ paueris:glãdẽ parari legiq; cõ-

uenit:& in aquã cõiici.Inde ſemodios ſingulis bubꝰ dare oportet:ſi labo
rabũt.Columel.de bubꝰ aratoriis loqués li.vii.Bubꝰ ꝓ tꝑibꝰ anni pabula
diſpẽſant̃.Ianuario mẽſe freſi & aqua macerati erui quaternos ſextarios
mixtos paleis dare cõuenit.vel lupini macerati modios:vel cicerculę ma-
ceratę ſemodios.Idẽ ſi grano abſtinemꝰ & regiõis copia ꝑmittat:cũ frõde
laurea & iliginea glans adiicit̃:q̃ niſi ad ſatietatẽ det̃:ſcabiẽ parit.Põt ẽt ſi
prouẽtꝰ vilitatẽ facit:ſemodius fabæ freſę ꝑberi nouẽbri menſe ac decẽ-
bri:ꝑ ſemẽtẽ quãtũ appetit bos tm̃ ꝑbẽdũ ẽ:plęrũq; tñ ſufficiũt ſingl̃is mo
dii glãdis:& paleę ad ſatietatẽ datę:vel lupini macerati modii:vel erui aq̃
Modius. cõſꝑſi ſextarii ſepteni ꝑmixti paleis:vl̃ cicerculę ſil̃r maceratę ſextarii duo
deni:vel ſinguli modii vinaceorũ.His exẽplis cõiicere poſſumus modiũ
Romanũ nõ diſparẽ fuiſſe ei mẽſurę quã boſſulũ nr̃ates vocãt:cũ ſit diur
nus cibꝰ bouis aratoris modiꝰ aut ſemodiꝰ ꝓ varietate pabuli.Apud nos
eq̨s viatoriis ꝑ diuerſoria cibꝰ ſtatꝰ eſt in dies ciſtellę ternę auenę:vti Ita
lia ordei.Sic.n.ſemꝑ tulit ſtabulariorũ formula.Sed ſtrigoſis eq̨s cũ lõgis
itineribꝰ fathiſcũt auctariũ noctu dari ſolet.i.quarta ciſtella.Hę quaternę
menſurę boſſellũ nr̃m triticariũ iplẽt q modus pabuli eſt oĩbꝰ iã ſarcina-
riis eq̨s ꝑ ſtabula viatoria ſtatutꝰ.Diximꝰ amphorã binas vrnas cape:q̃
ſingl̃ę vicenos quaternos ſextarios cõtinẽt.hoc ex eodẽ auctore li.xiii cõ
probabit̃ his verbis.Ex hac cõpoſitiõe quãtũ i ſextarios muſti quadrage
nos octonos adiiciẽdũ ſit:icertũ ẽ:qm̃ ꝓ natura vini ęſtimare oportet q̨d
ſatis ſit:cauẽdũq; ne cõditꝰ ſapor itelligat̃.ego tñ ſi hũida fuerit videmia:
Amphora. triẽtẽ:ſi ſicca q̃drãtẽ medicaminis i binas ãphoras miſcer̃ ſolitꝰ ſũ:ita vt q̃
tuor vrnarũ eẽt muſti modꝰ.vrna ãt q̃tuor & vigiti ſextarioꝝ.Pliniꝰ li.xiiii.
Pli.locus. de nimio potu vini loqués.famã apud grecos alcibiades meruit:apđ nos
cognomẽ ẽt nouellꝰ tricõgiꝰ mediolanẽſis ad ꝓcõſulatũ vſq; e ꝑtura hono
ribꝰ functꝰ:tribꝰ cõgiis(vñ & nomẽ illi fuit)epotis vno ipetu:ſpectãte
miraculi gr̃a Tyberio pricipe i ſenecta iã ſeuero atq; ẽt alias ſęuo:ſed ipa
iuuẽta ad merũ ꝓnior fuerat.i ãtiq̨s tñ nõ nouellꝰ tricõgiꝰ ſed torquatus
legit̃:& recte:alioqui fruſtra Pliniꝰ adiecíſſet vñ & nomẽ illi.q̨s.n.non in-
tellexiſſet ẽt Plinio tacẽte:neq; ipa iuuẽta lego ſed ipi.i.Tyberio vt iuuẽta
ſit rectꝰ caſus.& paulopoſt.tricõgii rara gl̃ia.In oĩbꝰ antiq̨s legit̃ torq̃to
rara gl̃ia.idẽ paulo iferiꝰ.Tergilla Cicerone Marci filiũ binos cõgios ſimul
haurire ſolitũ ipi obiicit.Marco q; agrippę a marcido ac temulẽto ſcyphũ
impactũ.Pliniũ auctorẽ habemꝰ decẽ & octo ſextarios vini.i.tres cõgios
vno hauſtu epotos a torq̃to & duodeci a Ciceronis filio.q̃re nõ video quo
nã mõ itelligi poſſit q̨đ apud Politianũ legit̃:ꝙ amphora triplex efficit ſe-
xtariũ.Trãq.i Tyberio.Ignotiſſimũ q̃ſturę cãdidatũ nobiliſſimis añ poſu
it ob epotã i cõuiuio ꝓpinãte ſe vini ãphorã.Trãq.vini amphorã.i.octo cõ
gios ſeu duodequiquagita ſextarios vno cõuiuio ab hoĩe vno hauſtos di-
xit.ꝙ ſi ãphora ex area cõſtaret quoquouerſus quaternũ pedũ vt politia-
nus voluit:ne de duodecim quidẽ bibaciſſimis hominibus credi poſſet.
Poſt hæc antiquitatis monumenta cum menſurarum modos depręhen-
dere magnopere cuperem:ad pondus examinare rem inſtiti:quo facto cũ
nec ex carminibus illis nec ex Plinio reſponderent:nihil potius tandem
inueni q̃ id quod apud Iſidorũ non optimum ipſum auctorem:ne harum

quidem rerum:legitur.vſq; adeo(quod Plinius aiebat)nullus liber tã ma Pulchrũ dictum Plinii.
lus eſt vt non aliqua ex parte proſit.Hemina(inquit ille)appendit librã
vnam:quæ geminata ſextarium facit.ſextarius.n.duarũ librarũ eſt.Hoc
cũ legiſſem illico tres libras nũmularias id eſt ſeſquilibrã negociatoriam
in lance grandiuſcula ſtatui:cuiuſmodi ſunt lances quibus ad argentum
expendendum vtũtur:in oppoſita lance aquã fundere famulum qui mihi
aſtabat iuſſi:quoad rem deducerẽ ad exactũ aquilibriũ:id q̨đ aſſecutus
ſum adiicienda viciſſim adimẽdaq; aquula argentea ligula.tũ vaſcula ſtan
nea implendo nõ vſualia illa quidẽ & ex ſupellectili ſumpta:ſed iuſtæ om-
nino mẽſurę quibus venditando vino cauponãtes vti ſolent:tãdem com-
peri duas libras Romanas id eſt duodenarias:quæ tribus octonariis id
eſt nũmulariis reſpondẽt:eam omnino eſſe menſuram quam ternos ſemi
ſextariolos lingua vernacula huius vrbis appellat:qui dodrãs eſt eius mẽ-
ſuræ quam pintam eadem lingua vocat.hoc comperto cum vaſculum il-
lud dodrantale tritico primæ bonitatis implerem:identidemq; in modiũ
id eſt boſſellum trãſfunderem:non ante æquatum ad ſumma labra reddi
di q̃ ſedecies impletum itidem vaſculum tranfudi.Id cum ad pintam exi
gerem:duodecies exhauſi exacta obſeruatione tranſuaſando.hac ratio-
ne cum cotula geminata ſextarium faciat:qui bilibris eſt:oportet eam li-
bralem eſſe id eſt ſex & nonaginta drachmas pẽdere.ita Oxybaphus qui Oxybaphus.
cotulæ quarta pars eſt:quatuor & viginti drachmarum erit:hoc eſt qua-
drantale.& Cyathus qui ſextarii duodecima pars eſt ſedecim drachmas
pendebit:id eſt ſextãtem Romanę libræ.Noſtra vero pinta duodecima
pars eſt modii:id eſt amphorę ſexta & triceſima.Illud teſtãdum habeo ꝙ
quicquid de menſuris liquidorum dixi vel dicturus ſum:id de iis intelligi
volo:quas regias hac in vrbe appellamus:de quibus ius dicere decurio-
num eſt Pariſienſium:alioquin nulla dari certa doctima poſſet:cum
multifarii menſurarum ſint moduli:& fere euariantes per regiones vr-
bis:prout cuiuſq; regionis ſolum huius & illius ditionis imperio mero
paret.Aridorũ autẽ menſuras triticarias intelligi volo:quoniã minores
ſunt iis quibus auenam admetiuntur.hac ratione vſus:comperiſſe me ar
bitror(nec temere vt ſpero)amphoram eſſe octauam partem eius vaſis
quod modium vini dicimus:modium vini Pariſinum tricenos ſenos ſexta
rios noſtros capit.ſexrarius autem octonas eas quas pintas dicimus.In Amphora.
aridis autẽ pro amphora quadrantem ſextarii habemus id eſt ternos boſ Modius.
ſellos.pro quibus vas trimodium habemus dimidiatum medimnum.Sic
ſit credibile quod a Tranquillo dicitur epotam vno conuiuio ab vno ho-
mine vini amphorã.Ex hoc extimare licet tres modios ãnulorũ carthagi
nẽ miſſorũ ab hãnibale poſt cãnẽſem cladẽ:vel vnũ modiũ ſcđm alios ãna
les.Ecce aũt rurſus de itegro cõtrouerſia ab eodẽ auctore q̨cũ toto pene
hoc oꝑe certãdũ nobis fuit:& diſceptatrice tñ plęrũq; exẽplariũ vetuſta
te ſcđm nos(vt ſpero)iudicatũ eſt:id q̨đ hic ſperare nõ dat̃.q̨ppe in oĩbꝰ
exemplaribus ita legitur apud Pliniũ:vnũ nobis ipſum vitilitigatorẽ(vt
eius ipſius verbo vtar)i hoc opere oppoſitũ.Sic igitur apud Pliniũ.li.xxi.
legit̃:drachma attica(fere em̃ attica obſeruatiõe medici vtunt̃)denarii
argẽtęi habet põdus:eadẽq; ſex obolos põdere efficit:obolꝰ decẽ calchos

cyathus pendet per se drachmas decem. Cum acetabuli mēsura dicitur
significat heminę quartā partē id est drachmas quindecim. Mna quā no-
stri minā vocant: pendet drachmas atticas centū. Huius loci auctoritate
carmen illud emanasse puto apud Priscianū de cyatho. bis quinq; hunc fa
ciunt drachmæ si appendere tentes. oxybaphus fiet si quinq; addātur ad
illas. Primū igitur ad hoc respōdere possum nō magis hoc dictū cōtra me
pugnare: q̄ cōtra Pliniū ipsum: si ei litem retorquere tabulis (vt dicitur)
ab eo obsignatis velimus. Si. n. denarius atticę drachmæ pondus habet:
quonāmodo iustum fuit ex libris argenti octuagenos quaternos signari:
id qđ ipse lib. xxxiii. dixit. id etiā cōtrarium est ei dicto qđ apud Priscianū
legitur tres denarios Romanos: quatuor drachmarū instar esse. Præter-
ea quonam modo conuenit id quod lib. xii. de thure loquens inquit: inue
niri guttas thuris quę tertiā partē minæ id est vndequadraginta denario-
rum pondus æquent: vel vt in antiquis duodetriginta: & in quibusdā vn
detriginta. Quid q; lib. xiiii. de nectarite loquens quadraginta denariorū
pondus pro quinq; vnciis posuit? Vt ex Dioscoride ad verbū ꝓbabimus.
Hæc vt vniuersa collidūtur: Sic sigillatim alterū alteri astipulatur. vt enī
illud duodecimi cū dicto tricesimi tertii cōuenit (siquidē ter duodetri-
ginta octoginta quatuor fiūt) sic cū vicesimi primi loco pugnat: vbi de-
narius & drachma æquātur. Rursus q; quadraginta denariorꝝ pondus ꝑ
quinq; vnciis ponitur: hoc argumētū est q; Plinius in libra sex & nonagin
ta denarios esse voluit: & totidē drachmis ęquauit. Quid igitur hic faciā?
hæream? suscepto id operi oīno nō cōgruit. opus. n. ꝑfectū recte ꝓbiturū
me approbaturūq; spopōdi: vel eorū arbitratu quos iudices elegi. Hanc
legem locādo ope memini dictā esse. periclitor? Vereor ne audaciæ id ple
nū sit. Sed quādo flectere nō datur: potius adeundū periculū esse cēseo:
q̄ tot dierum dispendio cœptū iter abrumpendū. tanto igitur piaculo me
obstringam vt Plinii auctoritatē vel argumentis validissimis superiorem
esse dubitem? Quid ni id faciam? cum multis in rebus non modo cum iu-
ratissimis auctoribus vetustatis pugnantem eum ostenderim: sed etiam
ipsum secum. qđ plerisq; in locis emendatorū culpa contigit. ex quo fit vt
lectio Plinii obseruantissimū quēq; lectorē maxime nūc torqueat. Qua in
re adnotāda Hermolaus barbarus cuius nūq̄ sine laudis ꝑfatione memi
Hermo. barbarꝰ. nisse debeo: paulo religiosior fuisse mihi videtur: pręsertim assumpto casti
gatoris titulo seuerissimo: debuit certe altera pręsertim cēsura denuo sti
lo exacuto vel ad viuū expungere: ne rebellarent tot vlcera quæ sanasse
se nō immerito gloriatus est. Ego vt ingenio pusillo tantū nomē sustinere
nequeam: vt subcastigatorē Plinii profiteri me audeam: sic ea quæ occur-
runt vicia: & commentātem me morantur: si sanare ingenii vi nō possim:
commonefaciendis studiosis veluti scalpro circūscribam: ne latius error
serpat. Atqui sic existimo: pręuaricationis notam effugere eum medicum
non posse: qui quæ restituere sanitati nequit: velut nō animaduersa silen-
tio transmittit. q̄q̄ vir ille magnus: ac non modo stilo terso doctrināq; exi-
miam redolenti cōmēdabilis: sed etiam sententiis grauis: in quibus mores
probi elucescere mihi videtur (quæ duo pariter in paucis æqualibus me
morię eius agnosco) in altera editione ita gloriat': quasi mōstra quædam

errorū velut latitantia mancipia rep̄hen derit: quę in prioris editionis tu-
multu oculos eius effugerāt. a quibus ipse pœnas sumpserit flagitii prio
ris & fugę: vt ipsius verbis vtar. in quo mihi ꝑfecto lōge falsus esse videt':
neq;. n. aliter eum dixisse atq; existimasse puto. Quippe vt plurima errata
emēdauerit: plura tn̄ eū fugisse aut certe flagitiosiora non dubito: quę vt
acriorē sagaciorēq; fugitiuariū nō maneāt: (quādoqdē vndecūq; doctissi
mus fuisse videt') certe ociosiorē poscūt: & huic vni rei aliquādiu feriatū.
Hermolao aūt venia fortasse dāda est q Aristoteli & Themistio vertēdis
intentus: tumultuarias nimirū castigationes Plinii velut animi causa ag-
gressus est. At ego secūdi meriti eē existimo errorꝝ vel librariorꝝ vel emēda
torꝝ vel auctoris deniq; ipsius si res ita ferat: lectores admonere: etiā si me
liora inuenire nequeas. existet. n. olim imo ꝓpediē q vlteriora inuestiget.
Qꝫ si semꝑ in auctorꝝ quātūuis receptę auctoritatis verba adacti: ne vn-
guē qdē latū ab eorꝝ dictis recedamus: nil habebit posteritas qđ inuentis
maiorꝝ suorꝝ addat. qui si post cētū annos ipi ignaua etiā antiqtatis vene-
ratione ducti: nihil nouarū rerū aggredi ausi fuissent: literas nūc illustra- Laurētii
tas bona ex ꝑte desideraremus. In quis ego Laurētiū Vallēsem Herculis Vallēn.
Alexicaci noīe dignū eē cēseo: q nullius vnq̄ hois offensione aut scriptoris laus.
auctoritate deterritus est quo minus veritatē a mōstris vindicaret. Eqdē
et si leonino me tergore clauaq; munitū eē cū doctis nō sentio: vt cuiuscu-
uis ęrūnę Herculē futurū me ꝓfiteri cōfidā: i vmbraculis ipe domesticis:
nō in cāpo sub magistris antiquitatis exercitatꝰ: huc tn̄ semiermē fiduciā
ad veritatē tuēdā afferre mihi videor. Itaq; oēs esse aiatos: ꝓserti Frācos
cupio: qn̄quidē externi iā cū antiquis literarū gloria certant. Hic igit' vt
cōminisci multa possim: sic nihil potius facturus sim fortasse q̄ vt dicā Pli
niū q̄ de pōderibus hic cōstituere voluit: in sequētibus libris de medicinis
dicturus: ea ex cōmētariis medicorꝝ trāscripsisse q gręce ipsi bona ex ꝑte
scripserūt. Id qđ idē ipse Plinius cōtestari videtur cū inquit: & quoniā in
mēsuris quoq; ac pōderibus crebro gręcis noībus vtēdū: interꝑtationem
eorꝝ semel hoc in loco ponemus. Nō eadē aūt pōdera medicinalia & nego
ciatoria fuisse ex eo cōiicio: q; hodie pharmacopolę alia drachma in cōpo-
nēdis pharmacis vtunt': & alia in rebus quas vēditātes appēdūt. medici-
nales drachmas nouē i vncia esse dicūt: qua ratiōe i singulas libras nostras
sedecī drachmarū pōdꝰ decedit. Huic opinioī refragat' qđ Pliniꝰ cētū dra
chmas atticas in mina ponit: qđ iustū est pōdus minę. Quare nihil vlteriꝰ
causari nunc in animū induxi: vt quisq; ꝓ captu secū ipse hoc faciat. Satis Sextariꝰ
aūt habui hoc dicere expimēto me cognouisse sextariū Romanū dipon- Romanꝰ
diū pēdere: id qđ rursus mihi credi nolo nisi argumētis optimis ꝓbauero.
Iamprimum ipse Plinius li. xviii. de tritico loquens sic inquit. Tritici ge-
nera plura q̄ fecere gētes. Italico nullū equidē cōparauerim cādore ac pō
dere: quo maxime decernit'. & paulū infra: nūc ex iis generibus q̄ Romā
inuehūtur leuissimū est Gallicū atq; e Cherroneso aduectū. quippe nō ex
cedūt in modiū vicenas libras si quis granū ipm ponderet: adiicit sardiū
sex libras. Alexādrinū & trientes. hoc & siculi pōdus. Bœoticū totā libram
addit: Africū & dodrātes. His verbis Pliniꝰ docet: qđ deterrimū sit triticū:
id pēdere in modios vicenas libras. qđ aūt lōge optimū vt Aphricū: septē

et viginti libras & dodrantem. Hoc cum ego probare vellem: tritici semi sextariolos nostros id est sesquipintam pro captu bilancis admensus: in altera lance depleui: & ponderibus idẽtidem examinatis ad parem tãdem libram peruenì. Hoc cum in lectissimo tritico fecissem: ponderaq; adnotassem: ad aliud triticum transiui. Erant.n. mihi puluini duo Franciani tritici sulcatim (vt assolet) in horreo dispositi: vt eodẽ ex agro: sic non eadẽ segete. cum igitur ex eo similiter eãdem mensuram pensitarẽ: hoc discriminis adnotaui: vt qd̃ eorũ optimũ esset & exacte excussum ventilatũq; eius mensura prædicta leuiter agitata & radiolo stricta: dipondiũ nostrũ & quadrantem penderet: lance etiam pessum eunte. qd̃ autem negligentius ventilatum: & nonnulla ex parte lolio & melanthio mixtum aut alia seminũ inanitate: id duas libras & quadrantẽ siciliquo minus in æquilibrio teneret. Hæc mensura id est sex semisextarioli (quos sextarios duos Romanos iudicatum iri: omnibus fortunis meis cauere non dubitarim) si quis diligenter animaduertere velit: & veritatẽ modulis ac ponderibus explorare: seni inquã semisextarioli octauã partem modii efficiũt: quorũ pondus triticeum si octonario multiplicetur: fient in summa duodeuiginti libræ nostræ: lectissimi quidẽ tritici: deterioris autẽ id est quisquiliis seminũ mixti duabus vnciis minus id est siciliquis octo. Porro cum libra nostra (vt sæpe dixi) zygostatica qua merces appensileis negociatores admetiũtur: quadrante maior sit libra Romana: fit vt duodeuiginti libræ nostræ: quatuor & viginti Romanas libras æquẽt. Ita fit vt triticum nostrũ in agro qui Francia dicitur natum: duabus libris siculo leuior sit. cuius tamen supremã notam existimo semissem viginti quatuor libris addere posse. Hoc genus experimenti cũ cuiuis obuiũ sit & expositũ: non est cur alia Plinii auctoritate vel vera vel mẽdosa: impugnare veritatẽ quispiam citra pertinaciæ reprehensionẽ possit. Verum ne vanitatis temere a primo quoq; hoc probare volente arguar: monitos hoc ad põdus examinaturos velim: in expendẽdo tritico multũ id referre quonã modo mẽsura implea tur. Si enim non modo leuiter agitetur implendo: sed diu quatiatur aut manu prematur: anteq̃ radio exequetur: põdus nõ leui momẽto crescet. Interesse etiam arbitrantur triticum recens tritũ sit & ventilatũ: an diu in horreo asseruatũ: cuiusmodi (vt dixi) nostrũ erat in puluinis sulcatis digestum: illud.n. recens ab arista: & pulchrius esse aiunt & grauius. Hoc vt tempore exuctum: sic leuius esse aiunt. Qua ratione nostrum propius ad Plinianũ pondus accedere posset. certe apud nos vendibilius est ex eadem segete qd̃ eodem mense batuitur & in forũ aduehitur: videlicet qd̃ plus farinæ & panificii reddat. Verum qui hoc qd̃ diximus tritico expendendo fecerit: tum demũ aquę pondus exploret: futurũ.n. recipio vt quæ mensura tritici duas libras nostras & quadrantẽ. pependerit id est sex & triginta vncias: eadem treis libras nostras: id est quatuor Romanas pondere aquæ efficiat: vt sit inter triticeũ aqueũq; pondus proportio sesquitertia: qua ratione bilibrem fuisse sextariũ antiquũ necesse est: id qd̃ Isidorus ex quopiã auctore antiquo scripsit. etiam si Plinius heminam sexaginta drachmarũ esse dicit: qd̃ perinde valet atq; si sextarium libræ vnius & quadrãtis esse dixisset. Hoc idem in ordeo expertus: comperi sextarium

pendere quindecim vncias & tres drachmas. qua ratione quaterni sextarii quinas libras Romanas & sescũsem efficiũt: & modi9 vicenas libras & selibram. qd̃ nõ cõuenit cũ dicto Plinii: qui de frumentis loquens. leuissimũ (inquit) ex iis hordeũ raro excedit. xv. libras. quare nostrum dissimile esse Italico dicẽdũ est. Q̃z q̃ Columel. li. ii. de hordeo loquẽs ita dicit. Alterum quoq; genus hordei est: quod alii distichũ: galaticũ nõnulli vocant: ponderis & cãdoris eximii: adeo vt tritico mixtũ egregia cibaria familię prębeat. Seritur circa Martiũ mẽsem. distichũ hordeũ vocat & galaticũ: hoc est gallicũ qd̃ culmũ habet binis versibus aristatum: cuiusmodi est nostrum. hoc columella reliquo ponderosius esse dicit. quare cõturbari nos Pliniano hoc verbo nõ oportet: quasi iis quę diximus ex eodẽ ipso Plinio refragante. Nã q; librę Romanæ modũ deprehẽsum habeamus: ex iis q̃ de re nũmaria diximus: satis intelligitur. potest tamẽ id & aliis adminiculis probationũ cõfirmari. Columel. li. vii. de cibariis aratorũ boũ loquẽs: Martio & Aprili debet ad fœni põdus adiici: quia terra proscinditur: sat erit aũt põdo quadragena singulis dari. Quadraginta pondo Romana: nostra sunt triginta: Fœni aũt fasces apud nos si iusti sint põderis: duodenas libras pendẽt: & interdũ ternas denas. at huiuscemodi binos in diescũ auenę cistellis tribus equi singuli sarcinarii aut iugales poscũt: qui quidem sint mediocri magnitudine. hi duas & triginta libras Romanas pendent. Trecenas aũt libras bubus singulis sufficere ianuario & fabruario Columel. affirmat. Martio aũt & Aprili quũ labor intẽditur: quadragenas: aut quũ grani est penuria. Ita hac parte libræ Romanæ ad nostrã relatę analogia cõgruit. Sextarius igitur Romanus eã mensurã capit vt dixímus quam ternos sextariolos lingua nostra appellat. sed absurda eadẽ lingua appellatione vtitur cũ sextarium vocat sextam ac tricesimam partem modii nostri: qui octies amphoram capit: pręsertim cũ semisextariũ appellemus paruulam mensuram: & omniũ quę vęneant minimam: id est secundã & tricesimam sextarii nostri quam ego sextariolum voco. Verũ enimuero sextarius Romanus in duodecim cyathos distribuitur. ad cuius rei pleniorem intelligentiam pręfari illud habeo quod pene omnibus notum est: antiquos cũ hilariori cõuiuio sese ad pot9 solutiores inuitabãt: tot cyathos haustibus singulis ebibere solitos: quot erant literę nominũ amicarum. A quo more illud epigrãma Martialis emanauit in primo lib. Nęuia sex cyathis: septẽ Iustina bibatur. Quinq; lycas. lyde quatuor: ida tribus: omnis ab infuso numeretur amica falerno. Inde autẽ inuẽta sunt vocabula triens: quadrãs: quincunx septunx: & reliqua: quę nõ magis pocula q̃ mensuras significant. id quod aperte ex eodẽ poeta lib. viii. epigrã. nobis datur intelligendum: Det numerũ cyathis instantis litera ruffi: auctor enim tanti muneris ille mihi. Si telethusa venit promissaq; gaudia portat: Seruabor dominę Ruffe triente tuo. Si dubia est. septũce trahar. si fallit amantem: vt iugulẽ curas nomẽ vtrũq; bibam. Septuncẽ pro haustu septẽ cyathorum dixit: tot.n. sunt elemẽta in recto instãtis: & trientẽ pro phiala & haustu quatuor cyathorũ. & rursus in vndecimo: quincũcẽ pro quinq; cyathis. & bessem p̃ octo. Quincũces & sex cyathos bessemq; bibamus. Caius vt fiat Iulius & proculus: & lib. xii. Poto ego sestantes: tu

Mos symposiacus antiquorum.

potas cinna deunces: Et quereris q̃ non cinna bibamus idẽ. Deunces vn denos cyathos intelligit: vt sestantes binos. hinc factũ vt noia illa poculorũ apud auctores celebrent. vt lib. primo diximus. Nũc aũt sic colligo. cũ sextarius Romanus in duodecim cyathos diuideret. ea vero eius vasis quã pintam dicimus fit mẽsura: vt qui tãtũ vini etiã primarii quotidiano prandio bibat: vinosior dici iure nõ possit: qui aũt dodrantẽ eius nõ excedat: id est ternos sextariolos: parcus vini dici mereatur: nõ potuisse sextarium Romanũ in tot cyathos cõmode diuidi: si minor is ea mensura fuisset quã dodrãtem appellaui. Cũ enim trientẽ quadrantẽq̃ poculorũ vocabula apud Iuuenalẽ & Persiũ & Celsum legimus: ego legitimam mensurã intelligo quẽ vno haustu biberetur. Reliqua noia infra supraq̃: mẽsuras magis q̃ potoria fuisse puto. Nã & apud Celsum quadrãs pro modico potu ponitur. Si quarto (inquit) die cũ horrore febris reuertitur: vomere oportet: deinde modicũ cibũ sumere: viniq̃ quadrãtẽ. Persius Sed tremor inter vina subit: calidumq̃ trientem excutit e manibus. Plinius pro mensura posuit. Siluestriũ quidẽ primorũ baccẽ vel e radice cortex in vino austero si decoquãtur: ita vt triens ex hemina supsit: aliũ & tormina sistũt. id est vt quatuor cyathi ex sex superfint. Trãquillus in Aug. vini quoq̃ natura parcissimus erat: nõ amplius ter bibere eũ solitũ sup cœnã: in castris apud mutinã Cornelius nepos tradit. postea quotiẽs largissime se inuitaret: senos sextantes non excessit: aut si excessisset: reiiciebat. senos sextãtes pro sextario dixit: sed significare voluit: senis haustibus sextarium tãtum bibere eũ solitum. Philippus Beroaldus diligens enarrator ac multæ lectionis: sextantes senos sex pocula intellexit binas vini vncias continentia: sicut & apud martialem trientes & quincunces deunceſq̃. Antonius Sabel. eo in loco senos sestantes (inquit) ad mẽsuram: an ad põdus referas in dubium venire põt. sed melius ad mensuram: vt sit sestans mensuræ genus vt quincunx apud Martialem. Beroaldi opinio nec Pliniano dicto nec nostro cõuenit (: si tamẽ ita Plinius scriptũ reliquit: vt cyathus pendeat per se drachmas decem & hemina sexaginta) quippe Pliniana ratione sextarius centum & viginti drachmas trahit: at Beroaldus duodecim vnciarũ senos sestãtes esse dixit id est sex & nonaginta drachmarũ: quos planũ fecimus ex Martiale duodenos cyathos significare. Quare insignis hęc fuit hallucinatio: & pene par illi de sestertio. Calderinus vir ingeniosus & grauis enarrator nouo genere hallucinatus est apud Iuuen. saty. vi. Illo in loco de quo sextarius alter ducitur ante cibũ. sextarius alter (inquit) id ẽ duo sestantes. videlicet arbitratus sextarium a sextãte dictũ non a sexta cõgii parte: cũ sextarius sexies sexrantẽ capiat: sextans nõ magis duas vncias: q̃ sextã cuiusq̃ rei partẽ significat. Sed horũ verborũ significatio a nullo. qd̃ sciam recte ac plane adhuc enarrata est. Romani aũt sextariũ quasi legitimã ac quotidianã virilis potus mensurã statuẽtes: ab eo quasi ab asse incipiẽtes: reliqua vocabula partes eius fecerũt: quo modo & nos pintã virilẽ mensurã ponẽtes semissem eius parcis vini destinẽmus: dodrãtẽ aũt cõtinẽtibus: quadrãtẽ ęgrotis: sesquipintã bibacib9: in quotidiano quidẽ cõuiuio. Augustus igit̃ vini parcissimus dictus est a Trãquillo: q̃ sup cœnã plerũq̃ ita sibi tẽperabat vt ternos sextã-

Beroald9

Calderinus.

tes id est dimidiatã aliorum mensuram biberet: & cum licentius bibere statuerat: sextarium nõ excederet. ac ne excedere quidem posset citra reiectionẽ: quippe qui infirma valetudine fuerit: ac graues & periculosas valetudines per omnẽ vitam expertus: vt auctor est idem Trãquillus. ob id etiã cibi minimi: adeo vt ante initũ vel post dimissum cõuiuiũ solus cœnitaret: cum pleno cõuiuio nihil tangeret: quo certiorem rationem cibi potusq̃ teneret. Hoc mihi cõuenire videtur cũ eo quod diximus: vt qui vini modice sit appetens: dodrantẽ nostrum id est ternos sextariolos quotidiano cõuiuio bibat: qui si etiã quadrantem huic addat: vt plenam mensuram nostram bibat: quã pintam dicimus: ne sic quidẽ vinosus dici debeat: & tamẽ hæc mensura sedecim cyathos implet. Hoc cum exacte considerarẽ: dodrãtẽ prędictũ quem sextarium Romanum esse dico: in treis triẽtes diuisi totidem calicibus sumptis: & rursus in quatuor calices quadrantales ęquis distributionibus: quo facto eũ esse captũ mẽsurę cognoui vt qui firmo stomacho sit: & interdicto medicorũ nõ prohibeatur quominus ducere possit ex œnophoro q̃tum sitis appetat: is haustu primo cœnę quadrantem siccare debeat: addita etiam aquę tertia aut quarta parte: si tamẽ sitim expectauerit. Qui autem bibacior paulo fuerit: etiam trientem. de sobriis loquor: sed de iis sobriis qui iustum haustum diluendis cibis ducere soliti sunt: quales plęriq̃ sunt nostratiũ hominũ: quibus quidem vini potus vicio non vertitur. Nullus enim modus vinosis & perpotatoribus constitui põt. nec rursus de iis loquor qui semper siticulosi Pytissantium more gustatorum linctu magis q̃ potu villum transmittere solent. omnino quadrantem stomachi firmę constitutionis: trientem etiã sitibundi modum cum aquę rata portione esse dico. id q̃ intra temperantiã. Quare ab antiquis indita hęc esse nomina ternis quaternisq̃ cyathis affirmauerim: tãetsi Augustus sextantibus vtebatur: cui Antonius Musa sextãtarios modulos id est dimidio minores legitimis idixerat. quare quãtum sobrii homines bibere soliti sunt quotidiano potu: tãtum Augustus bibebat cũ largissime sese inuitauerat. Quod si verum esset id qd̃ apud Plinium legitur de hemina & acetabulo id est. sesquicyatho: sextarius centum & viginti drachmarum esset: id est minor tertia amplius parte q̃ noster dodrans: nec pintę dimidium caperet. hoc enim põdere probare vnicuiq̃ nostrum licet. quod q̃ sit absurdũ nemo nõ intelligit: vt tantula mensura in duodenos cyathos diuideretur: & in solutis perpotationibus & cõuiuiorum hilaritate: cum sine lege ac fine modo bibitur: quadrãtes trientesq̃ & (cum plurimum) septunces pro numero elemẽtorum nominum biberent: quantum scilicet quisq̃ hodie sobriorum vno impetu familiari cœna bibit: septunces enim ea ratione sextariolum nostrum non excederent: qui modulus est (prope dixerim) potionis medicamentariæ. Antiquos autem parciore vino vsos non eorum est dicere qui bicongium Ciceronem. M. filium. Tricongium Torquatum apud Plinium: & apud Trãquillum potorem amphorarium legerit: quibus hodie si pares in gallia inuenirentur: monstri instar haberetur. apud quos germanorum militũ bibacitas hoc biennio inter miracula celebrata est. quotidianis enim cõuiuiis singuli quaternos quartarios absumere dicebantur, qua ratione no-

Bicõgi9 Cicero Tricõgi9 M. filius.

rẽ conuiuę binas amphoras exorbebant. Hanc bibendi palmam æquare nostratiũ hominũ ꝓfligatissimi vini potores numero triginta nõ possent: dũtaxat vt alternis diebus id facerent: qđ illi singulis factitabant. Quid ꝙ ipsa carmina quæ apud Priscianũ legũtur: & secũ & cũ Plinio pugnãt: cũ eñ de cyatho dicant: bis quinq; hũc faciũt drachmæ si appendere tentes: oxybaphus fiet si quinq; addãtur ad istas. alio loco ita legitur: nã librę vt memorant bessem sextarius addet seu puros pendas latices seu dona lyei. Addũt semissem librę labentis oliui. Selibrãq; ferũt mellis superesse bilibri. Hęc tamẽ assensu facili sunt credita nobis: nãq; nec errãtes vndis labẽtibus amnes: nec mersi puteis latices aut fonte perenni manãtes: par põdus habẽt. Quonã igitur tandẽ modo cõuenit vt hemina quę dimidiatũ sextarium efficit: sexagenas drachmas pendeat: & sextarius libram & bessem hoc est centũ & sexaginta? Si. n. de cẽtũ & nonaginta duabus drachmis seu duabus libris Romanis: trientẽ id est duas & triginta abstuleris: reliquę erũt centũ & sexaginta. Nos cũ hoc ꝓbaremus aqua puteoli vtebamur: nec scrupulose differentiã aquarũ exquisiuimus: nec in alio liquore rẽ experiundã duximus: cũ iã tenere veritatẽ videremur. Ex gręcis
Cotula. aũt auctoribus vix rẽ cõstituere possumus. Pollux li. iiii. cotulã tertiã partẽ chœnicis eẽ tradit. & medimnũ chœnicas octo & quadraginta capere: & sextariũ octo chœnicas κοτύλη τὸ τρίτον τῆς χοίνικος. ὁ δὲ μέδιμνος χοίνικες ὀκτὼ καὶ τετταράκοντα. ὁ δὲ ἑκτεὺς ὀκτώ. Hoc dictũ discrepat cũ versibus illis in quibus ita legitur. At cotylas quas si placeat: dixisse licebit. Heminas re-
Chœnix. cipit geminas sextarius vnus. qui quater assumpt⁹ fit graio noĩe chœnix. Adde duas: chus fit vulgo q est congius idẽ. Pollux heminã tertiã partẽ chœnicis facit: hęc carmina octauã. Chus (inqt Sudas) mẽsura est attica capiẽs cotulas octo. Festus heminã quasi hemis: id est dimidiũ sextarii dictã esse autumat. Rursus Sudas. μέδιμνον μοδίων ἕξ· ὡς εἶναι μέτρον ξεστῶν οβ' ἤτοι λιτρῶν ρη'. id est medimnũ modioꝝ senũ est: vt sit mẽsura xestas duos & septuagita capiẽs. i. libras cẽtũ & octo. quo dicto significatᷣ xesten sesquilibrã pẽdere. i. cẽtũ & . xii. drachmas & semidrachmã: libra. n. attica septuagenas quinas drachmas pẽdet. Sic modius q̃ sexta ꝑs est medimni decẽ & octo librarũ erit: ita sextarius q̃ sextadecima ꝑs est eius: erit quatuor & octoginta drachmarũ & semissis: qđ cũ Plinii dicto nõ cõuenit. ꝙ si litran id est librã atticã ꝓ mina intelligamus: vt Hermolaus voluit: & Plinius interdum fecit: sextarius centum ac duodecim drachmarum & semis erit: quod nihilo magis conuenit. Qꝫ autem Plinius libram pro mina acceperit: patet ex Dioscoride: vbi de oxymelle loquitur libro quinto. λαβὼν ὄξους κοτύλας πέντε· καὶ ἁλὸς θαλασσίου μνᾶν μίαν· μέλιτος μνᾶς δέκα· ὕδατος κοτύλας ι'· μίξας ἕψησον· ἄχρις οὗ δεκάκις ἀναβράσῃ· καὶ ψύξας κατάγγισον. Hoc Plinius ad verbum libro. xiiii. sic vertit. Oxymel vocarunt mellis decem libris: aceti veteris heminis quinq;: salis marini libra: aquæ pluuiæ sextariis quinq; sufferuefactis decies: mox elutriatis. quod ille minam Plinius libram dixit: quod ille heminas decem: Plinius sextarios quinq;. Rursus Plinius de eo genere vini fictitii loquens: qui cenchrites dicitur quod ex milii semine fiat: libram & quadrantem pro mina transtulit. cum enim de adynamo fictitiorũ primo dixisset: ita subdidit. Proximũ fit e milii semine

maturo cum ipsa stipula (libram & quadrantem in congios duos musti macerant) & post septimum mensem transfuso. Dioscor. δεῖ δὲ λαμβάνειν τὴν πόαν σπέρματος πλήρη πέπειρον σὺν τοῖς κλάδοις· καὶ μνᾶν μίαν βάλλειν εἰς οἴνου χόας β'. ἐᾶν δὲ ἑπτὰ μῆνας· καὶ οὕτω μεταγγίζειν. accipere autẽ oportet hęrbam semine plenam maturo cum ramulis: & eius vnam minã in vini congios binos mittere: & sic septem mensibus relinquere: ita a septimo mense diffundere. Sed corrupte apud Dioscoridẽ Cestrites & Cestros pro Cẽchrites & Cenchros in libris impressis legitur. sic eñ legi debet περὶ κεγχρίτου: quũ Plinius milliũ dicat. verius est tamẽ Pliniũ errore exẽplaris deceptũ: Cenchritẽ pro Cestrite intellexisse. est autẽ cestrum latine betonica hęrba dicta: vt in Dioscoride libro quarto apparet in principio: qui psychotrophum alio nomine vocat vtrobiq;: quasi hęrbam frigidis locis gaudentẽ: quæ hodie sic agnoscitur: ex qua fit vinũ betonicatũ. Hoc autem Plinii dictum vel ex Dioscoride: vt multa alia versum est: vel ex alio auctore: qui iisdem verbis cum Dioscoride scripsit. Hoc enim non satis constitui potest
vtrum Plinius Dioscoridẽ legerit: quem vt idẽtidẽ iisdẽ verbis sequitur: An Plinius Dioscoridem legerit.
sic nusq̃ nominatim citat: ita vt nõnũq̃ a Dioscoride accepta dissimulãdi furti gratia transformare videatur: vt in hoc loco: interdum aliũ secutus videatur: sed vel a quo Dioscorides trãscripserit: vel a Dioscoride ille potius. credo tamen Pliniũ latinos etiã auctores aliquos obseruasse: & ob id miscellaneas interdũ descriptiones tradidisse: quæ nec plane cũ Dioscoride conueniant. Hoc igitur in loco Plinius libram atticam & quadrantẽ pro cẽtum drachmis: id est pro mina dixisse videtur: siue hoc innouare ei visum sit: siue ex gręco alio acceperit: qui litram scripsisset: id ẽ libram: & drachmas viginti quinq;: qui est quadrans non libræ sed minæ. nam alioquin Plinius parum religiose gręca hæc vertisse videtur: aut certe parum constanter si quis diligenter animaduertat. Theodorus Gaza vir doctissimus vtraq; lingua chum siue choa: sextariũ transtulit: & hemichoum semisextarium: diuum Hieronymũ in hoc imitatus: qui Ezechielis quarto choeis atticos duos Italicos duos sextarios eẽ dixit. Interpres Aristopha-
nis in equitibus χοῦς μέτρον ἀττικὸν χωροῦν κοτύλας κ'. Chus (inquit) mensu- Chus.
ra est attica capiens heminas octo: qđ cum versibus illis non congruit: q choa duodenas cotulas capere tradũt: vt idem sit congius & chus: quod Plinius itidem in superiori exemplo voluit. Xestes autẽ quid sit apud græcos non facile dixerim. Dioscor. de chisto lacte loquens. δεῖ δὲ πρὸς τὸ μὴ ὑπερζεῖν τὸ γάλα ἐν τῇ ἑψήσει· σπόγγῳ ἐκ ψυχροῦ ἀποψᾶν τὸ χεῖλος τῆς χύτρας. καὶ ξέστην ἀργυροῦν πλήρη ὕδατος ψυχροῦ καθιέναι. Hoc Plinius li. xxviii. sic trãstulit. Quũ feruet ne circũfundatur pręstat cyathus argenteus cũ frigida aqua demissus: ita ne quid infundatur. Cyathũ Plinius pro xeste dixit. alibi fere sextarium vertere solet vt libro. xiiii. Fit absinthites in. xl. sextariis musti: absinthii pontici libra decocta ad tertias partes: vel scopis absinthii in vinum additis: vbi refragantibus omnibus exẽplaribus: ex Dioscoride sic lego. Fit absinthites. xlviii. sextariis musti: absinthii pontici libra: decoctis ad tertias partes οἱ μὲν γὰρ τοῖς μ' καὶ η' ξέσταις τῶν ἰταλικῶν κεραμίων· μίξαντες ἀψινθίου ποντικοῦ λίτραν μίαν· ἕψουσι μέχρι τὸ τρίτον ἀπολειφθῇ. quidã aũt (inquit) duodequĩquagita sextariis Italicarũ amphorarũ miscẽtes librã vnã

apſinthii pontici:decoquũt quoad tertia pars reſidua ſit. & de nectarite
ὁ δὲ νεκταρίτης σκευάζεται ἐκ τοῦ ἑλενίου ὃ ἔνιοι μηδικὴν οἱ δὲ σύμφυτον. οἱ δὲ ἰδαῖον
φλόμιν. οἱ δὲ ὀρέστιον. ῥίζης ξηρᾶς οὐγγιῶν ε ἐνδήσας εἰς ὀθόνιον κάθες εἰς χοᾶς ς' γλεύ
κους. Plinius totidem pene verbis. Inuenitur & Nectarites ex herba quã
alii heleniũ:alii medicam:alii ſymphytum:alii idęon & oreſtion:alii necta
reum vocant:radice ponderis.xl.denariorũ in ſeſtarios ſex muſti addita.
Hoc tantum refert ꝙ ille quinq; vncias dixit: Plinius auté quadraginta
denarios:ea ratione qua centum denarii minã efficiunt: vt ſępe diximus.
Sed illud aduertendũ ꝙ chum pro ſextario Plinius intellexit quũ alibi vt
diximus pro congio acceperit: de miliato vino loquens:quo modo & vbi
de myrtite loquitur.nam quũ Dioſcor.dicat:δεῖ λαβόντα τῶν μελαίνων μυρ-
σινῶν τοὺς ἀκρέμονας βάλλειν εἰς τοὺς τρεῖς τοῦ γλεύκους χόας. Plini9. Græci (in
quit) myrtiten hoc modo faciunt:ramis teneris cũ ſuis foliis in albo mu-
ſto decoctis tuſis:librã in tribus muſti congiis deferuere faciũt. Congios
nunc tranſtulit choas quũ prius ſextarios vertiſſet. Rurſus Dioſcor.de
Rhodite ῥόδων ξηρῶν κεκομμένων μνᾶν μίαν ἐνδήσας εἰς ὀθόνιον κάθες εἰς γλεύ-
κους ξέστας ή. μετὰ δὲ τρεῖς μῆνας διυλίσας μετάγγιζε: id eſt:roſæ aridæ contuſa
folia ad minã vnam in linteolũ alligata demittito in muſti ſextarios octo-
nos:& poſt tres menſes percolatos in aliud vas transferto.Plinius autem
ſic. Roſę foliis tuſis:in linteoloq; in muſtum collatis cum punduſculo vt ſi
dat.xl.pondere denariorum in ſextarios vicenos muſti:nec ante tres mé-
ſes vaſe aperto.Hunc locum ita immutauit Plinius:vt nec Dioſcoridem:
nec eundem cum Dioſcoride auctorem ſecutus primore ſenſu videatur.
Dioſcorides præcipit in octonos ſextarios muſti minam vnam roſæ tuſæ
coniici.Pli.in ſextarios vicenos quinq; vncias. Quare fieri potuit: vt Pli-
nius vel librarii vel amanu ſerui vitio notã minę ꝓ nota vncię intellexerit:
& Xeſtas pro cotulis acceperit.ſic fit vt quum ſingulas vncias roſæ tuſæ
octonis heminis vini ſufficere exiſtimarit:quadraginta denariorum pon
dus:id eſt quinq; vncias quadragenis heminis ſtatuerit:quũ ad verbũ re-
ferre Dioſcoridis locum nollet: aut eius quem Dioſcorides ſecutus eſt.
Idem e napis fit.x.denariorum pondere in ſextarios binos muſti addito.
Dioſcor. βουνίου οὐγγίας δύο κόψας: κάθες εἰς κοτύλας γλεύκους τέσσαρας. id eſt
napi vncias duas contuſas in quatuor muſti cotylas demittito. Secundũ
hoc non decé denariorũ:ſed ſedecim legendũ eſt apud Pliniũ. in antiquis
exéplaribus numerus ille corruptus eſt:vt in quibuſdã deſit: in nonnullis
duũ:nõ decé legatur. Verũ Plinius libés facit:vt octo denarios pro vncia
dicat. Qꝫ aũt Plinius modulos & numeros ex Dioſcoride mutet:interdũ:
ſeruata tamen proportione:exéplũ eſt in mentione hyſſopitæ. Similiter
(inqt) fit hyſſopites e cilicio hyſſopo vnciis tribus in duos cõgios muſti
coniectis:aut tuſis in vinũ. Dioſcor. ὑσσωπίτης ὁ ἐκ τοῦ κιλικίου ὑσσώπου κάλ-
λιστος ἐστὶ. δεῖ δὲ ἐν τῷ κεραμίῳ τοῦ γλεύκους λίτραν μίαν τοῦ ὑσσώπου κεκομμένων τῶν
φύλλων προσδιδόναι. Hyſſopites (inquit) qui ex hyſſopo cilicio fit: optim9
eſt:addere oportet amphorę muſti librã vnã hyſſopi foliorum cõtuſorũ.
Hoc Plinius mutatis (vt diximus) modulis verbiſq; rettulit. Idem eſt eñi
in amphoram id eſt in octo & quadraginta ſextarios libram vnam hyſſo-
pi coniicere: & in duodenos ſextarios:hoc eſt binos congios quadranté.

id eſt vncias treis. Hic obiter adnotandũ:ceramiũ græcũ idé eſſe qđ am- Ceramiũ
phoram:qđ & eodé auctore planũ fit in mentione abſinthiati vini:quam
ſupra poſuim9. Dioſcor.de elelíſphacite. οὐγγίας ή ἐλελισφάκου ἐς γλεύκους ἀμ-
φορέα ὅ ἐστι κεράμιον: κάθες: id eſt ſaluiatũ ita cõficitur:ſi vncias octonas ſaluię
in muſti amphorã:qđ ceramiũ dicitur:demiſeris. Idem Plinius de aroma
tite. Fit apud alios nardi & malobathri ſelibris in muſti congios duos ad-
ditis. Dioſcor. ὁ δὲ διὰ συριακῆς νάρδου καὶ κελτικῆς καὶ μαλαβάθρου σκευάζεται οὕ-
τως. ἑκάστου ἡμίμναιον λαβὼν εἰς δίχουν γλεύκους κάθες. Dichũ id eſt choas duos
Plinius haud dubie congios binos tranſtulit. Dioſcorides. ὁ δὲ οἰνάνθινος σκε-
υάζεται οὕτω. λαβὼν τῆς ἀγρίας ἀμπέλου τὸ ἄνθος βρυούσης ξηρὸν: μνᾶς δύο εἰς με-
τρητὴν γλεύκους πρὸς ἡμέρας λ'. εἶτ' α διυλίσας ἀπόθου. Hoc Plinius ſic vertit. Fit
e labruſca hoc eſt vite ſylueſtri:qđ vocatur œnãthinũ.flores eius libris du
abus in muſti cado macerati poſt.xxx.dies mutãtur. qđ Dioſcor:metretã
dixit:Plinius cadum tranſtulit:quod & ipſum græcũ eſt: ſed vtroq; noſtri Metreta
vtũtur. Metreta eñ Cato & Colu. vtũtur. Eſt auté congiorum decé vt au & cad-
ctor eſt Dioſcorides lib.v.his verbis: ἔστι δὲ ὁ μετρητὴς χόες δέκα: Decem aũt dus.
congii ſexaginta ſextarios valent:id eſt amphoram & quadranté. Pollux
tamé in decimo de vocabulis ait:Cratinũ comicum metretam amphorã
appellaſſe. Idem etiam Philochorum tradit in libro quem de lingua attica
cõpoſuit:ſcripſiſſe caddum & amphorã apud antiquos idé fuiſſe: ideoq;
hemiamphoriũ:id eſt ſemiamphoram:etiã hemicaddũ dictum. verũ Epi-
charmũ caddũ & amphorã vt diſtincta poſuiſſe. In carminibus quę apud
Priſcianũ legũtur caddus & amphora attica ꝓ eodé ponũtur his verbis.
Attica pręterea dicenda eſt amphora nobis ſeu cadus:hanc facies noſtrę
ſi adieceris vrnam. Quibus verbis ſignificatur atticam amphoram & cad
dum ſextariorum duorũ & ſeptuaginta fuiſſe:id eſt duodecim congiorũ:
quo fit vt attica amphora hemiolia Romanæ fuerit amphoræ. Ego Dio-
ſcoridis opinioni accedere malim. De græcis igitur quibuſdam vocabu-
lis nihil fixum ſtatuere poſſumus: quandoquidem Plinius id præſtare nõ
potuit:quippe quũ nec ipſis græcis de ea re conueniat:quæ pro locorum
vrbiũq; varietate:ac temporũ fortaſſe:idé tidem euariarũt. nam & in hac
vrbe (vt diximus) tot menſurarum ratio: a vicorum aut certe regionum
magiſtris repoſcenda eſt:quam nemo vnus tenet. Sed nec libram gręcam
Plini9 a latina diſtinxiſſe manifeſte videtur:qđ meminerim me adnotaſſe.
Hoc tamen tenebimus amphoram & ceramiũ eandem menſuram:vt me
tretam & caddum:qđ verbũ apud Pliniũ & alios noſtros ſępe legitur. Me
dimnũ autem ſex modios capere: id eſt duodequinquaginta chœnicas:
ſeu duodequinquagies binos ſextarios. Porro ſextarium medimni octo
chœnicas efficere: id é ſedecim ſextarios:nam hemimedimnus quatuor Chœnix.
& viginti chœnicum eſt:cuius bes triteus a græcis diſſyllabo nomine nũ- τριτεύς.
cupatur: id eſt tertiarius: ſedecim chœnices continens: & duos & tri-
ginta ſextarios. Triens autem hecteus itidem diſſyllabo nomine dici- ἑκτεύς.
tur:octo ſcilicet chœnices capiens: ſic ab eis dictus ꝙ medimni ſit ſexta-
rius. quatuor chœnices hemihectum dicitur: id eſt ſemiſextarius me- ἡμίεκτον.
dimni:quod & hemihecteum dicitur:vt apud Ariſtoph. nubibus περίδου
νῦν ἐμοὶ εἰ μὴ τετράμετρον ἐστὶν ἡμιεκτέον: id eſt fac nũc mecũ ſponſioné ni tetra-

metrũ ſit ſemiſextarius. ſemiſextariũ tetrametrũ appellat: id eſt quatuor menſuras continẽtẽ: quatuor chœnicas ſcilicet. Eſt autẽ comica alluſio ad carmen tetrametrum. Nam qđ Socrates de pedibus dixerat poeticis: id Strepſiades poeticę ignarus ad chœnicas rettulit: quaſi alia metra menſuraſq; non noſſet q̃ vaſcularia: ex cuius poetæ enarratore & ex Polluce illam medimni diuiſionẽ collegimus. ꝙ ſi medimnus ſex modios Italicos capit: vt locupletiſſimis teſtibus cõprobatũ eſt: quũ ſextarius medimni ſint octo chœnices: chœnicem binos ſextarios: & quaternas cotulas capere neceſſe eſt. modius eñ ſedecim ſextarios capit. Nec cõſentaneũ eſt id quod a Polluce dictũ eſt: cotulam tertiã partẽ chœnicis eſſe: quaſi ſcilicet chœnix ſeſquiſextarius Italicus fuerit. quo minus ꝓbãda Theodori gazę viri medici opinio: qui ſextarium quodã in loco vertit. Herodotus in Polymnia id eſt lib. ſeptimo de copiis Xerxis loquens græciam inuadentis:

οὕτω πεντηκοσίας τε μυριάδας καὶ εἴκοσι καὶ ὀκτὼ καὶ χιλιάδας τρεῖς καὶ ἑκατοντάδας δύο καὶ δεκάδας δύο ἀνδρῶν ἤγαγε ξέρξης ὁ Δαρείου μέχρι σηπιάδος καὶ θερμοπυλέων.

Ita bis (inquit) & quinquagies centena & octuaginta tria millia: & ducẽtos viginti homines Xerxes ad Thermopylas vſq; duxit. & paulo poſt:

ὥστε οὐδέν μοι θῶυμα παρίσταται προδοῦναι τὰ ῥέεθρα τῶν ποταμῶν ἐνίων. ἀλλὰ μᾶλλον ὅκως τὰ σιτία ἀντέχρησε: θῶυμά μοι: μυριάσι τοσαύτῃσι. εὑρίσκω γὰρ συμβαλλεόμενος εἰ χοίνικα πυρῶν ἕκαστος τῆς ἡμέρης ἐλάμβανε καὶ μηδὲν πλέον: ἕνδεκα μυριάδας μεδίμνων τελεομένας ἐπ' ἡμέρῃ ἑκάστῃ. καὶ πρὸς: τριηκοσίους τε ἄλλους μεδίμνους καὶ τεσσαράκοντα.

id eſt. Itaq; mirũ mihi non videtur quorũdam amniũ fluenta defeciſſe tot hominũ millia: ſed quonãmodo frumẽtũ ſuppetierit tot hominũ millibus: id vero mirũ videri poteſt. ſi quidẽ vt chœnicẽ frumẽti quiſq; in ſingulos dies acciperet: ac nihil amplius: ſubducta ratione inuenio cẽtena dena millia medimnũ quotidie abſumi potuiſſe: & trecẽta ꝑterea quadraginta medimna. Hoc loco vertendo Laurẽtius Valleñ. vir de literis meritiſſimus errore lapſus eſt tãto ingenio indigno. ſic. n. vertit. Quo minus miror proditũ eſſe fluenta quędã nõ ſuppeditaſſe: magis miror vnde tot myriadibus cibaria ſuppetierint. Nã ſubducta ratione ſic cõperio: ſi ſinguli quotidie ſingulas frumẽti chœnicas: id eſt ſemodia nõ amplius accepiſſent: abſumpta fuiſſe ſingulis dieb9 centũ millia medimnorũ: & trecẽtos ac quadraginta medimnos: qui ſinguli cõſtãt e ſenis modiis. ſic legit̃ in libris impreſſis: ſed cẽtũ & decẽ millia Laurentiũ ſcripſiſſe nõ dubito. Mitto igitur ꝙ illa verba: proditũ eſſe fluẽta nõ ſuppeditauiſſe: male verſa ſunt: quia Herodotus id affirmare videtur amniũ fluenta prodidiſſe: hoc eſt deſtituiſſe exercitũ tantũ. Hoc igit̃ vt mittamus tãq̃ ab interpꝛte aliud agẽte verſum: ne hoc qdẽ dixit Herodot9 qđ chœnix qđ medimnus caperet. At Laurẽtius vtrũq; ex pſona ſua interpꝛtatus: in altero lõge falſus eſt. Videamus igit̃ quonã modo rationẽ inierit: vt hæc verba ad Herodotũ adderet. In vndecim myriadibus vt locutus eſt Herodotus: id eſt in cẽtũ ac decẽ millib9 & trecẽtis medimnis mille ac cẽtũ hecatontadas. i. centenarios eſſe planũ eſt hanc ſummã ſexies ducere debemus vt ex medimnis ad modios veniamus: quo fit vt iam ſex millia ſexcẽti decẽ & octo centenarii fiant. tũ eã ſummã rurſus duplicabimus: vt ex modiis ſemodii fiãt: id eſt chœnices: vt Laurẽtius voluit: ſic fiet ſumma cẽtenarioꝝ tredecim millia ducenti ac triginta ſex. Hãc centenariorum ſummã ſi ita partiamur: vt ex centenariis millenarii fiant quas chiliadas Herodotus appellat: fient omnino tredecies centena ac viginti tria millia ſexcẽti homines totidem & chœnices. Reſtant quadraginta medimni in ducentos & quadraginta modios diuidendi. & hirurſus in quadringentos octoginta ſemodios & chœnicas: qui numerus prędictę ſummę accedit: vt fuit tredecies centena viginti quatuor millia & octuaginta. Qui numerus lõge abeſt a quinquagies & bis centenis millibus: & reliquis numeris excurrentibus. Quare planum fit Laurentiũ Vallenſem nunq̃ nõ fere acrẽ hominem & vigilantem: tamẽ oſcitanter hunc locum traduxiſſe: pene vt nihil penſi habuerit: & lectoribus Herodoti qui græcum nõ obſeruant exemplar inſigniter impoſuiſſe. ſed auctorẽ eũ cũ Herodoto habemus Medimnũ nõ latine modiũ: ſed ſex modia ſignificare: quod Politianus ignoraſſe videtur. & ante eũ nonnulli librorum græcorũ interpretes. Quare apud Plutarchum in lucullo. ꝙ legitur lucullũ penuria cõmeatuũ preſſum quum in Mitridatem infeſtis copiis cõtenderet: triginta ſecũ millia Galatarũ duxiſſe: qui totidẽ modia tritici portarent: exiſtimo medimna legẽdum eſſe: vt ſinguli ſenos modios geſtauerint: hoĩes prȩualẽtes corpore. Nam apud nos geruli frumentarii vulgo duodenos modios ex portu in horrea portãt. quare galatę homines prȩualidi ſenos onere viatorio modios geſtare potuerunt. Vt igitur mentem Herodoti aſſequamur de chœnice: age fac modium: non binas tantum chœnicas: vt Laurentius voluit: ſed octonas cepiſſe: id quod ſupra diximus. hoc poſito: ſumma ſex milliũ ſexcentorum decem & octo centenariorum: non duplicato tantum: ſed octuplicato creſcet: fientq; duo & quinquaginta millia nongẽti quatuor & quadraginta cẽtenarii: qui bis & quinquagies centena nonaginta quatuor millia quadringentos faciunt. Par eſt enim dicere bis & quinquagies centena nonaginta millia: & bis & quinquagies millies centena milliesq; nonaginta. ſic in ſuperiore numero tridecim millia ducenti cẽtenarii: efficiunt centies tredecim millia & centies ducenta: hoc eſt tredecies cẽtena & viginti millia. ergo ſi bis & quinquagies nonaginta quatuor millibus & quadringentis chœnicibus: quadraginta medimnos: id eſt ducẽtos & quadraginta modios addideris: & pro his octies multiplicatis mille nongẽtas & viginti chœnicas: fient in ſumma bis & quinquagies nonaginta ſex millia trecẽti & viginti viri & totidem chœnices: & computatione grȩcorum myriades quingentę & viginti nouem: & prȩterea ſex millia trecenti ac viginti viri. Myriades (vt ſępe dixi) decem millium numerum ſignificat. Apud Herodotum autẽ numerus hominũ legitur myriades quingentę viginti octo: & tria millia ducenti & viginti: ita fit: vt numerus chœnicum ſuperet numerum hominum tredecim millibus & centum: qđ errore calculi factum eſt: ſiue Herodoti culpa: ſiue emẽdatorum fuit. Intelligimus tamẽ (id qđ quȩrimus) Herodotũ cẽſuiſſe chœnicem: non ſemodium: ſed modii octauã partẽ eſſe. eſſe aũt errorẽ calculi in hoc loco nõ magis mirum eſt: q̃ eo loco vbi tributorum Perſidis fit mẽtio: vt ſupra adnotatum eſt. Qꝫ autem in ſuperiore calculo lapſus non ſim: q̃q̃ loco lubrico: facile ſciri poteſt: ſi quis numerum Medimnum: id eſt cẽtum

Valleñ. erratum.

& decem millia trecenta & quadraginta sexies ducẽdo: ex medimnis ad modios transeat: sic enim iam fient sexcẽta sexaginta duo millia quadraginta, quę rursus octies ducta: vt ex modiis chœnices faciamus: fiunt in summa: quinquagies bis nonaginta sex millia trecentę & viginti. tametsi siue vno: aut altero loco: siue in pluribus lapsus sim in summis supputandis: indulgendam mihi veniam facile ab optimo quoq; viro promitto: modo ne calculi errore ductus: falso quippiam cõstituerim: id qd̃ vitasse me omnino puto. nec tamen (quę est humana cõditio) temere aliquid affirmauerim: vt omnino regressum mihi ad maiorem etiam veniam negem: quam ne ambitiosis quidem precibus (si res ita tulerit) exposcere grauabor. Quippe quum ne eximii quidem scriptores extra aleam fuisse hallucinandi quotidie reuincãtur: quo minus ita existimari velim quasi mihi firmius aliud prędidium actionum etiam omnium esse credã: q̃ in ara (vt ingenue fatear) miscricordiæ situm. Q7 si Cassiani quidã iudices præfracta seueritate inuenti fuerint: qui omnem mihi veniæ spem abscissam esse pronuncient (id enim vnum vereor) candidissimũ quẽq; lectorẽ (vt spero) licebit appellare: iisq; supremũ calculum porrigere qui ex bono & ęquo ius dicunt de mulcta meritoq; scribentium. Nam iure ad eos prouocandi sublato: quotusquisq; experiri audeat: vel aduocata facũdia fretus? atenim in auspicando hoc opere nullum me iudicem reiecturũ esse præfatus sum duntaxat non nescium iudicandi: nẽpe eo staturus omnino qd̃ docti censuissent. vbi nunc igitur illa fidutia operis arbitratu omnium approbandi? Equidem non ideo hęc dicẽda duxi q̃ conscientiam non eandẽ nũc in fine suscepti operis ferã: quã iã ide a primordio ferebã: neq; ille animus concidit rei cõpertę securitate prędidés: sed altiores spũs in principio sublati: vt attentionem mihi facerem: peroraturo me sensim submittere se debuerunt hominũ beneuolentię: vt si deducenda re in iudicium & pertractanda aliquid imprudens offenderim: id iuri certo ne obsit. id vero ita condonari mihi postulo: si iure cõmuni atq; omnibus vsurpato peto. quod si mihi non negatur: nihil iam lectores moror quominus de capite & existimatione mea in consiliũ stati eant. Hãc em̃ sortẽ (vt spero) deo bene iuuante in vrnam coniecimus. Quapropter Mineruã: Mercuriũq; huius generis iudiciorũ p̃sides potentesq; vimq; omnem imaginariam numinum prisci ęui suffragiis literarũ studio prędectorũ: oro atq; obtestor: vt si liberaliũ disciplinarum antistites omnifaria ac iugi obseruantia colui: ex quo primum: licet sero: his sacris initiatus fui: huius iudicii euentum mihi bonum faustum felicẽq; faciant. Cuius voti cõpotẽ ita futurum me postulo: si omniũ maxime studiosorum hoc sacramentum bona fide suscepi: constãterq; seruaui: qua vel vna re maxime diis litari ipsis solet. Neq; enim tot stipẽdiis Mineruę faciendis æra vnq̃ merẽtem: nec quæstus ambitusq; blandimentis ab signis philologię sponte me quisq̃ vidit emensitantem. sed nec vxor: nec liberi eiusdem sacramenti iãiam futuri tyrũculi: procacissima duo studiorum auocamenta: dieculam vnq̃ mihi vnam exemere tẽporis literis destinati: dũtaxat q̃tum mihi licuit a munere publico feriari. Vtinãq; diuina benignitate commoda antehac nobis valetudo rebus cęteris cõpetiuisset, alacrẽ certe & sui iuris animum

Deprecatio ad lectores & iudices huiꝰ operis.

prestiterã: earũq; rerum curis vacantem quæ idẽtidẽ interpellare studia instituta dictitãtur: ne sic quidẽ etiã missionẽ vnq̃ abstatiuis iis castris postulare certũ est: quorũ nunq̃ emerita stipendia strenuissimo cuiq; fuisse credo: tametsi inter causarios ꝓfiteri multis noibus ipe potuissem: & ad rem quoquo modo migrare faciendã. cuius siue cõstãtię siue pertinaciæ exemplũ a nullo adhuc nostratiũ ꝓditũ esse noui. etenim praua hoim nostrorum opinione: tẽporũq; iniquitate factũ est: vt res iis literaria decoxisse videatur: qui post adolescentiã: quũ causas ipsi possent actitare: aut circa patrimoniũ augendũ quoquo modo satagitare: literarũ studiis vacare maluerũt: qd̃ genus ociari vulgus etiã prudentũ: & cessare existimat. videlicet cuiusq; operę nauatę fructũ in numerato positũ esse credẽtes. philosophię: philologięq; (q̃ est amor literatę sapiẽtię) inania: ieiunaq; noia cauillantes: atq; iis demũ decora dictitãtes quos res atq; fides ꝑ ignauiã vmbratilẽ: socordiãq; defecerint. Nuꝑ tamẽ instauratę vtriusq; linguę felicitate studia iuuenũ nostrorũ magnopere exarserũt: pauci em̃ literarũ admiratione ducti pertinaci studio ęmulationẽ excitauerũt: simul Italorũ industria: qui libros in dies alios atq; alios ediderũt: literarũ bonarum nomẽ nõ pridẽ nostris inauditũ: primũ inuisum: deinde neglectũ: postremo festiuũ ac plausibile esse cœpit. Nũc etiã eousq; honori habitũ: prędestim literarũ græcarũ auctoritate (quæ ab initio ipæ ꝓdigiosæ ac ꝑpemodum dirę putabãtur) vt ii qui maxime refractarii per inscitiã futuri videbãtur: liberos suos iis literis instituẽdos iã ꝓcupide tradãt: noiatim etiã quasi ex formula cauentes vt literis bonis eruditi reddãtur. Hic iã est animorum habitus. tametsi paucis ad frugẽ bonã euadere contingat: nõ ingeniorũ culpa (vt francomastiges volunt) sed hominum errore: qui paucorũ annorũ cultu acquiescentes: literarum & studii fructũ in ima vena inquisitionis reconditũ esse nesciunt: sicut omniũ artificiorũ indicaturã expolitio facit. Sed sic quoq; iuuat multos existere: qui vel pręcocí fructu studiorũ gaudeant: & ad alia vitę instituta trãseũtes: partim honorẽ literatis habeãt: partim etiã literatorũ ipsi numerũ augere velint. Est enim ea ratio animorũ culturę: vt vel serotina: vel pręmatura: vel inchoata tantũ: nunq̃ frugiperda sit. Qui aũt vel quęstuarię ętatis vel ambitui maturę dispendio: disciplinis etiã ciuilibus studere citra cõpẽdii spem velint: rari inueniũtur hodie: siquidẽ perire id omne tẽpus putatur multorũ opinione: quo nec res plenior fit: nec fastigiũ hominis gerẽdis magistratib9 crescit. In rebus aũt humanis nulla (vt quidẽ reor) maior est indignitas: q̃ quũ fortuna vndiq; cõstãs: oimq; rerũ aut plurimarũ secura: literarũ amœnitatem floccipẽdens inertiã vt blandã amplectitur: qd̃ raro non euenit. aut quũ studiũ literarũ flagrãs in claris ingeniis improbitate fortunę res mediocris deficit. Sed vt ad me redeã: & si crimẽ nondũ agnosco: eiurare tamen venię petitionẽ nolim: si ita forte cõmodum sit: etenim (vt est humani ingenii male firma natura) vereor necubi lapsus sim imprudẽs quũ tot loca lubrica pertrãsieri. Sed & illud subinde recursat: ne piaculare existimetur aut certe suapte cõditiõe inuidiosum: me hoiem nulla auctoritate nixum maiestatem sępe Pliniani nominis attẽtasse: superioris ęui opinione cõsecrati. q̃q̃ nõ meũ hoc exẽplũ est: sed tertias iã manus (vt minimũ)

Philologia.

censorias pertulit: & sic quoq; doctorū sententia lōge abest vt ex reis flagitiorū auctoribus eximatur. Quotus ēm quisq; hodie flagitiis eius adnotādis abstinet: vt quisq; cōmētantiū aliquid potuit cōminisci? Nec id mirum videri debet: omnes ēm iādiu inquirimus veritatē: quā p exoletissima vtcūq; vestigia cōfusissimaq; iuestigasse palmariū semp existimatū ē. Hac via maiores nostri linguā vtrāq; bona ex pte restituere nobis. Quid ni igitur eorū vestigiis insistētes: longissime etiā abstrusas repetamus reliquias veritatis? In hac aūt indagine maxime nos torserūt fallacia quędā mēdosaq; vestigia: q̃ primore aspectu certa: in tenebras tandē erraticas ferebāt. ibi dephēsa cura ac vigilātia sępe coacta est hęrere: cœptāq; interdū inquisitionē abrūpere animi destinatiōe subita. Reuocabat me subinde reprehēsabatq; absoluēdę rei desperatio: verebarq; interdū: si p cōfusanea perplexaq; vestigia rē indagare pergerē: cuius exitū certū inuenire nō eēt ne in ambagiosum qđdā opus insinuarē incautus. Hic si quis a me quęrere institerit: qui fieri tandē potuit: vt idē auctor Plinius in diuersis exēplaribus sui prorsus dissimilis factus sit? Hoc ēm sæpe affirmauimus. huic ego primū illud Homericū respōdere nō dubitē: ex libro Iliados vndeuicesimo: ἀλλὰ τί κεν ῥέξαιμι: θεὸς. διὰ πάντα τελευτᾷ:
πρέσβα διὸς θυγάτηρ ἄτη: ἣ πάντας ἀᾶται.

Sed quid agam? dęmon proles Iouis: omnia versans
Euentu vario: nulli non officit Ate.

Ata

Quid ēm aliud causę esse dicā: q̃ q; dea quędā malefica per omnia humana acta bacchat̃ Ata noīe: stygii Iouis filiarū natu maxima: quę hoīes infortunio quodā semp afficere gliscit: humanis ipsa rebus exitū nūc dirū: nūc noxiū & incōmodū inducēs. Hāc ego Atā latine noxā appellare soleo: hebręi satanā appellauerūt. Deinde illud Virgilianū addā ex poemate Georgico: Sic omnia fatis in peius ruere: ac retro sublapsa referri: nō aliter q̃ qui aduerso vix flumine lembū Remigiis subigit: si brachia forte remisit: & reliqua. Nā & Plinius ipse si nūc reuiuiscat: & ab eo quęrat̃: cur multis in locis cōmode intelligi nequeat: sic forsan respōdeat: ex eodē poeta. ἐγὼ δ᾽ οὐκ ἄιτιός εἰμι: ἀλλὰ ζεὺς καὶ μοῖρα καὶ ἠεροφοῖτις ἐρινύσ.

Haud ego causa fui: stygius sed Iuppiter: atq;
Eumenis in tenebris grassans: ac parca maligna. id est.

Nolite cōmittere vt id mihi vicio vertatis: cuius ego insontem plane me ostendere possem: & cuius culpa debet in Iouē stygium ac parcas reiici: erinnynq; illā dirā tenebrarū incolā: qui humano generi infensi maleficā noxam interturbādis aut corrūpendis opibus & actis mortaliū summittūt. Profecto admirari sæpe subit tā late serpsisse errorū contagia: vt oīa exēplaria quibusdā in locis itidē deprauata fuerint. Sed sic natura cōparatum esse scimus: vt situ squalloreq; oīa obducātur quę diu cōdita: in lucē nō proferuntur: vt terras incultas senticeta occupēt: segetesq; neglectę loliis & carduis pręfocētur. Sed iā a digressu in viā redeundū. Ex loco

Chœnix.

igitur Herodoti supradicto argumentū habemus validissimū chœnicē frumenti eā esse mensurā: quā vnus homo quotidie absumere possit. Est ēm chœnix (vt ait Suidas) cibariū diurnū. ἡ γὰρ χοῖνιξ ἡμερήσιος τροφή. Declarat hoc & illud vulgatū Pythagorę symbolū. ἐπὶ χοίνικος μὴ καθίζειν. Su

per chœnice ne sedeas. Cuius est hæc sententia. quum vnius diei victum parauerīs: ne eo statim acquiescas: id qđ facere solēt qui in diē viuere dictitātur: in crastinū nō pspiciētes. Quod scitū a sensu humano emanauit. nā dñs noster sectatorib9 suis cōtrariū dogma tradidit: sed & oībus Christianis hoc quodā modo genus vitę pscripsisse videt̃: quū in oratione inquit. Panē nostrū quotidianū da nobis hodie. & sic quoq; in diē orare nos docuit: vt docet Cyprianus in enarratiōe orationis dñicę. Quo fit vt tm̄ inter quosdā hoīes hiantes auaritia: & inter veros Christianos cōueniat q̃tū inter Aristippū & Diogenē. Hui (inquiet aliquis) hmōi veritatis reputatio nunc inter prudētes risu excipi solet. pinde quasi euāgelica lege tacito cōsensu mortalitatis Christiani hoīes soluti esse possint: nec eo iā iure genus humanū teneat̃ qđ in desuetudinē abiit. Sed eā disputationē ne attingamus quę priuatū sibi ociū poscit. Homerus Odyss. decimonono circa principium chœnica pro cibo vel pane potius accepit: apud quē Telemachus Vlyxis filius ad Eurycliam nutricem ita inquit.

οὐ γὰρ ἄεργον ἀνέξομαι ὅσκεν ἐμῆς γε
χοίνικος ἅπτηται: καὶ τηλόθεν εἰληλουθὼς.

Nam quencunq; mea dignabor chœnice: prorsus
Haud cessare sinam: q̃ q̃ procul aduena fertur.

Hūc hoīem q̄q̄ ex lōginqua regiōe hospitē: domi tñ inertē sedere nō patiar: & panē meū cōpressis manib9 esitare. Proīde si chœnicē p duob9 sextariis intelligam9: vt certe intelligere debem9: is erit mod9 diurni cibarii vt miles qsq; darian9 octonis dieb9 frumēti modiū vnū accipe debuerit. i. sesqmēse medimnū. Hęc mēsura (vt arbitror) gomor ab hebręis dicit̃. Statuta ēm a dño erat hęc mēsura colligēdę viritim mannę i singłos dies: vt scriptū est Exodi. xvi. cap. Raban9 tñ tres chœnicas cepisse dicit: sed iis q̃ dixim9 de chœnice: cōsentaneū eē videt̃ id qđ a Marco Catone dicit̃: qđ in vulgatis exēplarib9 mutilatū est. Familię (inqt) cibaria: qui opus faciēt p hyemē tritici modios quaternos: p ęstatē modios q̃ternos semis. villico: villicę epistatę: opiliōi modios ternos: cōpeditis p hyemē panis pōdo q̃terna: vbi vineā fodere cœperint: panis pōdo quina: vsq; adeo dum ficos esse cœperint: deinde ad panes quaternos redito. Hactenus ille. Hoc autem intelligere debemus minore modo cōtētos esse posse qui pulmentaria cum cibariis habeant: vel qui opus non faciāt: vt villicus & epistates: qui operis magis præfecti q̃ operarii sunt. Epistates enim curatorem operis significat. docet hoc Columel. lib. xii. de officio villicationis loquens. Cęterum q; illa verba Catonis supradicta de menstruis cibariis intelligantur: coniicere possimus ex vsu antiquorum: quibus mos fuit (vt auctor est Donatus in Phormionem terentianum) quaternos frumenti modios quolibet mense singulis seruis admetiri: idq; demēsum appellatum esse vel a mense: vel a metiendo: ex quo more (inquit ille) Terentianum illud emanauit: qđ ille vnciatim vix de demenso suo suum defraudans genium comparsit miser: id illa vniuersum arripiet: haud existimans quanto labore sit partum. Frugi enim mancipia minori mensura sese tolerantes: peculium inde augebant. Id demensum Lucæ duodecimo sitometriū dicit̃: qđ incōmode tritici mēsura versum est ab interpte.

Gomor.

Epistates

Demensum.

Hæc ego quum scribere pistore accersiri iussi: ideo mihi notũ q̃ pane ab eo vtebar: & ipse emercando frumento interdum ad me ventitabat. Cum hæc igitur ab eo sciscitarer: vix tãdem extudi vt fateretur: verebatur em̃ vt sensi: ne quid in panificum nationem imprudens effaretur. sed quum fidem fecissem nihil me huiuscemodi cogitare quod ille suspicari posset: eo ægre hominem perduxi vt diceret ex sextariis singulis nostris: id est binis medimnis tritici probi: panes primariæ notæ sedecies duodenos minimũ factitari. Primario autem pani iam cocto & tepido duodenas vncias lege municipali taxatas esse: id est libræ nostræ dodrantem. Petenti autem quantum in furfures abiret: respondit hemimedimnũ: id est quadrantem sextarii nostri. porro secundarios panes pondo quaternum librarum fieri solere: q̃tum quini panes primarii penderent: q̃q̃ singuli secundarii pro quaternis tantum primæ notæ cederent venirentq̃. Id ideo institutum: quoniam nihil furfurum in eo pane esset qui e massa conficeretur cribro succreta pollinario: ideoq̃ huius candorem in secundario pane compẽsari pondere. Cũ pondera tũc & panes expediri iussissem: ad librã parem propemodũ responderunt. tametsi vncia sępe decedit in singulas libras indulgentia eorũ qui legis custodes constituũtur. Est autẽ primarii nostri panis ea omnino magnitudo: vt q plurimũ panis esitet: nõ vltra binos etiam recentes in singulos dies absumat: id est singulos in singula cõuiuia: etiã destrictis (vt fit) summis crustis. Qui aũt mediocris in panis esu sit: etiã dodrante Romano in singulos cõuictus satietur. Hac ratione fit vt e singulis modiis senideni panes redigantur: qui octonis diebus viritim sufficiunt: & quarta pars supersit in furfures secreta. Hac igitur ratione comperimus quaternorũ modiũ excretam farinã affatim in mẽsem suppetere: ita vt furfures supersint quartam partẽ implentes. verum hoc de iis intelligẽdum: qui liberaliora vitæ instituta sequuntur. est enim alia ratio sellularíorum artificum eorũq̃ qui artes operosas factitãt: quiq̃ iis opificiis vitam tolerant quæ multa corporis fatigatione constant. Hos enim vberioribus cibariis vti ac crassioribus necesse est: prẽsertim quum cibarii magna parte pulmẽtarii vice vtãtur: ac ter fere aut quater in dies epulẽtur. his ternos dodrantes partim secũdarii panis: partim postremę notę statuo. adde etiã hesterni panis: id est qui iã consederit: aut etiã ante triduũ cocti. Sed & inter eos artificiorũ varietas & corporũ fatigatio refert. plusculo em̃ pane gerulis opus est & helcyariis: & id genus operis: q̃ sarcinatori aut sutori qui sedentario tantum opificio incumbunt. Artificiis igitur remissioribus: qualia sunt eorum quos græci chirobios appellant: quasi manu victum quęritantes: quos quidã ventrimanos dixerũt: quaterna (vt summũ) pondo sufficient panis secundarii: id est quaterni dodrantes nostri. Verum pistores panificiũ in tria genera fere diuidunt: in primarium panem: qui candidus dicitur: in secundæ notæ panem qui ciuilis dicitur. hunc Celsus libro. ii. autopyrũ verbo græco appellat: cui nihil pollinis incerniculo ademptum est: & in secundo genere firmitudinis alimentariæ ponitur. tertium genus cibarium appellat Celsus: quem infirmissimũ esse tradit in alimẽti ratione. hunc nostri postremæ notę assignãt. Sic igitur statuo. quẽadmodũ lautiore victu vtẽtes binis libris Romanis candidioris panis satiãtur: q̃ corporis labore exerceantur & panẽ accessionis vice vtãtur: sic artificibus remissioris operę quaterna pondo suffectura dico panis secũdarii. Intensioris autẽ operę mercenariis: quales sunt baiuli: phalangarii: & malleatores: & alii improbo labore lassescẽtes: quos Cicero quodã in loco fæcem vrbiũ appellat: iis vt paulo plus quaterna pondo Romana tribuerim: sic crassioris panis: p̃sertim (vt diximꝰ) q̃ pane iurulento pro pulmẽtario bona ex parte vescãtur. Hoc cõuenit cũ dicto Catoniano: qui cõpeditis per hyemẽ panis pondo quaterna taxauit: vbi vineam fodere cœperint: panis pondo quina: vsq̃ adeo dum ficos esse cœperint: deinde ad panes quaternos redit. Pulmẽtariũ em̃ tenue: id est ficos vnius libręloco cedere voluit. Nullus est em̃ in vrbibus etiã infimę sortis mercenarius: qui nõ pulmentariũ aliquod cũ pane adhibeat in victum. Panis noster cibarius quaternũ fit librarũ. huius dodrantẽ: id est quaterna põdo Romana cuiuis sufficere existimo: q̃ dodrans quaternos panes librales: id ẽ catonianos æquat. Nũc si vlterius ratiocinari placet: cõperi p̃cũctando ab illo pistore ex medimno tritici probi octies duodenos (vt minimũ) dodrãtales panes cõfici: ita vt quadrãs furfurũ reliquꝰ sit. Siq̃ dẽ cõstat ex senis modiis tritici probi: id est ex medimno octonos cumulatos & interdũ octonos & quadrantẽ farinę redire. Si igit furfuribus cũ polline cõfusis panes dodrantales fiãt: ex medimno denos duodenarios: & octonos panes habebimus: vt facile est colligere si qs in singulos modios senos denos panes numeret. Fiũt em̃ pro octo modiis farinæ octies seni deni: id est centũ & duodetrigínta. nunc si in dies singulos ternos panes dodrãtales numeremus hebdomada quęlibet paulo minꝰ vnũ modiũ absumet: ita duodetrigínta dies quaternos modios absumẽt: hoc est panes octuagintaquatuor: quibus si duas addas hebdomadas: hoc est quatuordecim dies: qui duos & quadraginta panes poscũt: fiũt centũ & viginti sex. restant duo panes ex medimno. ex quo fit vt quaterni medini in vndetrigínta dies sufficiant. Et hactenus ita loquor: quasi quarta pars tantũ in furfures abeat & octo tantum duodenarii candidi panis ex medimno redeant. Hoc. n. a panifice cõperi. Nũc si addas id qd̃ ille reticuit: abũde quaterni modii in menses tricenarios sufficiẽt: id qd̃ Cato statuit. Comptũ em̃ habeo ex iis qui ex iurisdictione hoc inquirere potuerunt & ex cõmẽtariis Decurionũ: posse ex medimno nõ modo octies duodenos: sed etiam eo amplius senos: octonosue redire: qd̃ ille panifex fateri magis grauabat: q̃ inficiari pergebat. Hęc si qs exacte æstimare vellet: oino cõueniũt cũ Catoniano dicto: q villaticis opis p̃ hyemẽ quaternos modios statuit: & quaternos semis p̃ ęstatẽ: & cõpeditis. i. ergastulariis seruis qui vincti fodiebãt: aliudve opus faciebãt: p̃ hyemem panis pondo quatuor: & vbi iam intenditur labor: hoc est fosturæ tempore panis pondo quina: vsq̃ dũ ficos ederent: quo tẽpore ad quaterna põdo eos redigit. terna põdo nostra: quaterna Romana valẽt: vt sępe diximus. quaterna nostra qna Romana & quadrãtẽ: q modꝰ iis statuit q̃ pulmẽtario nõ vescerẽtur: sed panẽ tantũ esitarent. Ex hoc planũ fit: quẽ modulũ Herodotus & antiqui per chœnicem intellexerunt: cui sesquipinta nostra haud dubie respõdet. Hæc ideo longius repetenda duxi: q̃ mẽsurarum: ponderũq̃ modus mu-

Chirobii

Panis tria genera.

tua probatione deꝑhenditur. videamus porro. ex iis quæ diximus apparuit ex singulis modiis sedecim pondo candidi panis & semissem fieri: & large quartam partẽ in furfures abire: nam multo plus in actis municipalibus inueni. diximus etiã supra modũ tritici probi viginti quatuor libras & eo aliquid amplius pendere. quare necesse est vt quadrans furfuris semissem pollinis pẽdeat: vt tres modii quadrantes sedecim libras: reliquus autẽ quadrans octo libras pendeat. Non idem autẽ esse pondus panificio & tritico ex eo coniicio: ꝙ aliquid humoris in pane residet. id incertũ eẽ & varium ex Plinio videtur lib. xviii. qui balearici tritici modios tricena pondo panis reddere tradit: sed circa Clusiũ & Senas fieri lege certa naturæ vt tertia portio pani ad põdus grani accrescat. Catonis autẽ verba significare videntur ex singulis modiis tricena pondo panis redire. quaternos enim sestarios tricenis diebus taxat. & paulo post quaterna pondo panis in dies statuit. qua ratione fit: vt quaterni modii centũ & viginti pondo panis reddant. Ex hoc tamẽ constituere nihil possumus: nisi id q̃d supra dictum est. Sed illud animaduertendũ in verbis Catonis ꝙ villaticis seruis solutis qui opus faciũt: quaternos modios in mẽses statuit: vinctis autem seruis in dies singulos quaterna pondo: q̃d vt in eandẽ quantitatẽ redit: sic conditionẽ variã solutorum mancipiorũ & ergastulariorũ facit. Illi enim peculium parsimonia augere poterãt: vt ex Terentio & Donato diximus: hi in pœnã dati expeculiati quoq; erant. vt autẽ hanc rationem colligamus: in medimno seni sunt modii. & in modio octonę chœnices. & chœnix cibariũ diurnũ. ita medimno duodequinquaginta homines quotidie satiantur. & parisino sextario sex & nonaginta. sic fit vt modius parisinus mille centũ & quinquaginta duobus sufficiat. Porro Spartianus auctor est Seuerum Pertinacẽ imperatorẽ Romanũ moriẽtem reliquisse canonẽ frumentariũ in septẽniũ suffecturũ: ita vt septuagena quina millia modium quotidie absumi possent. id est sena millia duceni quinquageni sextarii nostri. quo fit vt ratione prædicta sexcena millia plebeiorum tesseras frumentarias acciperent in diem chœnicarias. hũc. n. numerum efficit modiorum prędictorum numerus octonario multiplicatus: vel numerus sextariorum nonagies sexies ductus. Hactenus de medimno modio & chœnice: & iis mensuris quarũ mentio superius facta est. transeũdum ad reliquas. Quadrantal latine dicitur schema mathematicum q̃d græce cubus dicitur vt auctor est Gellius. propter q̃d docti fere quadrãtal amphoram esse opinantur: propter formã tesserariã quã habet: & alioquin auctoritate Festi subnixi: id tamen nõ habeo quo modo cõstituam. Iam primũ Cato de vino græco loquens. Musti. q. xx. in ahenũ aut plumbeum infundito: ignem subdito: vbi ebulliet vinũ: ignem subducito: vbi iam vinũ refrixerit: in doliũ quadragenariũ infundito: seorsum autẽ in vas aquæ dulcis quadrantal vnũ infundito: salis modium vnũ. finito muriam fieri: vbi muria facta erit: eodem in dolio infundito: post dies. xxx. dolium oblinito: ad ver in amphoras diffundito. q. xx. dubiũ est vtrum quadrantalia an quartarios intelligere debeam⁹: vt paulo post: aquę marinę quartarium vnũ ex alto sumito quo aqua dulcis nõ accedat: sesquilibram salis frangito. In antiquo tamen libro nõ quartariũ: sed. q. legitur. alibi postea

Quadrantal.

sumito bituminis tertiarium: & sulphuris quartariũ: conterito in mortario per se vtrũq; Idẽ alibi. Vbi hauseris de mari: in dolium fundito: nolito implere: quadrantalibus quinq; minus sit q̃ plenũ. Idẽ. Vinũ familię quo vtantur musti quartarios. x. in dolium indito: aceti acris. q. ii. eodẽ infundito: sapæ quadrantalia duo: aquę dulcis. q. i. hęc rude misceto ter in dies quinq; continuos. Hoc in loco quadrantalia pro amphoris quis intelliget: cũ de vino odorato loquens q̃d nõ familiæ sed dño cõcinnabatur: Post dies (inquit). xl. diffundito in amphoras: & addito in singulas amphoras sapę sextariũ vnũ. Rursus de vino Coo loquens: in doliũ (inquit) quinquagenarium infundito: aquę marinę quadrantalia decem: tũ acina de vuis miscellis decarpito de scapo in idẽ doliũ: vsq; dum impleueris. manu cõprimito acina vt cõbibant aquã marinã. vbi cõpleueris dolium operculo operito. Hoc loco quadrãtal amphorã significare videtur: si quiquagenariũ doliũ a quinquaginta amphoris intelligamus. Plinius lib. xiiii. Publius Licinius Crassus: & L. Cęsar cẽsores anno vrbis cõditæ. dclxxv. edixerunt nequis vinũ gręcũ amineũq; octonis æris singula quadrantalia vẽderet: hęc em̃ edicti verba sunt. Tãta vero vino gręco gratia erat: vt singulæ potiones in vno cõuictu darentur. sic apud Pli. omniũ exẽplariũ fide legitur: quę verba si nõ mendosa sunt: hoc significant: singula quadrantalia vini gręci: q̃d in tãta auctoritate erat vt semel in cõuictu vno miscerẽtur: octonis assibus: id est paulo plus ternis sestertiis nũmis venisse taxatione edictali. At Columel. lib. iiii. ita inquit. Vtq; trecẽtis nũmis quadragenę vrnę vęneant: q̃d minimũ preciũ est annonę: cõsumãt tamẽ septẽ culei sestertiũ duo millia & cẽtũ nũmos. Quadragenas vrnas viginti amphoras valere notum est: prę sertim Columellę ęstimatione. Quare Columel. maximã vini vilitatẽ nõ infra quinos denos nũmos in amphoras descẽdere affirmauit. Quod dictũ omnino Pliniano loco refragatur. Nam & ipse Plini⁹ alibi de Opimiano loqués: cẽtũ nũmos statuit opimiano vino: nõ iuuerato: sed recenti aut etiã musteo. Hic ne octonis millibus legendũ esse contendamus: facit magnitudo precii q̃d octoginta aureis ęstimamus: id est tribus millibus & ducentis sestertiis. Nã & Pli. ipse eodem libro ita inquit: de precio vini loquens. Rara quippe adhuc fuere: nec nisi importatis singulis testis millia nũmũ. nulla aũt testa minor potest esse amphora. Quadrantal (inquit Festus) vocabant antiqui amphorã: q̃d vas pedis quadrati octo & quadraginta sextarios capit. Plau. Anus hęc sitit: quantillum sitit: modica est: capit quadrantal. Quid si dicamus quadrantal vas ita dictum a latinis priscis vt Cybiũ a gręcis: idq; ex eodẽ Festo alibi his verbis. Cybiũ dictũ est quia eius mediũ ęque patet in omnes partes: q̃d genus a geometris Cybos dicitur. Vnde etiam tessellæ quadratę Cybi dicuntur. Nihil aliud de quadrantali constituere possumus: quod ad mẽsurę quidem modum pertinet. de forma enim constat. nec de loco quidem Plinii supradicto. hoc enim est vnum eorum quæ comprobata esse puto. Quod sequitur statim apud Plinium in eodem cap. in omnibus exemplaribus corruptum est. Quibus vinis auctoritas fuerit sua in mẽsa. M. Varro his verbis tradit. L. Lucullus puer apud patrem nunq̃ lautum conuiuium vidit: in quo plus semel græcum vinum daretur. ipse quum rediit ex

Asia millia cadorum congiorum diuisit amplius centũ.C.Censius: quem prætorem vidimus:Chiũ vinum in domum suam illatum dicebat tum primum quum sibi cardiaco medicus dedisset.Hortensius super decem cados hæredi reliquit.In vetusto exemplari non cados:sed cadum legitur, quare nõ decem cados(qd̃ ridiculum est)sed decem millia cadum lego. Cuius emendationis subscriptorem habeo Noniũ:qui locũ hunc ita citat in mentione cadi ex Varrone de vita patrum.Hortensius supra decẽ millia cadũ hęredi reliquit.In superiore autem loco non millia cadorum congiorum:sed millia cadum congiriariũ:ex vetustorum obseruatione lego. Sunt autem congiarii cadi qui congiũ tantum capiunt:id est senos sextarios Italicos. centum millia huiusmodi cadorum: amphoras valebant duodecim millia & quingentas.& modios Parisinos mille quingentos & circiter sexaginta.Hortensii autem.x.millia cadorum æstimare non possum post varietatem opinionũ de cado:sed tamen non potest maior esse summa Hortensii q̃ Luculli.Culeus mensura est vicenas amphoras continens:vel vrnas quadragenas:qua nulla maior mensura liquoris: vt aiũt illa carmina.Pli.lib.xiiii.de vinea Palæmonis grãmatici loquens. Digna opera quæ in cecubis setinisq; pficeret:quãdo & postea sæpenumero septenos culeos singula iugera:hoc est amphoras centenas quadragenas musti dedere.Ac ne quis victam in hoc antiquitatem arbitraretur: idem Cato denos culeos redire ex iugeribus scripsit.Hæc sunt(vt arbitror) mensurarum vocabula grecis latinisq; auctoribus celebrata:quę interdũ ipsa ad speciem & formam quandam vasis:magisq̃ ad modum quendam certumq; referuntur.Nam quum Cato in instrumẽto villici amphoram quinquagenariã enumerauit:eam intelligi voluit quæ duobus sextariis maior sit iusta mensura:vt nũc quadragenarios modios dicimus:qui modulis quatuor legitimam mensuram excedunt:sic vrnam quinquagenariam dixit Cato quæ amplius duabus vrnis legitimis capiat.Pro hoc Columel.de vino dulci loquens.Quũ deferbuerit(inquit)in sextarios quinquaginta irim bene pinsitã:nec plus vnciæ pondere addito.quinquaginta sextarios pro amphora quinquagenaria dixit.& rursus.Ex hac compositione q̃tum in sextarios musti quadragenos octonos adiiciendum sit: incertum est:quoniam pro natura vini æstimare oportet qnid satis sit. ego tamen si humida fuerit vindemia:trientem:si sicca:quadrantem medicaminis miscere solutus sum:ita vt quatuor vrnarũ esset musti modus. Vrna autem quatuor & viginti sextariorum:pro amphora octo & quadraginta sextarios dixit.at quum alibi ita inquit.Omne vinum quum cõdieris nolito statim diffundere:sed finito in doliis liquescere:postea quũ de doliis aut de seriis diffundere voles:vere florente rosa defęcatum q̃liquidissimum in vasa bene picata & pura transferto:si in vetustatem seruare voles:in cado duarum vrnarum q̃optimi vini sextarium aut fæcis genere rosæ recentis sextarios tres addito.Hoc in loco amphorã dicere poterat nisi ad formam vasis respexisset.Sic Plinius cados congiarios dixit:ac si congios in cadum formatos diceret.Amphoræ formam tesseraríam esse docuimus.Cadi formam turbinatam:id est coni & strobyli:hoc est nucis pineæ similem fuisse:ex Plinio intelligimus:qui quodam in loco turbines

Cõgiariũ cadus.

Culeus.

Quinquagenaria amphora

Cadus.

cadorum dixit.Vtebantur autem antiqui etiam ad salsamenta condenda.Idem Pli.lib.xxxii.Quin & testis cadi salsamentarii tusis cum axungia vetere ad parotidas vtuntur.Columel.Dolia quoq; & seriæ cæteraq; vasa ante quadragesimum vindemiæ diem picanda sunt:atq; aliter ea quæ demersa sunt humi:aliter quæ stant supra terram.Idem.Tum in serias singulas:quæ sint amphorarum septenum addito medicaminis pondo vnciam: scrupula octo gypsi.Seria formam certam vasis denotat:non certam mensuram.Plinius lib.xiiii.Magna & collecto iam vino differentia in cella: circa alpes ligneis vasis condunt: infodiuntq; terræ tota aut ad portionem situs:aut cœlum præbent:alii impositis tectis arcent.Doliũ autem quadragenariũ & quinquagenariũ Cato quũ dicit:dubitari potest an quadraginta quinquagintaue congiorum:aut quadrantalium dixerit:an totidẽ amphorarum:vt quum de greco vino loquens ita inqt. Musti.q.xx.in ahenũ aut plumbeum infundito:ignem subdito:vbi ebullibit vinum:ignẽ subducito:vbi iã vinum refrixerit: in dolium quadragenariũ infundito.Et paulo post.Post dies.xxx.dolium oblinito:ad ver in amphoras diffundito.Et rursus alibi.In dolium quadragenariũ infundito aquæ marinę quadrãtalia decem:tum acina de vuis miscellis decarpito de scapo in idem dolium vsq; dum impleueris:manu comprimito acina:vt combibant aquam marinam:vbi compleueris dolium operculo operito: relinquito qua interspiret: vbi triduum præterierit:eximito de dolio:& in torculario calcato:& id vinum condito in dolia lauta & pura & sicca. Hoc in loco quinquagenarium ab amphoris dictum accipio:quum ex eo dolia plura impleantur:quo modo ex quadragenario plures amphoras. Octonæ amphorę modium nostrum faciunt:id est Parisinum:cuius iusta mensura sex & triginta cõgios nostros capit:quos vulgus sextarios nulla ratione vocat:Sic singulę amphorę decẽ & octo quartarios nostros capiunt:hoc est sextarios Romanos duodequinquaginta.quaternę amphoræ semodios nostros faciunt.Cadus vero noster quẽ lingua vernacula vestigia latinitatis retinens: Caccum vocat:& trientẽ modii facit: amphoras duas & bessem capit hoc est duodenos congios Parisinos. Fidelia inquit Nonius vas samiũ ad plurimos vsus.Persius.Nec tamẽ inuideas q; multa fidelia putet in locuplete penu.Plau.ĩ Aulul.Sed si repperero o fides:mulsi congialem plenam faciam tibi fideliã.Eodẽ modo dixit congialẽ fideliã: quo Plinius cadũ congiarium.fideliam lingua nostra filietã corrupto vocabulo dicit.Orca vas erat Hispanicũ vt ex Varrone coniicio lib. pri. de re rusti. Sæpe vbi cõditum nouũ mustũ:orcę vt in Hispania feruore musti ruptæ:necnon & dolia:vt in Italia.Festus orcę formã dat his verbis.Orca genus marinæ belluę maximũ:ad cuius similitudinẽ vasa ficaria orcæ dicuntur.Sunt enim teretes atq; vniformi specie:cui cõgruit dictũ Persii Angustę collo nõ fallier orcę. Licet Hemolaus li.xxxv.ãphorę specie orcã fuisse auctore Probo citato dicat.vas fuit vinariũ oleariũq; & salsamẽtarium:atq; salgamariũ.cuius ratio nõ mẽsura sed sua forma cõstat.Dolia certã mensurã non habebant:sed q̃dam olim fieri capacissima ex Columel. intelligimus:qui de picandis doliis loquens:ita inquit.Sunt aũt sesquiculearibus doliis picis durę pondo vicena quina satis,Sesquiculeare doliũ

Seriã

Dolium quadragenariũ.

Fidelia.

Orca.

Dolium.

Columel.tríginta amphorarũ dolium appellat.quã iustã mensurã & vsitatam fuisse ex eius verbis coniicere aliquis possit.Dolia(inquit Nonius) vasa sunt grandia quibus vinum recõditur. Victruuius lib.vi.significare videtur legitimã dolii olearii magnitudinẽ culearẽ fuisse:his verbis. Cellarum aũt magnitudines ad fructuũ rationes & numerũ doliorũ sunt faciendę:quę quũ sint culearia: per mediũ occupare debent pedes quaternos.Plau.in Pseud.Anũ illã doliarem:claudã:crassam Chrysidẽ.Vẽtriosa autẽ fuisse dolia ex supradicto loco Victruuii:& ex Columel.lib.xiii. admonemur.sic em̃ inquit de vasis salgamariis loquẽs. Hęc vasa dedita opera fieri oportet patente ore:& vsq; ad imũ ęqualia:nec in modũ doliorũ formata: vt exẽptis ad vsum salgamis:quicquid superest æquali pondere vsq; ad fundum deprimatur:quũ ea res innoxia penora conseruet:vbi nõ innatent sed semp̃ sint iure submersa:qđ in vtero dolii vix fieri posset propter inęqualitatem figuræ.Rursus Plinius dolii magnitudinem aliam ponit:libro nono de polypo loquens qui in betica captus est.Ostendere(inquit)Lucullo caput eius dolii magnitudine:amphorarum quindecim capax.Vina autem in doliis inueterascere non sinebant antiqui:sed in amphoras & cados diffundebant.Inde illud satyrici poetæ. Ipse capillato diffusum consule potat.& Horatii in epistolis.Vina bibes iterum tauro diffusa:id est Tauro iterum consule inueterari cœpta.Plinius lib.xiiii.Apothecas fuisse & diffundi solita vina anno.D.xxxiii. vrbis apparet indubitato opimiani vini argumento:iam intelligente suũ bonũ Italia.Qui hũc morem ignorat:intelligere hic nequit Senecę dictum in quinto epist.ad Lucil. Ariston aiebat malle se adolescentem tristẽ:q̃ hilarem & amabilem turbę:vinum enim bonũ fieri qđ recens durum & asperum visum est:nõ pati ętatem qđ in dolio placuit:id est qđ musteum adhuc:& a lacu recens maturũ iam potui visum est.Culeus modios nostros duos & semis capiebat:id est sexaginta Romanos.Magnum autem vas fuisse ex eo apparet: q; in culeo scorteo damnati:lege Pompeia cum cane & gallo & vipera insuebantur: vt apud Tranquillum & Modestinum iurisconsultum legimus.Culeos nunc sesquimodiales habemus:id est duodenum amphorarum:cuius vocabulum vulgare:ad latinum alludit: quo genere ligeris fluuii accolæ vtuntur.Est & aliud genus culei maioris captus quos tonellos appellant.Columel.libro decimotertio.Odores autem vino fere apti sunt qui cum defruto coquuntur.Iris : fœnum græcum : schœnum: harum rerum singulæ libræ in defrutarium:quod ceperit musti amphoras nonaginta:quum iam deferbuerit & expurgatum erit:tum adiici debent.Et rursus idem.Cum amphoras musti nonaginta in defrutario decoxeris:ita vt iam exiguum supersit de coctura:qđ significat decoctũ ad tertias:tum demũ medicamina adiicito.Defrutariũ appellat ahenũ prægrãde quo mustũ coquit: ad sapam aut defrutũ faciẽda:quo modo hodie quoq; fit.Nã & Cato in instrumento villici ahenũ vnũ.xxx.culeorum enumerat.i.sexcẽtarũ ãphorarũ:& aliud decẽ culeorũ:qđ ducẽtas amphoras capit.Quare apud Catonẽ doliũ quadragenariũ:quadragenũ amphorarũ capax itelligo.idq; ex collatiõe locoꝝ licet cuiuis itelligere.Cato capite cẽtesimo,Schœnũ(inquit) & calamũ in pila contundito:quod fiet sextariũ

Diffundi Vina.

Culeus

vnum:quadragenario in dolio confundito:vt odoratum fiet.At vero Columel.loco supradicto libram vnam dixit satis esse nonaginta amphoris musti:quæ ad tertias decoctæ:tríginta fiunt amphoræ defruti.Quare quum Plinius dicit de vinis quæ inueterauerunt:rara quippe adhuc fuere:nec nisi importatis singulis testis millia nummum:non de doliis:sed de amphoris et cadis intelligo.quippe etiam alioquin vina diffusa exportabantur:nec in doliis diu esse sinebantur:quæ propter magnitudinem exportari facile non poterant:præsertim quum essent fictilia.Batus & Corus hebraica sunt vocabula:vt docet Iosephus lib.viii.antiquitatũ.Batus capit sextarios septuaginta duos.Corus autem Medimnos atticos vnum & quadraginta:vt ipse lib.iii.inquit circa finem.quare corus maior erat modio nostro triticario: qui centũ & quadraginta quatuor modios capit Romanos.Proinde fallũtur illi qui quadraginta non medimnos sed modios capere corum scripserunt.errorem eorum secuti qui medimnũ:modium latine interpretantur.Strabo de taurica cherroneso loquens:quã frumento abundasse scribit & ob id georgiam appellatam esse. λεύκωμα δέ φασιν ἐκ τῆς θεοδοσίας ἀθηναίοις τῶν μυριάδας μεδίμνων διακοσίας καὶ δέκα. Leuconem(inquit)autẽ ex Theodosia vicies semel centena millia medimnum frumenti Athenienſibus misisse.quo loco interpres ducentas & decem myriadas modium transtulit:quum totidem myriadas medimnum Strabo scripsisset.Hæc amplius octoginta quinq; millibus modium nostrorum valent. Hic licet æstimare q̃ta fuerit liberalitas Heronis Syracusanorum regis:qui vt auctor est Valerius lib.iiii.audita clade qua Romani apud Trasimenum lacum afflicti erant:trecenta millia modiorum tritici:ducenta hordei:auriq; ducenta & quadraginta pondo vrbi Romanæ muneri misit:quod ne Romani nollent accipere:in habitum id victoriæ formauit:vt eos religione motos munificentia sua vti cogeret.In aliis exemplaribus pondo ducenta quinquaginta legitur.adeo numeri (quod sæpe testamur)in exemplaribus auctorum omniũ corrupti sunt. Nam & apud Liuium.ccc.viginti pondo leguntur:libro secundo de secundo bello Punico: his verbis.legati Syracusani in senatum introducti nunciarunt cędem Caii Flaminii exercitusq; allatam:adeo affecisse regem Hieronẽ:vt nulla sui propria regniq; sui clade magis moueri potuerit.& paulo infra.Iam omnium primum ominis causa victoriam auream põdo.ccc.xx.afferre sese: acciperẽt eam tenerentq;:& haberent propriam & perpetuam.aduexisse etiam.ccc.mil.modiorum tritici : ducenta hordei:ne commeatus deessent:& q̃tum præterea opus esset:quo iussissent subuecturos:quæ ne accipere grauarentur : magnopere se patres conscriptos orare.Talentum auri minus sex millibus aureorum solatorũ æstimari nõ põt:qua ratiõe ducẽta quinquaginta talẽta quindecies cẽtena millia valẽt.q; si Liuiũ seq̃mur: simulachrũ illud ãpli⁹ vñuicies cẽtenis millib⁹ valuit.trecẽta aũt millia modio⁹ tritici duo millia modiũ nr̃orũ & paulo min⁹ cẽtũ valẽt:etiã vt modios Italicos nõ siculos intelligam⁹:quorũ differẽtiã antea adnotauim⁹.Hęc si ęstimationẽ Ciceronianã seq̃mur (vt minimũ) decies sestertiũ valuerũt & quiq; & vigiti millib⁹ aur. taxabunt.Ducẽta millia hordei quãti valuerit:ex tritico ęstimari põt.Nõ im-

Batus Corus.

Liberalitas Hieronis.

merito igitur illa munificentia a Valerio Maximo inter liberalitates memorabiles adnumerata est. Quartarium apud Catonem sic congii quartam partem significare autumo: vt tertiarium: tertiam: & sextariũ sextã. Amurcæ (inquit ille) in vas æneum indito congios duos: postea igne lenui coquito: rudicula agitato crebro: vsq; adeo dum fiat tã crassum q̃ mel. postea sumito bituminis tertiarium: & sulphuris quartarium. conterito in mortario per se vtrũq;. Col. lib. xiii. in sextarios duodequinquaginta fermenti libram: fici aridę pondo quadrãtem: salis sextarium: hæc subterito & subtrita cum quartario mellis aceto diluito. quartariũ in mensura pro quadrante congii intelligo: vt in pondere pro quadrante libræ. Nos brochum appellamus sesquisextarium Parisinũ: qua mensura dimidio maior est vrna. nam sedecim vrnæ modium nostrum faciunt: id est quatuor & viginti brochos. Vrna vt diximus etiam hemiamphorium seu semiamphora dicitur. Illud admirari subit quonam modo modulos antiquos vrbs nostra seruare potuerit etiam græcos: quod ne magnopere mirer: facit q; etiam verba ipsa græca lingua ipsa vernacula tot sæculis sępius immutata retinet. Iam primũ medimnũ vocabulum lingua vernacula incolume pene seruat: secunda tantum & tertia litera intertritis: mimnã vocans: quasiq; per syncopen proferens: Huius dimidium diminutiue idiomate nostro formans. modius autem gallicum vocabulum est & aridorum & liquidorum mensurę: non modum priscum: sed varium pro locorũ varietate obtinens. In aliis vasis nostris & cõditoriis & modulariis etiã etyma græca agnosco. Prima mensurarum nostrarũ deorsum auspicando cheopina a nobis dicitur: ex eo (vt arbitror) dicta: q; ea tantum funditur vel hauritur vini: q̃tum homo sitibundus vno haustu absumere possit. Hæc duplex: pintã efficit: ex eo vocabulo detortam quod græci pitynã appellant: vas quoddam vinarium significantes. ex pityna enim per syncopen pitna: deinde trãspositione pinta dicta, pino enim græce bibo significat. quartarium autem dicimus non quartam partem alicuius maioris mensuræ: vt latini vocauerunt: sed vas quod quatuor mensuras caperet: id est quaternas cheopinas. sic tertiarium: quod tres. Porro quartarios quaternos sextarium nulla ratione lingua vernacula vocitauit: quæ quidem hodie assignari possit in iis mẽsuris quas habemus: quare latine cõgium potius q̃ sextarium dixerim: vt græci choa dicunt. Brochus a verbo greco brecho dicitur: quod fundo significat. Brochus enim vas est fundendo vino accommodatum: implendis deplendisq; culeis & vasis conditoriis: & vino quocunq; modo transuasando. hoc græci œnophorum ex eo appellant: q; cõportando vino aptũ sit. Inde illud satyrice dictum a Iuuenale. Tandem illa venit rubicundula: totũ Oenophorum sitiens: plena q̃ tenditur vrna Admotum pedibus. Lagena vas est ea forma qua hydrię fictiles hodie a Bellouacis importãtur: a tereti enim collo distenta vẽtris laxitas iterum sensim ad imũ gracilescit. Docet hoc Colu. li. xiii. de seruandis malis loquens. Nihil tamen certius aut melius (inquit) experti sumus: q̃ vt cydonea maturissima in lagena noua: quæ sit patentissimi oris: detersa lanugine quæ malis inest: componantur leuiter & laxe: ne collidi possint, deinde quum ad fauces vsq; fuerint composita: vimineis sur-

Mensurę Parisinæ.

Lagena.

culis sic transuersis arctẽtur: vt modice mala comprimant: nec patiantur ea quũ acceperint liquorem subleuari: tum q̃optimo melle vas repleatur. & reliqua. Pli. li. xi. Summæ gulæ fauces vocantur: postremũ stomachus: hoc nomine est sub arteria iam carnosa inanitas adnexa spinæ: ad latitudinem ac longitudinem lagenæ modo fusa. Idem lib. xxviii. Auri grauitati prodest vrina capri vel tauri: aut fullonia vetus calfacta vapore per lagenæ collum subeunte. In superiore tamen exemplo: antiqua quæ vidi exemplaria non lagenæ modo: sed lacunæ habent. nec mihi lagenæ formam stomachus habere videtur: qui consectionibus faciendis aliquando interfui: & stomachum spiritu distẽtum vidi: potiusq; cucurbitæ formam leniter inflexæ: & ab summo imoq; tubulatę habere existimarim. nolim tamen hoc in loco periclitari vt aliquid de hoc statuam. Seria vas erat variæ capacitatis ad multos vsus accommodatum. Colu. libro. xiii. de vino dulci faciendo loquens. Tum in serias singulas quæ sint amphorarum septenum addito medicaminis pondo vnciam scrupula octo gypsi. Erant enim seriæ grandia vasa vt dolia: vnde vinum ad vetustatem seruandum in vasa minora diffundebatur. Idem. Postea quum de doliis aut de seriis diffundere voles: vere florente rosa defęcatum q̃liquidissimũ in vasa bene picata & pura transferto: si in vetustatem seruare voles: in cado duarum vrnarum q̃ optimi vini sextarium: aut fęcis generosę trecentis sextarios tres addito. Idem de myrtite vino loquens. Post nonum diem q̃ id factum est vinum purgatur: & scrupulis aridę myrrhę seria suffriatur: operculũq; super imponitur: ne quid eo decidat. hoc facto post decimũ diem rursus vinum purgatur: & in amphoras bene picatas: & bene olidas diffunditur. Ego tamen non aridę myrrhæ scrupulis suffriãdam seriam puto: sed scopulis aridę myrti seriam suffricandam. Seriam oblonga forma fuisse puto: & in summo ceruicatam. Idem Columel. de salsura suillæ carnis loquens. Sed quũ ad fauces serię peruentũ est: sale reliqua pars repletur: & impositis ponderibus in vas cõprimitur: eaq; caro semper cõseruatur: quę tãq̃ salsamentũ in muria sua permanet. Fidelię qua forma fuerint legisse me nõ memini: sed fictiles & vitreas apud Columellã legim9. Hęc habuimus de mensuris quæ diceremus. Sed obiter videndum quid sit qd̃ Apocalypseos sexto capite in descriptione tertii sigilli legitur. bilibris tritici denario vno: & tres bilibres ordei denario vno. hoc quum ego mirarer: græce sic repperi scriptum: χοῖνιξ σίτου δηναρίου: καὶ τρεῖς χοίνικες κριθῶν δηναρίου. id est: Chœnix frumẽti denario: & tres chœnices ordei denario. ac si diceret: q̃tũ quis die vno frumẽti absumere potest: denario vno vẽdi tur. Interpres chœnicẽ tritici duas libras pendere existimauit: & ideo bilibrem transtulit. In quo verbo exponendo Liranus somnia narrare mihi videtur. Inter scholia autẽ quæ in eũ librum edita sunt: legimus chœnicẽ duos sextarios Romanos significare: quod quũ sit verũ: nõ bilibris tritici sed trilibris verti debuit: si sic loqui necesse fuisset. tantum enim pendet sextarius tritici Romani: quũ modius teste Plinio quatuor & viginti pondo pendeat. græce tamen non tritici: sed frumenti legitur: quod quum sit nomen generis: libralis sextarius esse potuit si leuissimum genus frumenti appenderetur: vt hordeum. Verumenimuero vt vnde exorsa est

Seria.

Fidelia.

Apocalyp. locus.

hæc commentatio eo tandẽ cludatur: triens: quadrãs: & alia noĩa ab asse & vncia deriuata: nõ modo pondera: sed etiã mensuras infra sextarium: nummorũq; vocabula significarunt. Quare quum de mẽsuris dictũ sit: restat vt de nummorum significatione exẽpla citentur. Plinius li. xxxiii. Nota ęris fuit ex altera parte Ianus geminus: ex altera rostrum nauis: in triẽte vero & quadrante ęra. Hic quadrans: teruncius alter dicitur: de quo satis diximus. erat enim assis & libellę quartarius: deni autẽ quadrantes sestertium valebant: & quaterni sestertii denarium. Ita fit vt pro sportula deni sestertii darentur. quos denis caroleis & semisse ęstimãdos esse dico. Caroleos nostri denarios: quasi dextantes aliquando vocitarũt: ita vt assem: nostrum solidum esse existimemus: duodenos denariolos valẽtem. tanti est illa sportula a Iuuenale Martialeq; decantata: quę merces salutationum erat olim: & togatis id est comitibus & asseclis dabatur rectæ cęnæ loco. de qua Iuuenalis. Nunc sportula primo limine parua sedet turbæ rapienda togatæ. Sed quum summus honos finito computet anno: Sportula quid referat: q̃tum rationibus addat: quid faciẽt comites: quibus hinc toga: calceus hinc est? Martialis identidem centum quadrantes vocat: misellos appellans ob tenuitatem pecuniæ: præsertim Romæ: vbi omnia cara erant vt ex pręcedentibus liquet. Columel. hoc strinxit in prę fatione rei rusticæ his verbis. An honestius dixerim mercenarii salutatoris mendacissimum aucupium: circunuolitantis limina potentiorum: somniumq; regis sui rumoribus augurantis? Ex hoc tamẽ coniicere opes diuitum Romanorum licet: qui numerosæ turbæ quotidianam hanc mercedem darent. Tranq. de initio principatus Neronis loquens. Adhibitus sumptibus modus: publicæ cœnæ ad sportulas redactæ. Augusti autem instituto diuites cœnam rectam dabant: quę maioris erat & liberalitatis & impensæ. Propter quod Martialis: promissa est (inquit) nobis sportula: recta data est. Sportulam enim pręrecta contemnendam arbitrabantur. Idem Tranq. in domitiano. Sportulas publicas sustulit: reuocata cænarum rectarum consuetudine. Hactenus de sportula. Sestans nummulus erat quadrante minor duas vncias valens. Pli. lib. supra dicto. Populus Romanus stipem spargere cœpit. L. Posthumio. Q. Martio cõsulibus: tanta pecunia erat vt eam conferret. L. Scipioni: ex qua is ludos fecit. Nam q; Agrippæ Menenio sextantes ęris in funus contulit: Honoris id: necessitatisq; propter paupertatem Agrippę: non largitionis esse dixerim. Vnciaria stips apud eũdẽ lib. xxxiiii. cap. v. dimidio minor est sextãtaria: par ferme obolo nostro. Apud gręcos hęc ratio nũmarię rei fuit: vt obolus atticus octonos Chalcos valeret. licet Plinius denos dicat libro xxi. Bini autem chalci: id est ęreoli quadrantem efficerent: quod ab eis tetartemoriũ dicit: & per syncopẽ tetartemorũ: ob id alio noĩe dichalcũ vocitatũ. Chalci aũt quaterni hemiobolĩũ. i. semiobol9 dicebat: semi ãt chalci triẽs dicebat: immutata ratiõe sermonis: nõ em̃ triẽs dicebat tertia ps oboli: vt tetartemoriũ quarta: sed q; tres essent ptes oboli: ita fit vt triẽs maior semisse: id est semiobolo fuerit: fere tamen apud græcos tritemorum id est triens pro tertia parte cuiusq; rei accipi solet: vt quum dicunt. τριτημόριον ταλάντου καὶ τεταρτημόριον ταλάντου: id est trientem quadrantẽq;

Quadrãs & Teruncius.

Sportula id est cẽtum quadrantes.

Cœna recta.

Sestãs.

Ratio rei nũmariæ apud gręcos.

Chalcus.

Dichalcũ

talenti: & quadrantem diei pro sex horis. Theodorus gaza in tractatu de mensibus. ἡμέραισι τοιγαροῦν τριακοσίαισι καὶ ἑξήκοντα καὶ πέντε ὁριζόμεροι ἡμῖν ὁ ἐνιαυτὸς ἔσται κατὰ τὴν ἡλίου περίοδον: προσιθεμένου τοῦ καὶ μορίου ἡμέρας ἐπ' ἔλαττον ἢ ὅσον τεταρτημόριον τῷ ἀριθμῷ τῶνδε. diebus igitur (inquit) trecentis & sexaginta quinq; finitus nobis erit annus secũdũ solis ambitũ: dũtaxat addita huic numero parte quadã diei quæ minuscula sit q̃ quadrans. Triobolum alio nomine hemidrachmiũ dicitur: senos em̃ obolos drachma efficit: vt auctores sunt Plinius & Pollux & alii. Trioboli nota ab altera pte effigiẽ Iouis: ab altera noctuã habebat: quã illi glaucen appellãt. Ex quo factum arbitror prouerbiũ noctuã Athenas γλαῦκα εἰς ἀθήνας: cõtra eos negociatores vsurpatũ qui eas merces in emporia importãt quæ ibidẽ vernaculę sunt & multę: q̃q̃ ad auem noctuam referri vulgo soleat: quæ in attica frequens videtur. Tetrobolum quatuor obolos dicebãt: hoc est bessem drachmæ. numisma erat habẽs effigiem Iouis vt triobolum: & postica parte binas noctuas. Diobolum duos obolos valebat: qui triens erat drachmæ. obolus primã habet breuẽ: sed in compositione productã: vt in diobolo: triobolo: tetrobolo: τριώβολον τετρώβολον διώβολον. Cum ergo drachma attica quaternis sestertiis Romanis valeret: id est denario vno: sestertius Romanus sesquiobolum atticum valuit: vt obolus omnino semissem nostrum & denariolum valuerit: ac si septuncialẽ nũmulũ haberemus. Hac ratione diobolus septenos sestãtes nostros valebat. quare Plautus in Pęnulo quũ dixit. Non ego homo trioboli sum nisi ego illi mastigię exturbo oculos atq; dentes. sic intellexit ἄξιος τριωβόλου vt gręci loquũtur: id est nõ æstimandus triobolo attico seu duobus sestertiis. sic alibi. Aruspex nõ homo trioboli. genitiui sunt schemate gręco enunciati. & trioboli igitur hominem vocat vocabulo monoptoto: vt nauci hominẽ antiqui dixerunt & frugi. Idẽ in eodẽ Pęnulo. Seruorũ sordidulorũ scorta diobolaria. Festus meretrices diobolares appellatas ex eo dicit: q; duobus obolis ducerẽtur. diobolaria ergo scorta dixit tãti prostantia: q̃ti solidus noster est & sestãs. Solidus noster (vt sępe dixi) notus etiam est transalpinis & externis finitimis. Quũ autẽ hęc scriberem ducatus vnus probi characteris quadraginta solidis nostris permutabatur. Cæterũ nos oboli vocabulũ a græcis mutuati sumus. Romani em̃ eo nõ vtebãtur. Q; autẽ recte hos nũmulos æstimarim: his exemplis cognoscitur. Prostibula em̃ scorta & in lupanari prostantia sermone vulgari solidũ vnũ merere dictitantur: qd̃ cõuenit cũ diobolo. Bos etiam olim numisma erat atticũ bouis nota percussum: didrachmũ alio nomine dictũ. Inde hecatombœum dictũ quicquid duabus minis atticis æstimabile esset: id est ducẽtis drachmis. Inde hecatombœa arma apud Homerum Iliados sexto: vt quidã volunt: vbi Homerus permutationẽ armorũ Diomedis & Glauci scripsit: cuius meminit Iustinianus in pręfatione Pandectarũ: & nos explicuimus in annotationibus nostris. ab eo nomismate notũ est apud græcos adagiũ βοῦς ἐπὶ γλώττης βέβηκεν. Bos super linguã situs est. contra eos vsurpatũ qui aut pecunię auctoramento loquendi libertatẽ perdiderũt: aut mulctæ irrogandæ metu quæ dicenda sunt reticent. Huiusmodi multi in Francia vt alibi sępe fuerunt. qd̃ genus hominũ cum semper noxiũ rebus bene gerendis fuit: tum

Triobolũ

Noctuã Athenas

Tetrobolum.

Diobolũ.

Homo trioboli.

Diobolaris.

Didrachmũ.

Hecatõbœum.

Prouerbium.

vero illi deterrimi atq; exitiabiles qui non bouem modo in ore: sed ouem in fronte: vulpem in corde gerunt. Quod genus si a clauo summę rei gallicæ longissime summotum semper esset: longe melius prouidentia nobiscum videretur egisse. Sed ad hunc locum pertinere videretur id qd̃ ab Aulogellio dicitur lib. x. noctium Atti. Coniectare autem (inquit) ob eandem causam possumus q; Italia olim esset armentosissima: mulctãq; quę appellatur suprema: institutam in singulos dies duarum ouium. xxx. boum. pro copia scilicet boũ: pro q; ouiũ penuria. Sed quũ eiusmodi mulcta pecoris armẽtiq; a magistratib9 dicta erat: adigebãtur oues bouesq; alias precii parui alias maioris: eaq; res faciebat inęqualẽ mulctę pœnitionẽ. Idcirco postea lege aterina constituti sunt in oues singulas æris deni: in boues ęris cẽteni. Minima aũt mulcta est ouis vnius. Sup̃ma mulcta ẽ eius nũeri quẽ dixim9. vltra quã mulctã dicere in dies singulos ius nõ est: & ꝓpterea sup̃ma appellat̃. i. summa & maxima. Qñ igit̃ nũc quoq; a magistratibus populi Ro. more maiorũ mulcta dicit̃: vel minima vel sup̃ma: obseruari solet vt oues genere virili appellẽtur. atq; ita. M. Varro verba hęc legitima qbus minima mulcta diceret̃ concepit. M. Terẽtio quando citatus neq; respondit: neq; excusatus est: ego ei vnũ ouem mulctã dico. Ac nisi eo genere diceretur negauerunt iustã videri mulctã. Festus. Peculatus: id est furtũ publicũ dici cœpit a pecore tũc quũ Romani prętер pecudes nihil haberent. Plinius lib. xxxiii. Vtinam posset e vita in totum abdicari aurũ: sacra fames: vt celeberrimi auctores dixere: proscissum conuiciis ab optimis quibusq;: & ad ꝓnicie vitę repertũ. q̃tum fœliciore æuo quum res ipsę permutabantur inter se: sicut & Troianis tẽporibus factitatum Homero credi conuenit: q̃q̃ & ipse miratus aurũ: existimationes rerum ita fecit: vt centũ boum arma aurea permutasse Glaucum diceret cum diomedis armis nouem boum: ex qua cõsuetudine mulcta legum antiquarum pecore cõstat etiam Romę. Plinii verba Gellii auctoritate qui sub Adriano imperatore scripsit ita interpretanda sunt: vt mulcta Romę pecore constaret verbo tenus. nã minima mulcta in singulos dies erat ouis vnius estimatio prisca: id est denarius vnus: seu asses deni. Sũma autem mulcta triginta boum & duarum ouium estimatio: id est tria millia & viginti æris: id est trecentę & duæ drachmæ. Hoc consentaneum esse videtur cũ eo quod dicitur in lege vltima de modo mulctarum in codice Iustiniani. Illa enim lege omnes iudices infra proconsularem potestatem vltra quadrantem auri mulctare quẽq̃ vetantur. Libram auri obryzi diximus cẽtum & duodecim solatis aureis estimandam esse. Huius quadrãs paulominus triginta aureis coronatis valet: id est argenti drachmis trecẽtis. Procõsulare autem imperiũ summã mulctam non vltra auri semissem dicere poterat. id est aureos sexaginta. Hactenus coercita erat omnis potestas pro cõtumacia quidẽ punienda: aut leui admisso. Nã delicta priuata: vt cõcussio & furtum: vlterius mulctari poterãt. Hodie apparitores & viatores: qui vel interdicto vel iussu iudicũ aliquid vel iubent fieri: vel vetant: fere centũ librarũ argenti mulctam interminari solent: si quid cõtra iussum edictũve factum aut admissum fuerit. Eodẽ titulo permissa erat potestas præfecto p̃torio vsq; ad quinquagenas libras auri ꝓ summo ma-

De modo mulctarum.

leficio mulctãdi: qd̃ non ad dignitatem pręfecturę: sed ad flagitii atrocitatem refero: quũ procõsul qui intra semissem arctatur: omne imperium habuerit vt ex titulo de officio ꝓconsulis intelligimus: & p̃ter ea ex principũ Romanorũ cõsuetudine. Moris enim fuit principibus Romanis & Cęsaribus vt accepta statim purpura tribunitiã potestatem & ꝓconsulare imperium extra vrbẽ assumerẽt inter alia Cęsarea dignitatis vel principatus insignia. Tacitus lib. xii. Virilis toga Neroni maturata: quo capessendæ Reip. habilis haberetur: & Cęsar adulationibus senatus liberius cessit: vt vicesimo ætatis anno cõsulatũ Nero iniret: atq; interim designatus ꝓcõsulare imperiũ extra vrbẽ haberet: ac princeps iuuẽtutis appellaretur. Apud eũdẽ lib. xiii. Agrippina cõtra Neronẽ filiũ excãdescẽs: & exprobrãs q; matris beneficio: id est suo: Nero ad imperiũ assumptus esset: baiarũ (inquit) suarũ piscinas extollebat: quũ meis cõsiliis adoptio & ꝓcõsulare ius & designatio consulatus: & cętera adipiscẽdo imperio p̃parareṅt. Lãpridius. interfecto (inquit) Vario Heliogabalo Alexãder vrbe Arcena genitus Varii filius: cõsobrinus ipsius Heliogabali accepit imperiũ: quũ ante Cęsar a senatu esset appellatus: interfecto. s. Macrino. Augustũq; nomẽ idẽ recepit: addito etiã vt & patris patrię nomẽ & ius ꝓcõsulare & tribunitiã ptãtẽ: & ius quintę relatiõis: deferente senatu vno die assumeret. Capitolinus de Maximo & Balbino. Decretis ergo oibus impatoriis honoribus atq; insignibus: ꝓcepta tribunitia ptãte: iure ꝓcõsulari: põtificatu maxio: patris & patriæ noie meruerũt imperiũ. & in. M. philosopho: suscepta filia tribunitia ptãte donatus est: atq; impio extra vrbẽ ꝓcõsulari. Præsides aũt ꝓuinciarũ: ius tantũ p̃toriũ habebãt: qd̃ inferioris erat imperii q̃ ꝓcõsulare. Vopiscus in Probo. Accepto igit̃ hoc senatus cõsulto secundũ orationẽ ꝓmisit patribus: vt ex magnorũ iudicũ appellationibus ipsi cognoscerent: ꝓcõsules crearẽt: legatos cõsulibus: ius pretoriũ p̃sidibus darent: quas leges Probus ederet: senatus cũ sultis propriis cõsecrarẽt. Ex quibus verbis intelligere possumus præsidibus ꝓuinciarũ dari solitã a principibus pretoriã ptãtẽ: & quibusdã rectoribus ꝓcõsularẽ: qd̃ ius Probus impator ad senatũ detulit. Cuius hodie instar est: q; curia suprema pręsides ꝓuinciarũ & p̃fectos ad iusiurandũ adigit: & principum cõstitutiones prius animaduersas & consideratas ꝓmulgandi ius habet. Mirũ vero mihi visum est in nomismatibus antiquis inter titulos impatorios hoc nõ legi. Cõtra id qd̃ diximus de mulcta maxima apud priscos exemplũ apud eundẽ Gellium lib. nono: vbi de Appii Cęci filia loquit̃: q̃ ob vnũ ꝓbũ verbũ ab ędilib9 mulctata est. Ob hęc mulieris (inquit) verba tam improba ac tam inciuilia ędiles plebei mulctã dixerũt ei ęris grauis. xxv. millia. id factum bello Punico primo. vigintiquinq; millia ęris ducentorum & quinquaginta boum mulctã æquarunt: id est totidẽ aureorum nostrorum. quare (vt dixi) superius dicta non de mulcta maleficiorum & criminum: sed de mulcta cõtumaciæ intelligenda sunt. Hic operæ precium est æstimare leges sumptuarias: non illas priscas quæ denos æris in dies singulos statuebant impensæ escariæ. sed recẽtiores & post victam Asiam latas. de quibus Gellius lib. ii. sic inquit. Postea. L. Sylla dictator cum legibus priscis situ atq; senio obliteratis: plęriq; in patri-

Tribunitia ptãs & ꝓcõsulare imperium.

Ius pretorium.

Leges sumptuariæ.

moniis amplis helluarentur: & familiam pecuniãq; suam prandiorũ gurgitibus proluissent: legem ad populum tulit: qua cautum est: vt calendis idibus: nonisq;: diebusq; ludorum & feriis quibusdam solennibus sestertios tricenos in cœnam insumere ius: potestasq; esset: cæteris autem diebus omnibus non amplius ternos. Postremo lex Iulia ad populum peruenit Cæsare Augusto imperante: qua profestis quidem diebus ducenti finiũtur. calendis: idibus: nonis: & aliis quibusdam festiuis trecenti. nuptiis autem & repotiis sestertii mille. Esse etiam dicit Capito Atteius: edictum diui ne Augusti an Tyberii: non satis cõmemini. quo edicto per dierum varias solẽnitates a trecẽtis sestertiis vsq; ad duo millia sumptus cœnarũ propagatus est: vt his saltem finibus luxuriæ efferuescentis æstus coerceretur. In libris impressis sestertii millies pro sestertii mille legitur: qui æstimatione nostra quinq; & viginti aureis æstimãtur coronatis, q; si Gellius sestertia mille scripsisset: quinq; & viginti millia intelligerẽ: si sestertium millies centuplicato summa cresceret. Sed animaduertendũ mihi videtur a denis assibus leges ad septenos & semissem venisse: hoc est ad ternos sestertios etiã Sylla dictatore: cuius priuignus Scaurus theatrũ luxu fidem excedente extruxit. Ridicula igitur lex Syllana mihi fuisse videtur: quæ id sanciret qđ nemo sequeretur. Notanda igitur illa Augusti: quæ ducẽtos sestertios in singulas cœnas taxauit: hoc est aureos quinq; nostros: & diebus festis trecentos. nuptiis autẽ & repotiis: id est postridie nuptiarum sestertios mille. quæ summa longe abest a sumptu quẽ in nuptiis facitamus. Ex pđictis patet quid centussis apud Lucilliũ fuerit: id est quadraginta sestertii: qui legem sumptuariã centussem vocitauit ob cẽtum assium taxationẽ: vt auctor est Macrobius in. iii. Satur. Vnde cœnæ centenariæ a Tertulliano dictæ. Priscæ autẽ Romanorum paupertatis indicia sunt quæ a Valerio lib. iiii. scribũtur de paupertate: ex quo verba hæc trãscribẽda duximus. Itaq; cũ secũdo Punico bello. Gneus Scipio ex Hispania senatui scripsisset: petens vt sibi successor mitteretur: quia filiam virginem adultæ iam ætatis haberet: neq; ei sine se dos expediri posset: senatus ne respub. bono duce careret patris sibi partes desumpsit: consilioq; vxoris ac propinquorũ Scipionis constituta dote: summã eius ex ærario erogauit: ac puellam nuptui dedit. Dotis modus. xl. millia æris fuit: qua non solũ humanitas patrũ conscr. sed etiã habitus veterum patrimonioꝝ cognosci potest. nãq; adeo fuerunt arcta vt Tatia Cæsonis filia maximam dotem ad virum. X. millia æris attulisse visa sit. Et Megalia quia cũ quingentis millibus æris mariti domũ intrauit: dotatæ cognomẽ meruit. quadraginta millia æris nostro numismate quadringentos coronatos valẽt: quingenta millia æris quinq; millia aureorũ. Propter quã summã per antonomasiã Megalia dotata vocitata est. Dotes autẽ postea creuisse ex Iuuenale didicimus: apud quẽ decies cẽtena millia: & bis quingẽta legim⁹. bis quingenta dedit: tanti vocat ille pudicã. alibi. Et ritu decies centena dabũtur Antiquo: veniet cũ signatoribus auspex. Decies sestertiũ (vt sæpe diximus) quinq; & viginti millia aureorũ nostrorũ æstimari possunt. Strabo. li. iiii. de Massiliẽsibus loquẽs: τῆς δὲ λιτότητος τῶν βίων καὶ τῆς σωφροσύνης τῶν μασσαλιωτῶν· οὐκ ἐλάχιστον ἄντις θείη τοῦτο τεκμήριον, ἡ γὰρ μεγίστη προῖξ αὐτοῖς

Cẽtussis.

Priscorũ Romanorũ paupertas.

Dotata Megalia.

ἐστὶν ἑκατὸν χρυσοῖ· καὶ εἰς ἐσθῆτα πέντε· καὶ πέντε εἰς χρυσοῦν κόσμον, πλέον δ᾽οὐκ ἔξεστι. Frugalitatis autẽ vitæ & cõtinẽtiæ Massiliensiũ maximũ hoc indiciũ existimari potest: q; dos apud eos maxima cẽtũ sunt auri: & eo amplius in vestẽ quinq;: & in mũdũ muliebrẽ aureũ quinq;. amplius aũt doti dicere non licet. Centũ aureos Romanos Strabonẽ intellexisse puto: tũc em̃ quũ scripsit Strabo oĩa Romanis parebãt in Gallia. Ex prædictis etiã apparet q̃ti æstimari debeat sportulæ solennes in p̃uincia Pliniana: quarũ fit mẽtio in epistolis ad Traianũ: his verbis. Qui virilẽ togã sumũt: vel nuptias faciũt: vel ineunt magistratũ: vel opus publicũ dedicant: solent totã Bulen: atq; etiã e plebe non exiguũ numerũ vocare: binosq; denarios vel singulos dare. mille em̃ denarii centum aureos valent: duo millia denarium ducentos aureos. quare illæ sportulæ tanti aut pluris constabant: cum ipse dicat: ita vereor ne ii qui mille homines: interdum etiam plures vocant modũ excedere: & in speciẽ dianomes incidere videãtur: id est diuisionis & largitionis. Criminosum enim verbũ diuisionis erat propter ambitus suspitionẽ: sed in omnibus Plinii exẽplaribus hoc verbũ varie corruptũ est. Nunc vt fausta ac felici clausula disputationẽ hãc peragam⁹: percurramus ea quæ in euãgelio legũtur: iam primũ Matthæi decimo. Nõne duo passeres asse veneunt? οὐχὶ δύο στρουθία ἀσσαρίου πωλεῖται. assis duos sextantes nostros valuit: id est denariolos quatuor. & Lucæ. xii. οὐχὶ πέντε στρουθία πωλεῖται ἀσσαρίων δύο. Nonne quinq; passeres veneũt assibus duobus: id est dipõdio? & Matthæi. xx. Denarius diurnus tres solidos & semissem valet: quanti vinitores fere conduci solent. συμφωνήσας μετὰ τῶν ἐργατῶν ἐκ δηναρίου τὴν ἡμέραν: pactus cum operariis denario in diem. Q̃z autem denarius fuerit Romanus ex eo apparet q; cap. xxii. dicitur. Ostendite mihi nomisma census: at illi obtulerunt ei denarium: in quo effigiem Cæsaris fuisse dicit, οἱ δὲ προσήνεγκαν αὐτῷ δηνάριον. Ex quo apparet in denario fuisse effigiem Cæsaris Augusti vel Tyberii: & tales hodie denarii circũferuntur: ne quis de eo dubitare possit. Plinius libro sexto. Annii Plocamii qui maris rubri vectigal a fisco redemerat: libertus: circa Arabiam nauigans Aquilonibus raptus præter Carmaniã: quintodecimo die Hippuros portum Taprobanes inuectus: hospitali regis clementia sex mensium tempore imbutus alloquio: percontanti postea narrauit Romanos & Cæsarem. mirum in modum in auditis iustitiam ille suspexit: q; pares pondere denarii essent in captiua pecunia: quum diuersæ imagines indicarent a pluribus factos. Et Ioannis sexto. Ducentorum denariorum panes non sufficiunt eis: vt vnusquisq; modicum quid accipiat. διακοσίων δηναρίων ἄρτοι οὐκ ἀρκοῦσιν αὐτοῖς ἵνα ἕκαστος αὐτῶν βραχύ τι λάβῃ. Deinde subdit. Discubuerunt ergo viri numero quinq; millia. Ineamus nunc rationem: ducẽti denarii viginti aureos nostros valẽt: id est quinq; & triginta frãcicos: cõmoda apud nos annona eẽ dicit̃ quũ terni primarii panes quincũce veneũt: q nũmus vulgo albulus appellat̃. Si igit̃ cõmodã annonã sequamur: & qualis eo anno fuit quũ hæc scriberẽ: in singulos francicos duodequinquaginta quincunces numerabimus: quem numerum si tricies. quinquies ducas: mille sexcẽti & octoginta quincunces fient: q singuli quũ ternos panes faciãt: fiũt in summa panes quinq; millia & quadraginta. qua ratione vnusquisq; panẽ

Dotes Massilienses.

Dianome diuisio.

Loca in euãgelio explicata.

As & assis.

Denari⁹ diurnus.

vnũ habere potuit: & ſic pane ſatiari: qd conuenire cũ dicto euangeliſtæ nõ videtur: ſed fortaſſe carior erat annona Hieroſolymis: id quod facile crediderim ex Strabone: qui agrum Hieroſolymitanũ ſterilẽ eſſe dicit. nam & hic ſæpe panis primarius ſextãtibus venit. qua ratione quatuor millia & ducenti panes eſſent. Marci etiam ſexto ita legitur. ἀπελθόντες ἀγοράσωμεν δηναρίων διακοσίων ἄρτους: καὶ δῶμεν αὐτοῖς φαγεῖν. Eamus emptũ panes ducentis denariis: & demus illis vt edant: quaſi ſcilicet ducenti denarii ſatiare turbam tantam poſſent: quod apud Ioannẽ hyperbolice refertur: in quo agnoſcimus ſtuporem diſcipulorum: qui mirarentur domi nũ tantam turbam paſcere velle: quum id non poſſe fieri arbitrarentur. Marci. xii. καὶ ἐλθοῦσα μία χήρα πτωχὴ ἔβαλε λεπτὰ δύο ὅ ἐστι κοδράντης. & accedẽs vna Iudæa paupercula iecit minuta duo: quod eſt quadrans. quadrantes autẽ æreos fuiſſe patet ibidem vbi dicitur iecisse æs in gazophylacium: pro quo græce χαλκὸν dicitur. In actibus apoſtolorum: ſiue acta appellare malimus cap. vndeuicesimo ita legitur de exorciſtis iudæis. multi autem ex eis qui fuerant curioſa ſectati: contulerunt libros: & combuſſerũt eos corã omnibus: & cõputatis preciis illorũ: inuenerũt pecuniam denariorũ quinquaginta millium καὶ εὗρον ἀργυρίου μυριάδας πέντε. ſic enim ad verbũ legitur: & inuenerunt argenti myriadas quinq; qd interpres recte trãſtulit: quinquaginta millia denarium: non vt Plutarchi interpretes in Antonio & Pompeio: millia nummũ pro denariorum millibus vertens. qua ratione quadruplo minor fit ſumma: vt ſupra adnotatũ eſt. Hæc ſumma quinq; millia aureorũ noſtrorũ valet: ne temere putemus librorũ ſummã a Luca Apoſtolorum ſcriba commemoratam. id enim omnino admiratione dignũ tanti libros adiurationũ cõparatos. Triginta aũt argentei quo precio Iudas perfidiam indicare ſuſtinuit Iudæis licentibus: non triginta denarios fuiſſe propterea arbitror: q; vbiq; argenteos legi: nũq; denarios id eſt græce argyria: non denaria. Scio hodie in æde diui Ioannis Lateranenſis Pariſiis oſtẽdi argenteum vnũ: qui ex illis triginta eſſe dictitatur quos Iudas in templum abiecit: characterẽ diuerſum a denario Romano habentem. Ex iis autẽ quæ adnotauimus alia quoq; omnia intelligi æſtimariq; poterunt: nec aliquid eſſe puto quod non ſit a me deprehenſum in iis quæ apud auctores legi. vnũq; tantum eſt cuius omnino periculum recipere in me nolim: quod apud Victruuium libro. iii. legitur vbi de ſenario & denario loquitur his verbis. Ex eo etiam videntur ciuitates græcorum feciſſe vti quemadmodum cubitus eſt ſex palmorũ: ita in drachma quoq; eo numero vterentur. Ille enim æreos ſignatos vti aſſes: ex æquo ſex quos obolos appellant: quadranteſq; obolorum: quæ alii dichalca: nõnulli trichalca dicunt: pro digitis viginti quatuor in drachma conſtituerunt. Noſtri autem primo decem fecerunt antiquum numerum: & in denario denos æreos aſſes conſtituerunt: & ea re compoſitio nũmi ad hodiernũ diem denarii nomen retinet. etiãq; quartã eius partẽ qd efficiebatur ex duobus aſſibus & tertio ſemiſſe: ſeſtertiũ vocitauerũt. Poſtea quoq; aduerterũt vtroſq; numeros eſſe perfectos & ſex & decem: vtroſq; in vnũ coniecerunt: & fecerũt perfectiſſimũ decuſſiſexis. Huius aũt rei auctorem inuenerunt pedem. E cubito enim quum dempti ſunt palmi duo

relinquitur pes quatuor palmorum. Palmus autẽ habet quatuor digitos. Ita efficitur vti habeat pes ſexdecim digitos: & totidem aſſes æreus denarius: vel vt in aliis exemplaribus: æratius. neutrũ tamen recte. denarius enim nũq; æreus fuit apud Romanos: nec drachma apud græcos: ſed ante argentum ſignatum æreus decuſſis vt centuſſis æreus fuit. Quare non æreus ſed æreos legendum eſt: vt ad aſſes referatur. Sed ex hoc Victruuiano loco id habemus qd ſupra ex auctoribus græcis collegi. drachmã in ſex obolos diuidi: & obolos ſingulos in quaternos quadrantes quos dichalcos id eſt binos chalcos valẽtes appellant. vel trichalcos: id eſt ternos chalcos valentes. ſic fit vt numerus quatuor & viginti ex ſenario quater ducto impleatur. quare verum eſſe nõ poteſt qd apud Pliniũ legit in fine libri vicesimi primi: q; obolus decẽ chalcos habeat. aut enim obolus octo chalcos habuit id quod nos diximus: & ſic in quaterna dichalca diuidi tur: aut in duodenos: ſi quadrantes trichalci: id eſt ternarii fuerunt: quod non Athenis: ſed alibi fuiſſe puto: ſicubi fuit. Quod autẽ ſequitur: videamus an verum ſit. Vult enim Victruuius Romanos ſic denarium & eius partem ad pedis rationem rettuliſſe aliquanto poſt argẽtum ſignatum: vt græci drachmam & eius partes ad cubiti retulerunt. quo fit: vt ſic denarius ſedecim aſſes valuerit: vt pes ſedecim digitos habet. Citetur nunc Plinius de hoc ſententiam dicturus: ſic enim inquit libro. xxxiii. Argentum ſignatum eſt anno vrbis quingenteſimo octogeſimo quinto. Q. Fabio cõſule: quinq; annis ante primũ Punicum bellum: & placuit denarius pro decem libris æris: quinarius pro quinq;: ſeſtertius pro dipondio ac ſemiſſe. Libræ autem pondus æris imminutũ bello Punico primo cum impenſis reſpub. nõ ſufficeret: conſtitutũq; vt aſſes ſextantario põdere ferirẽtur: ita quinq; partes factę lucri: diſſolutũq; æs alienũ. Poſtea Annibale vrgente. Q. Fabio Maximo dictatore aſſes vnciales facti: placuitq; denariũ ſedecim aſſibus permutari: quinariũ octonis: ſeſtertiũ quaternis. ita reſpub. dimidiũ lucrata eſt. In militari tamẽ ſtipendio ſemp denarius pro decẽ aſſibus datus. Nota argẽti fuere bigę atq; quadrigę: & inde bigati quadrigatiq; dicti: mox lege Papyriana ſemũciales aſſes facti. His Plinii verbis ſignificatur ꝓpter pecunię penuriã factũ eſſe vt denarius ſedecim aſſibus ꝓmutaretur. & tamẽ Victruuius ratione id dicit: nõ neceſſitate factũ: & ſuo etiã tẽpore. i. ſub Auguſto denariũ ſedecim aſſes valuiſſe. Sed rurſus in dubiũ venit qd a Plinio dicit. ſi. n. Fabio dictatore aſſes vnciales facti ſunt: quonã mõ id fieri poteſt vt reſp. dimidium tãtũ lucrata ſit: preſertim quũ ſupius dixerit Plinius in ſextantariis aſſibus quinq; ꝓtes lucri factas? quũ. n. aſſes librales facti fuiſſent ab initio: ſi vncia ꝓ libra oblocari potuit: vndecim ꝓtes lucrifactas oportuit. deinde ſi denarius q decẽ aſſibus valebat: ſedecim ꝓmutari cœptus eſt: & ſeſtertius q duos & ſemis: ꝓ quaternis: dimidiũ lucri factũ nõ eſt. Hoc melius ex Feſto intelligitur: qui de hoc loquẽs ita inquit. Sextãtarii aſſes in vſu eſſe cœpere ex eo tẽpore quo ꝓpter Punicũ bellũ ſcdm qd cũ Annibale geſtũ eſt: decreuerunt patres: vt ex aſſibus qui tũ erãt librarii fierent ſextantarii: vt populus ære alieno liberaretur: & priuati quibus debitum publice ſolui oportebat: nõ magno detrimento afficerentur. ſeptẽnioq; vſus eis fuit vt priore nũmo: Aſſes ſextantarii.

ſed id non permanſit in vſu. Ex his verbis dico initio ſtatim belli ſextãtes pro aſſibus locari cœptos: vel aſſes ſextãtis pondere: qd̃ idem eſt. Poſtea vero Annibale arctius vrgente: quũ Italia paſſim bello flagraret: ærariũq; iam exhauſtũ eſſet: aſſes ex ſextãtariis vnciales eſſe decretos: & ſic dimidiũ lucratam rempub. quę vnciã pro ſextãte ſoluendo defungebatur. id enim dimidium refertur ad proximũ aſſem ſextãtariũ: nõ ad priſtinũ libralem. Fabium & conſulẽ & dictatorẽ fuiſſe certum eſt in bello Punico ſecũdo: vt apud Liuiũ legit̃ lib. ſecũdo: & lib. iiii. de bello Punico ſecũdo. Hoc autẽ qd̃ dictum eſt a Plinio factũ eſſe credo anno tertio belli Punici poſt Cannenſem cladẽ: quo tẽpore propter penuriã argenti triũuiri mẽſarii rogatione Minutii tribunipleb. facti ſunt (vt auctor eſt Liuius li. iii. eiuſdẽ belli) apud quos triũuiros omne aurum: argentũ: æſq; ſignatũ certatim ab omnibus delatũ eſt collatione volũtaria: auctore eodem li. ſexto. q̃q̃ eo anno Liuius Fabium Buteonẽ dictatorẽ fuiſſe prodiderit. Proinde denarium illum qui ſedecim aſſibus permutabatur: non eum fuiſſe dico qui prius denis aſſibus valebat: hoc eſt cẽtenis viceniſq; vnciis: ſed alium multo deteriorem: qui ſenas denas vncias priſcas valebat: cuiuſmodi quinarius octonas: & ſeſtertius quaternas. Hoc & apud maiores noſtros aliquando factitatum legimus inuẽto regum in nũmaria difficultate: ita vt argenti libra in immenſum æſtimaretur: & inde nũmi eadem ratione cuderentur. quippe niſi & argentum infectũ & nomiſma parili ratione congruerent: cõmercia hominũ expediri nõ poſſent. Quare (vt dixi) quonã modo illud dictũ Victruuii intelligi debeat: affirmare non auſim: niſi Victruuiũ qui numeri vtriuſq; perfectionem hominũ quoq; iudicio probare volebat: propoſito ſuo aſtruẽdo inſeruiuiſſe credamus: vt id qd̃ aliquãdo difficili reip. tẽpore factũ erat: pro legitimo atq; arbitrario app̃henderit. Sed rurſus Varro rem in cõtrouerſiã reuocat: qui libro primo de lingua latina ſic inquit. Denarii dicebãtur q; denos æris valebant: quinarii q; quinos: ſeſtertius q; ſemis tertius. Dupondium em̃ & ſemis antiquus ſeſtertius eſt. Hæc verba Varronis cum verbis Plinii lib. iii. vbi ſeſtertiorũ meminit: indicare videtur ſeſtertium qui erat ab initio nõ eundem fuiſſe cũ eo qui tẽpore Varronis & Plinii ætate fuit. Eodem pertinẽt verba Feſt. in verbo ſeſtertius. Hoc igitur vt conſtituere non auſim: ſic affirmare nõ dubitem me in iis quæ dixi nõ eſſe hallucinatum: propterea q; Plutarchũ & Appianũ auctores ſecutus & Suetoniũ Tranquillum: centenas drachmas vel centenos denarios: millenos æris: & quadringenos ſeſtertios poſt tẽpora belli Punici ſecũdi valuiſſe ſemper dixi. Q; ſi belli Punici tẽpore ratio nũmaria argenti æriſq; immutata eſt opibus Romanorũ accíſis: finito ſtatim bello in priſtinũ ſtatum rediit: vt Feſtus de aſſibus ſextantariis dixit. Pondus etiã denarii quũ primũ ſignatus eſt: drachmale fuiſſe propterea autumo: q; nullam auctoritatẽ idoneã memini quæ id falſum eſſe doceat. nam & præter nomiſmata a nobis enumerata: habuimus denariũ vnũ vetuſtate exeſum: eodem cũ aliis pondere: In quo ab vna parte caput galeatũ erat: ſub cuius mento. X. litera videbatur: denarii (vt cõiiciebã) nota. in auerſa parte lupa erat ſtans ſub arbore: capite in vẽtrem demiſſo vbera infantibus prębens. q̃tũ autẽ ex charactere fugiente percipere po-

tui: infantes ingeniculantes manũ vberi cũ ore admouebãt: quibus lupa diuaricãs corpe exporrecto vbera ſubmittebat. In infimo margine: Roma verbũ erat. In latere duo hæc verba. Sex. Po. qd̃ nomen conſulis fuiſſe puto eius ſæculi quo primum argentũ ſignatũ eſt. Arbor autem ficus erat ruminalis cui9 meminit Feſtus. Itaq; in nũmo aureo argenteoq; æſtimando ſcrupulus nullus eſſe debet: & vt eſſe verũ ponamus quod a Victruuio dictum eſt: in aſſis tantũ & quadrantis ſextantiſq; æſtimatiõe deceptus ſum: id qd̃ nihil ad magnarum rerum æſtimationem deprẽhendẽdam obſtitit. Cęterum quod Plinius dixit: argentum ſignatum eſſe anno vrbis quingenteſimo octogeſimo quinto: quinq; annis ante primũ bellũ Punicũ: haud ſcio an perperam legatur: etiam ſi exemplarium omnium in eo vna fides ſit. Iam primum Eutropius hiſtoricus primum Punicũ bellum contra Pœnos ſuſceptum auctor eſt anno vrbis quadringẽteſimo ſeptuageſimo ſeptimo. poſtea anno vndequadrageſimo ſupra quingenteſimũ: Quintus Fabius Maxim9 dictator aduerſus Annibalẽ miſſus in ſecũdo bello Punico. Porro defunctos Annibalis bello Romanos Macedonicũ bellũ excepit: anno quinquageſimo ſupra quingenteſimũ: eodem Eutropio auctore. Quare oportuit ſignatum fuiſſe nummum argẽteum ante annum quingenteſimũ: ſi quidem ante bellum Punicum primum ſignatus eſt. Deinde Euſebius in chronicis auctor eſt argentum primum Romæ ſignatum anno quinto poſt Tarentum a Romanis captum: qui fuit annus mundi quater milleſimus nongenteſimus viceſimus. Auguſtus autem triumphũ Actiacum egit: a quo ſtatim ſolus dominari cœpit: anno mundi centeſimo ſeptuageſimo ſupra quinquies milleſimũ: qui fuit annus vrbis circiter ſeptingenteſimus. atqui ab Auguſti triumpho ſi annorum numerum retro colligas: ducentos acquinquaginta ad bellum Tarẽtinum confectum reperies: tot enim interſunt anni ab anno quatermilleſimo nongenteſimo viceſimo. ad quinquies milleſimum centeſimũ & ſeptuageſimum. licet Euſebius a condita vrbe vſq; ad Cæſaris dictaturam annos ſeptingentos & quatuor effluxiſſe dicat. Sed id parum refert ad id quod agimus inueſtigandum. Deniq; L. Florus in prima epitome: ſecũdam vrbis Romæ ætatem: a Bruto & Collatino conſulibus primis ad Appium Claudium: Quintum Fuluium conſules ducentorum circiter annorum intercapedine terminat: vt primam ætatem quæ ſub regibus acta eſt ducentorum quinquaginta. Appio autem Claudio cõſule Romanus populus mare primum tranſgreſſus eſt belli gerendi cauſa. Ex libro autẽ Liuii quintodecimo nouimus paulo ante primum bellum Punicum: populum Ro. primum argento vti cœpiſſe. Quaproter planum fit numeros corruptos eſſe apud Plinium in loco ſupradicto: & ante annum quadringenteſimum quinquageſimum: ſecundum Lucium Florum: qui ſub Hadriano principe ſcripſit: ſecundũ Eutropium qui ſub Iuliano: ante annum quadringenteſimũ octogeſimum argenteum nũmum extitiſſe. Nũc ſi Plinium emendare velimus: id facere poterimus eius ſcriptoris auctoritate quẽ Plinius ipſe ſequi ſolitus eſt: id eſt Titi Liuii: qui in p̃fatione libri tricesimi annos quadrigentos. lxxviii. ab vrbe condita vſq; ad Appiũ conſulẽ: qui prim9 bellũ Carthaginẽſib9 intulit: fluxiſſe ſcripſit. Quare apud Pli-

niũ anno quadringẽtesimo septuagesimo tertio legendũ est: si Plinius Li-
uiũ secutus est. Eutropius Liuiũ secutus esse videtur. sed in eo discrepat:
si veri sunt apud eum numeri: q̃ anno quingẽtesimo quinquagesimo cœ
ptum esse bellũ Macedonicũ ait: cum apud Liuiũ libro tricesimo legatur:
anno quingentesimo quadragesimo ab vrbe condita. P. Sulpitio Galba.
Gn. Aurelio consulibus bellum cũ rege Philippo initum paucis mensibus
post pacem Carthaginẽsibus datã. Hic rursus alius suboritur scrupulus:
vsq; adeo apud auctores numeri extantes negociũ lectitantibus exhibẽt.
Si enim a primo Punico bello cœpto ad secũdũ finitũ tres tãtũ & quadra
ginta anni intersunt (id enĩ tradit Liuius in p̃dicta p̃fatione) quonãm mõ
si statim Macedonicum punicũ bellũ secũdũ excepit: ab anno quingente
simo & quadragesimo factum esse credetur: cum inter vtrũq; numerum
duo & sexaginta anni intersint. Simile est qđ in epitome Liuii libri qua-
dragesimi noni legitur. Anno sexcentesimo & altero ab vrbe condita lu-
dos Diti patri ad Tarẽtum ex præcepto Sibyllę factos: qui anno primo
belli Punici quingentesimo & altero vrbis conditę facti erant. Et rursus
in epitome libri tricesimi primi: bellum Macedonicum cœptũ esse anno
quingentesimo quinto: quę duo dicta plane refragantur iis quę apud Li-
uiũ leguntur: nũc autẽ transmittenda cum nihil ad rẽ pręsentẽ pertineãt:
admonitione tamen digna. Sed ne de hoc loco Plinii emendando aliquis
posthac dubitet: Pliniũ ipsum testem in sese citabimus: qui eodẽ libro alio
loco ita inquit. Lucius Scipio transtulit in triumpho argenti cęlati pondo
M. quadringenta quinquaginta: & vasorũ aureorũ pondo centum millia
anno conditæ vrbis quingentesimo sexagesimo quinto. Hoc qđ Plinius
dicit anno quingentesimo sexagesimo cõtigisse: contigit post Antiochũ
victum: quẽ Romani post Philippũ regẽ Macedoniæ aggressi sunt: cũ ta
men bellũ illud Macedonicũ finito demũ secũdo bello Punico cœperit. Ex
prædictis apparet vehemẽter illos falli qui nomismata argentea ostẽtãt:
quasi a Bruto exactore regũ percussa: atq; etiã ab ipsis regibus signata.
Non omittendũ videtur in hac adnotandarũ rerũ sylua (quę vt in memo
riã ipsę subeunt: sic in ordinẽ rediguntur) id qđ a Thucydide lib. iii. belli
Peloponẽsiaci dicitur: milites singulos pedestres & classiarios binas dra
chmas in dies accipere solitos. De classe enĩ Atheniensiũ loquens: quã &
instructissimã & numero & pulchritudine nauiũ fuisse affirmat: ita inq̃t.
Itaq; æstate vna vniuersę naues ducentę & quinquaginta fuerũt: quę res
maxime pecunias eorum exhausit: cum sumptu Potidęæ. Nam qui Poti-
dęæ erant milites præsidiarii binas drachmas merebant: ita vt miles alte
ram drachmam ministri nomine acciperet. ὥστε αἱ πᾶσαι ἅμα ἐγίγνοντο ἐν ἑνὶ
θέρει διακόσιαι καὶ πεντήκοντα νῆες. καὶ τὰ χρήματα τοῦτο μάλιστα ὑπανάλωσε μετὰ πο
τιδαίας. τὴν δὲ γὰρ ποτίδαιαν δίδραχμοι ὁπλῖται ἐφρούρουν. αὑτῷ γὰρ καὶ ὑπηρέτῃ δρα
χμὴν ἐλάμβανε τῆς ἡμέρας. Et paulo post. νῆές τε αἱ πᾶσαι τὸν αὐτὸν μισθὸν ἔφερον.
Nauesq; omnes idem stipendiũ accipiebant. Si miles Atheniensis binas
drachmas suo famuliq; nomine accipiebat: id stipendium erat in mensem
sexagenę drachmæ: quæ ære nostro senos aureos coronatos valent: id est
denos francicos & semissem. Apud nos autẽ qui minimũ merentur pedi-
tes in mẽsem cẽtenos solidos accipere solẽt: id est quinos francicos: q̃ plu

Stipẽdiũ militare.

rimũ: septenos francicos: quã mercedẽ menstruã germani apud nos acce
perunt. Ex quo apparet drachmæ æstimationẽ a nobis factam a veritate
non abhorrere. Quantulę autẽ fuerint illę naues præ iis quæ nũc fiũt: ex
eo licet intelligere: qđ idem lib. secũdo ita inquit. Cum autẽ ii in terra at-
tica essent: Athenienses centũ naues quas instruxerant: & mille in iis ar-
matos quadringentosq; sagittarios circũ Peloponnesum miserunt ὄντων
δ᾽ αὐτῶν ἐν τῇ γῇ τῇ ἀττικῇ οἱ ἀθηναῖοι ἀπέστελλον τὰς ἑκατὸν ναῦς περὶ πελοπόννησον ἅσπερ πα-
ρεσκευάζοντο. καὶ χιλίους ὁπλίτας ἐπ᾽ αὐτῶν καὶ τοξότας τετρακοσίους. Cicero lib.
xii. epist. ad Lentulũ scribẽs. Interceptis literis cognoramus Dolobellam
si desperasset de Syria Aegyptoq;: qđ necesse erat fieri: in naues cũ om-
nibus suis latronibus atq; omni pecunia conscẽdere esse paratũ: Italiãq;
petere. Iccirco etiam naues onerarias: quarũ minor nulla erat duũ milliũ
amphorarum: contractas in Lycia a classe eius obsideri. Duo millia am-
phorarum ducenta & quinquaginta modia Parisina valent. Qđ ideo ad-
notandum duxi: vt ex nostri tẽporis nauibus coniici antiquarum nauium
magnitudo posset. In l. Iubemus de sacrosanctis eccles. in codice impera-
torio duabus partibus minor magnitudo: id est subtripla huius Cicero-
nianæ taxatur. Herodotus autẽ lib. septimo de copiis naualibus Xerxis
loquens: ita inquit. Ad Sepiadẽ vsq; atq; Thermopylas exors malorum
Xerxis exercitus fuit: multitudo autem adhuc erat vt ego coniectura as-
sequor: ex nauibus quidem ab Asia profectis numero mille ducẽtis ac se-
ptem: eorum dũtaxat qui iam inde ab initio conuenerant millia ducenta
& quadraginta vnũ & quadringenti viri: ducenos scilicet viros in singu
las naues numerantibus. porro inter classiarios indigenas triceni Persæ
Medi & Sacę in naues easdem ascẽderant: quæ multitudo sex & triginta
millia & ducentos decem viros prioribus copiis aggregat. καὶ πλῆθος ἦν
τηνικαῦτα ἔτι ὡς ἐγὼ συμβαλλεόμενος εὑρίσκω· τόσον. τῶν μὲν ἐκ τῶν νεῶν τῶν ἐκ τῆς
ἀσίης ἐουσέων ἑπτὰ καὶ διηκοσίων καὶ χιλιέων· τὸν μὲν ἀρχαῖον ἑκάστων τῶν ἐθνέων ἐόντα
ὅμιλον· τέσσαρας καὶ εἴκοσι μυριάδας· καὶ πρὸς χιλιάδα τε καὶ τετρακοσίους· ὡς ἀνὰ διη-
κοσίους ἄνδρας λογιζομένοισι ἐν ἑκάστῃ νηΐ. ἐπεβάτευον δὲ ἐπὶ τουτέων τῶν νεῶν χωρὶς
ἑκάστων τῶν ἐπιχωρίων· περσέων τε καὶ μήδων καὶ σακέων τριήκοντα ἄνδρες. οὗτος ἄλλος
ὅμιλος γίνεται τρισμύριοι καὶ ἑξακισχίλιοι καὶ πρὸς διηκόσιοί τε καὶ δέκα. His verbis
apparet eam fuisse magnitudinẽ olim mediocriũ nauiũ: vt ducentos clas-
siarios milites caperent. & eo amplius tricenos capere possent. id qđ ver-
ba ipsa auctoris coniicientis significare videtur. Eas autẽ naues triremes
fuisse auctor ip̃e Herodotus prodidit his verbis alio in loco. τῶν δὲ τριήρεων
ἀριθμὸς μὲν ἐγένετο ἑπτὰ καὶ διακόσιαι καὶ χίλιαι. Triremiũ autem numerus fuit
mille ducentę & septẽ. Si cui igitur vacet ad calculũ exigere id qđ ab. He
rodoto dictũ est: is inueniet in singulis triremibus ducenos & tricenos
epibatas fuisse. Inter minora autẽ nauigia Herodotus numerat lembos
quinquagenũ & tricenũ Remorũ: quos ipse πεντηκοντέρους & τριηκοντέρους
appellat. Legimus & apud antiquos fuisse nõ modo trium ordinũ naues:
quas triremes nostri: gręci trieres appellãt (in quibus p̃ singula transtra
terni remiges sedẽt: suũ quisq; remũ ducẽtes: ita vt qui naui intimus est:
is maximũ remũ tractet) sed etiã quadriremes & quinqueremes & sex
ordinũ naues. quin & a græcis hepteres & enneres & deceres vocabula

De magnitudine nauiũ.

Classis Xerxis Persarũ regis.

Triremes & quinqueremes & vlteriora vocabula.

inuenta sunt: quę naues septenū nouenū denūq; ordinū significāt. Plini9 lib. vii. Biremē Damasthenes primū fecisse auctor est. triremē Thucydides Ammoclē Corinthiū. quadriremē Aristoteles Carthaginenses. quinqueremē instituit Nesichthon Salaminius. sex ordinū Xenagoras Syracusius. ab eo ad decēremē Nesigiton. Alexandrū Magnū ferūt instituisse ad duodecim ordines. Philostephanus. Ptolemæū Soterē ad quindecim. Demetriū Antigoni ad triginta. Ptolemæum Philadelphū ad quadraginta. Ptolemæum Philopatorem: qui Tryphon cognominatus est ad quinquaginta. Plutarchus de Demetrio Antigoni in vita eius ita inq̄t. Vnde illud est non minus vere q̄ eleganter dictū Demetrii opera magnitudine sua etiā amicis stuporē: pulchritudine vero etiam hostibus delectationē solita esse afferre. atqui inter alia memoratu digna: & naues duas confectas ab eo aiūt: quarū altera sexdecim remorum ordines: altera quindecim habebat. & machinas nonnullas miro ingenio expugnandis vrbibus fabricatas: quæ quidē spectātibus hostibus incredibilem admirationē pbebāt: id qđ Lysimacho euenisse tradūt. qui tametsi supra alios reges inimicus esset Demetrio: tamē quū ab eo Solos in Cilicia obsidēte petiisset: vt sibi liceret machinas eius nauesq; inspicere: atq; is benigne id cōcedēte Demetrio omnia opera inspexisset: adeo stupefactū aiunt & magnitudine & pulchritudine: vt ei visę sint nō humano sed diuino ingenio conditę. Idem alibi. Itaq; Demetrius ad regnū paternū recuperandū (qđ arduū & difficile factu videbatur) toto animo cōuersus: breui tēpore paulominus q̄ centū millibus peditū: decē equitū coactis: classem deinde qngentarū nauiū variis ex locis studio incredibili atq; industria cōparauit. & paulo post. Oēs autē admirabātur nō solū multitudinē: sed etiā magnitudinē eoꝝ operū quę inusitata mole longe aliorū cōsuetū modū excedebāt. Nemo.n. reperiebat qui nauē sedecim ordinū aut qndecim vidisset.

Demetrius Poliorcetes.

Verū postea Ptolemæus qui Philopator dictus est vnā quadraginta ordinū faciendā curauit: quæ proculdubio omnes alias naues quæ antea visæ fuerāt: magnitudine ac mole sua magnopere superabat. vt quæ in lōgitudinē ducentos ac octoginta: ab imo vsq; ad transtra duodequinquaginta cubitos pateret. Remiges in ea ad quatuor millia: nautę ad quadrīgētos erāt. & pter hos paulominus tria millia armatoꝝ: q foros eius obtinentes eadē vehebātur. Sed hęc (inquit) nō tā ad vsum q̄ ostētationē fabricata videbatur: earū similis machinarum quę pene immobiles sunt. Demetrii autē naues non modo magnitudine & arte mirabiles: sed etiā ad certamē bellicum: vsumq; hominū aptę atq; habiles erāt. Hęc ideo rettuli: q multi opinātur ideo apud historicos magnū numerū nauiū lectitari: q antiqui nauigiolis vterētur p iis nauigiis quę memoria nostra visa sunt. sed videlicet eoꝝ est id cēsere qui prisci æui magnificētiā memorię sুę finibus circūscribūt: vetera male æstimātes: quorū si quis hodie nauē Demetrianarū nauiū similē videret: id est quindecimremē vel sedecim: vt gręci appellant ἑκκαιδεκήρη πεντεκαιδεκήρη rē omni æuo inauditam videre se existimaret. Leguntur & apud antiquos nauigia triarmena: id est tribus velis insignia. Atheniēses autē classiariis opibus & copiis claruisse: cū ex Thucydide: tum ex Plinio nouimus: qui libro septimo de iis loquēs: qui variarū

Memorabile nauigium.

artium speciminibus editis enituere: laudatus (inquit) Ctesiphon gnosius æde Ephesianę Dianæ admirabiliter fabricata. Philon Athenis armamentario mille nauiū. Legimus apud eūdē Plutarchū in Antonio: in bello Actiaco Antoniū pter copias terrestres circiter quingētas naues pugnaces habuisse: in quibus pmultę octonū ordinū atq; etiā denū fuerūt: alioquin oībus armamētis egregie instructę. ex qbus cū optimas elegisset: a triremibus ad decēremes quatuor & viginti millia pugnatorū imposuit: cū classe cōflicturus esset. Magnū aūt fuisse numerū nauiū electarū ex eo apparet: q cum Cleopatra cū .lx. nauibus & Antonius quinqueremi aufugisset: trecentę captę in eo plio esse narrātur a Plutarcho: quo fit vt pauciores cētenis militibus in singulis nauibus fuerint. Hodie maiorē numerū stipant (vt audio) in aciē maritimā prodituri. Verū onerarias naues primę magnitudinis dūtaxat negociatorias: sed tamē quæ tormētis muniūtur: nō vltra centū & octoginta culeos ferre dicūt: id est nonaginta tonellos vt nauiculariorū verbis vtar. Minimę.n. magnitudinis onerarias quadragenarias esse aiūt. mediæ notæ sexagenarias & septuagenarias. Maximas autē quę in mari occiduo videātur fere octogenarias: raro nonagenarias esse.

Onerariæ naues.

Tonellū ego trimodiū culeū appellauerim. tres .n. modii nostri tonellū vnū efficiūt: id est culeū geminatū. Ita fit vt maximę onerarię nostri tēporis plęrūq; nō maiores sint illis quas Cicero in Lycia fuisse dixit. Octogenarię enim naues ducēta & quadraginta modia nostra capiūt: at duo millia amphorarū ducēta & quiquaginta modia nostra ęquasse docuimus. Est aūt ea formula nauiculariā factitantiū vt in singulos culeos duplares bina millia pōdo numerēt. tanti.n. pendere vini tria modia nostra dictitātur. sic fit vt salis aut alterius grauissimæ mercis vectura ad bina millia pōdo hac appellatione nūcupetur: vt si nauis centū & octoginta millia pōdo ferre cōmode possit cū instrumento machinario: ea octogenaria vocitetur. Ex pdictis igitur patet quātę fuerint antiquoꝝ naues etiā si pauciores olim milites pportione in naues imponebāt: q̄ p nostri tēporis more: quantū coniectura assequi ex historicis possumus. Etenī si quis oīa quę cōmemorauimus diligenter animaduerterit: iudicabit (vt spero) nō fallaci me cōiectura ductū esse in mēsuris indagādis. Nō me latet apud æginitā legi minā atticā sedecim vncias habere: & Romanā viginti. Sed nec Pauli auctoris adnotata illa esse puto: nec si Pauli sint: ad rē quā agimus pertinere. Sumptū est.n. illud dictū ex medicorū vsu: non ex antiquitate. Nūc ad id redeundū qđ pene pterii. Diximus supra duodequinquagenos nūmos ex auri libra percussos: cui dicto pugnare videtur id: qđ dicitur libro decimo codicis imperatorii in lege quotiens: in titulo de susceptoribus: duobus scilicet & septuaginta solidis persolutis acceptam ferri libram auri debere. Quapropter adnotandum habuimus: id non de aureis priscis intelligendum: qui ad formulas primas nummi aurei exacti sunt: aut paulo ab iis immuniti. nam imminutum postea esse pondus formarum ex his verbis Isidori intelligimus. Solidus (inquit) apud latinos alio nomine sextula dictus est: ideo q his sex vncia compleatur. hunc autem vulgus solidum aureum vocat: qui solidus dicitur. ideo quia nihil illi deesse videatur. Solidum enim antiqui integrum dicebant:

Culeus trimodius.

Libra auri in iure.

Solidus.

et totum hoc dictum Isidori: adiuuat Pomponii auctoritas in lege nomismatũ in titulo de vsu fructu in pandectis his verbis. Nomismatũ aureorũ vel argenteorũ veterũ quibus pro gemmis vti solent: vsufructus legari potest. immutata enim forma percutiẽdi nũmi: qui veteres nummi extabant: non nũmi vice: sed gemmarũ & rerum in delitiis habitarum cẽsebãtur: quo modo fit hodie. Antiqui aurei (vt diximus) binas drachmas pẽdebant: hoc est senos scrupulos. & quaterni in vncias signabantur: sic ex libra Romana duodequinquaginta fiebant: hoc est ex duodecim vnciis. pondere autẽ imminuto ex binis drachmis terni nũmi fieri cœperũt: hoc est seni ex vncia. ita fit vt auri libra duobus & septuaginta aureis implere tur: licet antiqua libra nũmaria centenas drachmas caperet vt mina attica: vt sepe iam dictũ est. Nomismatis autẽ imminutio eo tẽpore facta est: quo Romani imperii opes tenuiores factę sunt principum multorum ne qu itia: qui luxu perditi priuatorum opes tributis exhauserũt. q̃q̃ Romanæ vires sese ipsę confecerũt: cũ Augusti plures eodẽ tẽpore ab exercitibus facti: ciuilia bella & intestina pro externis gererent. sic mundus ad inopiã redactus: tenuiore pecunia vti cœpit. id qd̃ necesse fuit: cũ multum preciis rerum decessisset. Hoc idem Francia experta est. si quis. n. huius temporis nomisma cum antiquo examinet exploretq; : dimidio vberius illud hoc inueniet & pondere & indicatione: atq; eo etiam amplius. Nos enim philippeos habuimus geniatos plus sesquisolato pendentes. In his genius est alatus liliata insignia tenens. extant & alii philippei sceptrati nonulli: alii etiam soliati: rege intus trabeato iura pro potestate reddẽte. ibi maiestatem regiam plane expressam agnosceres: qualem hodie nemo meminit: principe vestigio vtroq; leonibus innitẽte. Hi triplici forma p̃cussi sunt. sed qui minima signati sunt binos solatos trahunt. qui maxima & grauissima ii pondus habent secũdum Eduardeos Angliæ maximum: eisq; proximũ. hoc genus omniũ quæ vidi (tametsi nullius generis nõ habui quod quidem hodie extet) scite formatum erat. hos & rosatos Eduardeosq; pondere superant Carolei Aquitaniæ: qui fortes appellantur. in quibus dux armatus genu nitens leonem manibus Herculis more elidit. sed superiorũ indicatura pecuatorũ similis est: quos Ioannes rex signauit: triplici & ipsos forma & magnitudine: oẽs primam auri notã obtinentes. Quanto aũt hodie ieiunior fit & exanguior (vt ita loquar) res nũmaria: ex eo certe constare potest: q; qui Franci extant nũmi equites peditesq; olim viginti solidis valẽtes: (vnde francicos hodie quoq; appellam9) nũc solidis quadraginta edicto etiã principis æstimãtur: pluris etiã in foro p̃mutabiles. Q; si inquirere in finitimas nobis p̃uincias institeris: eandem apud eos vt apud nos olim & hodie rationẽ reperies. Prorsus quasi cõfinibus prouinciis Francia constituendę rei nũmularię rationẽ p̃scripserit: id qd̃ optima ratione iudicare quis potest. Neq; enim consistere commercia potuissent quæ nobiscum semper finitimi miscuerunt: nisi eandem auri notam afferrẽt quã acciperent. Itaq; quãdiu aurum primarium signatũ est in Francia: tãdiu ipsi quoq; finitimi populi eodem genere vsi sunt. Nunc autem & nostratis: & externi nulla vncia nisi concreti visitur & ærosi. Verũenimuero qui hodie extant imperatorii aurei post priscos illos

Nomisma extenuatũ.

Prisca frãcię nomismata.

didrachmos signati: põderi prædicto non respondent a sanctione imperatoria taxato. Vidimus enim & Constantini Magni & Iuliani & Magnẽtii: & aliorum recentiorum: sed in omnibus quos expendimus ita imminutũ pondus erat: vt seni & semis non plane vnciã equarẽt: septeni excederent. Vnũ etiam Iustiniani principis vidimus quẽ nobis ostendit Christophorus Longolius vir egregie doctus: & rerũ antiquarũ studiosus. sed neis quidem prędictis grauior erat. Quare prędictã legem de duobus & septuaginta solidis ideo latã puto: q; imminuto pondere nũmi: libræ quoq; aureæ æstimatio & pondus sensim imminuebatur. quare ne tandẽ imminutio inualescens: rem nũmariam cõturbaret: imperator certum modum imponere voluit. q̃q̃ si quis legem illam diligenter cõsideret: nõ tam in vniuersum statuere de auro signato videtur: q̃ de auro tributario: vt fortasse indulgentia principis aliquid antiquis pensitationibus remittere lege illa voluerit: id em̃ sepe fit vt maneant antiqua vectigalia aut pẽsitationũ vocabula: & tm̃ minore summa aut estimatiõe stipẽdiarii defungantur. Cur aũt aurei solidi quoq; dicãtur: his verbis Lãpridii declarat̃ in Alexãdri vita. Vectigalia publica in id cõtraxit: vt qui decẽ aureos sub Heliogabalo prestiterãt: tertiã partẽ aurei prestarẽt: hoc est tricesimam partẽ: tunc q; primũ semisses aureorũ formati sunt. atq; etiã cũ ad tertiã partem aurei vectigal decidisset: tremisses: dicẽte Alexãdro etiã quartãrios futuros qm̃ minus nõ posset. quos quidẽ iã formatos in moneta detinuit: expectãs vt si vectigal contrahere potuisset: & eosdẽ ederet: sed cũ nõ potuisset p̃ publicas necessitates cõflari eos iussit: & tremisses tm̃ solidosq; formari. Hactenus Lãpridius: Intelligim9 igitur aureos integros appellatos esse integros eo tpe quo semisses & tremisses fieri cœperũt. In iure aũt ciuili qd̃ nũc habemus: nõ vna aurei estimatio est: vt multi existimãt: nec semp̃ septuagenos binos in libras accipiẽdos cẽseo: sed p̃ tpe aliqd statuẽtiũ principũ estimationẽ faciẽdã. vt verbi grã: i lege prima de variis & extraordinariis cognitiõib9 Vlpianus de honorario aduocatorũ loquẽs ita inqt. Licita aũt quãtitas intelligit̃ p̃ singlis causis vsq; ad cẽtũ aureos. cẽtũ aureos hoc i loco p̃ duob9 auri põdo itelligo. Nã Vlpian9 Alexãdri tpe scripsit nõdũ iminuta prisci nomismatis forma: nisi si pauca scrupula auaritia ipor̃ legitio põderi detraxit vt supra docuim9. Visunt̃ em̃ hodie Mamęę matris ei9 nomismata. & ego oim impator̃ vidi eadẽ forma ab Augusto ad Cõmodũ Cęsarẽ. sed & hoc qd̃ diximus nõ solũ argumẽtis: sed etiã Taciti auctoritate cõprobare possum9: qui li. xi. de tpe Claudii principis loquẽs. Cõtinuus inde (inquit) & sęuus accusãdis reis Suillius: multiq; audacię ei9 emuli: nã cũcta legũ & magistratuũ munia i se trahẽs princeps: materiã p̃dãdi patefecerat. nõ quicq̃ publicę mercis tãvęnale fuit: q̃ aduocatorũ p̃fidia: adeo vt Samius insignis eques Romanus quadringentis nũmorũ millibus Suillio datis: & cognita p̃uaricatione: ferro in domo eius icubuerit. Igit̃ incipiẽte Caio Silio cõsule designato cõsurgũt p̃res: legẽq; Cintiã flagitãt: qua caueat̃ antiqt9: ne q̃s ob cãm orandã pecuniã donũve accipiat. deinde obstrepẽtibus iis q̃bus ea cõtumelia p̃abat̃: discors Suillio Sili9 acriter icubuit: veter̃ oratorũ exẽpla referẽs q̃ famã i posteros p̃mia eloquẽtię cogitauisset̃ pulcherria: alioqui &

Lõgolius

Aurei estimatio in iure.

Honorarium aduocatorũ

Lex Cintia.

bonarũ artiũ principẽ sordidis ministeriis fœdari:ne fidẽ quidẽ integrã manere vbi magnitudo quęstuũ spectetur.q̃ si in nullius mercedẽ negocia ineantur pauciora fore:nunc inimicitias:accusationes:odia & iniurias foueri:vt quomodo vis morborũ:precia medẽtibus:sic fori tabes : pecuniã aduocatis ferat.& paulo infra de Suillio & aliis aduocatis loquẽs q̃ causam diuersam tuebãtur.Cęsarẽ(inquit)circũsistũt anteacta depcantes :& postq̃ annuit tacẽs : incipiũt.Quẽ vllũ tãta supbia esse vt ęternitatẽ famæ spe psumat:vsui & rebus subsidiũ pparari:neqs inopia aduocatorũ potẽtioribus obnoxius sit.neq; tñ eloquẽtiã gratuito cõtingere:omitti curas familiares vt qs se alienis negociis intendat:multos militia:quos dã exercẽdo agros tolerare vitã.nihil a quoq̃ expeti nisi cuius fructꝰ ante puidet:prompta sibi exẽpla:quãtis mercedibꝰ P.Clodius & Caius Curio cõcionari soliti sint,se modicos senatores:q̃a Rep.nulla nisi pacis emolumẽta peterẽt.cogitaret plebẽ q̃ toga enitesceret.sublatis studiorũ pciis etiã studia peritura:vt minus decora.Hęc ita haud frustra dicta princeps ratus:capiẽdis pecuniis statuit modũ vsq; ad dena sestertia:q̃ egressi:repetũdarũ tenerent.Qui locꝰ tribꝰ verbis corruptꝰ est in exẽplaribꝰ q̃ circũferunt.His verbis Taciti apparet Vlpianũ licitã quãtitatẽ appellasse eã quę Claudiano senatusco̅sulto taxata erat eo tpe quo aduocati inuidia maxia flagrabãt ob delatiões & pfidiã puaricãtiũ.Dena aũt sestertia dena millia nũmũ sestertiũ valẽt vt satis ostẽdimꝰ.hoc est cẽties cẽtenos sestertios.atqui nos alibi docuimꝰ & rõne & auctoritate singlos aureos centenos valuisse nũmos:hoc est vicenas qnas drachmas:ita vt auri ad argẽtũ pportio maior eẽt duodenaria.Quare planũ fit dena sestertia & cẽtenos nũmos eãdẽ fuisse sũmã:sed Vlpianus aureos dicẽdo tpis sui cõsuetudini seruiuit iã obsoleto more loquẽdi p sestertia.In lege nõnulli de accusationibus digestis:paup dicit qui minꝰ q̃ quinquagita aureos possidet. Quinquaginta aureos auri librã intelligo ppter Hermogenẽ eius dicti auctorẽ:qui ęqualis Alexandri imperatoris fuit. In lege si duobus communia de legatis:Iustinianus varie pcia mancipiorum taxauit.minimum autẽ preciũ non infra.xx.solidos:maximum nõ supra octoginta intendit. solidos nõ dubie aureos eius tpis intelligere debemꝰ:qui subsesquupli erãt priscorum aureorum ita vt triceni solidi vicenos aureos valerent. Qua ratione fit vt minimum precium serui triginta nostri aurei fuerint: summum aũt centum & viginti:quæ æstimatio longe minor est illis quas in pręcedentibus ex Plinio & aliis collegi: preciis scilicet iam rerum omnium deminutis.sed nec illi aurei recentiores auro obryzo signati sunt vt antiqui:ex quo apparet recentiores principes nomisma bifariam minuisse pondere scilicet & auri indicatura:quomodo & nostri fecerunt:& totus deniq; occidentis orbis:id quod institutum aiunt ne aurũ mollissimũ & argentum purum quod duodenariũ appellant : vsu ac collybo detereretur.Plinius auctor est Liuiũ Drusum in tribunatu plebis octauã partẽ æris argento miscuisse & rursus alibi.Miscuit(inquit) denario triumuir Antonius ferrum.miscentur æra falsæ monetę:alii e pondere subtrahũt. Denarium nunc appellamus Caroleũ nũmũ argẽteũ:qui antiquũ sestertiũ valet.Assem aũt appellare possumꝰ quẽ duodenariũ vocamꝰ:& ita in

Denariꝰ nostꝰ.

Assis partes hodiernæ.

partes diuidere vt antiqui suũ assem diuidebãt in sui generis partes:quadrantes:sextantesq; dicentes.sic vnciæ loco erit denariolus:quem græci chalcũ dicunt.sic quinarius & senarius vel quincunx & semis: qui quinos & senos denariolos valẽt.sestertios dudũ signauimus qui duos solidos & semissem valerent:sed iam rari visuntur.facti enim nõ placuerunt.extant & trepondii pridẽ signati grossi curii vocitati ab auctore prædiuite auorum memoria.Centussem dicere possumus pro ea summa quã alternis p pe verbis negociatores centũ solidos appellãt:vt decussem p decẽ.Licet em̃ verba antiqua in vsum nostrũ interpolare:quę quidẽ æui situ nõ putida facta sunt. Vidimus post quadriẽniũ edictum præconio promulgatũ, quo omnibus nomismatis priscis vsus abrogabatur:tam nostratibus q̃ externis.perinde quasi nullus nũmus locabilis esset qui nõ æqualis nostræ memoriæ fuisset.quod edictum vnius hominis impotẽtia principi extuderat:qui oia pene omniũ magistratuũ munia sui iuris ac potestatis fecerat:quũ muneris sui vices pprias vix tertio quoq; actu obiret. Sed q̃uis minax ac tumultuosum pręconiũ:cõsensus hominũ iure optimo neglexit: pręsertim auctore sublato de medio. qd̃ em̃ tãdẽ edictũ iniquius excogitari potuit:& in maiores nostros magis iniuriũ:q̃ monumenta memoriã q̃ regũ perpetuo delere? Eo em̃ mãdato id agebatur: vt optimũ quodq; nomisma conflaretur:& inde pecunia notę omnino deterioris quassaq; signaretur.O improbũ inuentũ: & si fieri posset memoriæ hominũ eximendũ.Olim magistratus Romani:& post eos repub.sublata principes iconicos se fingi in nomismate volebãt : quasi nomen suum latissime longissimeq; proditurí:quo nomine ad nostram vsq; ætatẽ permansit eorum memoria:velut statuis per totũ orbem erectis. Quod cũ nostri principes olim imitati essent:similem eis gloriam ætas nostra inuidisse olim dictitabitur:vnius hominis vel paucorũ crimine:tametsi vtinã ipse sæculũ suũ nostrũq; hac vna nota inussisset.Verũ ea quæ diximus de amphora & mẽsuris cęteris:rursus in dubiũ vocabũtur cũ locus ille Plinii succurrerit vbi de vino Opimiano loquitur.Quare et si procul a me abesse suspitionẽ illã volo quasi obtrectaturientis scriptoris more & delatoria(vt dicitur) curiositate in cõmentarios inqsiuerim scriptoris nostro sęculo clarissimi & existimatissimi: facere tamẽ nequeo quin in operis huius coronide Hermolaum barbarũ virum summa laude dignũ:iterum ad disquisitionẽ doctorum hominũ reuocem. non q; manibus doctorum diẽ dicere gaudeã qui vadimoniũ obire apud superstites nequeũt:sed q; veritatẽ asserere in lucem volens:locupletes eius rei vades quos nobis viuens reliquit:citando omnino ad hoc iudiciũ duxi.pręuaricationis em̃ insimulari aut certe obliuionis possem:si locum illum Plinii silentio pręterirẽ. qui vt ab Hermolao intellectus est: id qd̃ nos diximus de vncia euertit: ob qd̃ omnino fuit res in iudiciũ deducenda.Plinius igitur lib.xiiii. de vini generibus loquens quæ in auctoritate fuerũt.Alicui anno(inquit) fuit omniũ generum bonitas.L.Opimio consule cum.C.Gracchus tribunis pleb. seditionibus agitatis interemptus: ea cœli temperies fulsit quã cocturã vocãt: solis opere:natalis vrbe sexcentesimo trigesimo quarto.durãtq; adhuc vina ducentis fere annis in speciẽ redacta mellis asperi.etenim hæc natura

Cętussis.

Nomismata antiqua pessimo instituto nostro tempore aliquandiu abrogata.

Locus Plinii de vino opimiano.

vinis in vetuſtate eſt.nec potari per ſe queunt niſi peruincat aqua:vſq; in
amaritudinẽ carie indomita.ſed cæteris vinis cõmendandis minima ali-
qua mixtura medicamenta ſunt.quo fit vt eius temporis æſtimatione in
ſingulas amphoras centeni nũmi ſtatuãtur. ex iis tamẽ vſura multiplica-
ta ſemiſſib9 quæ ciuilis ac modica eſt:in Caii Cæſaris Germanici filii prin
cipatu annis centum ſexaginta ſingulis vncias vini cõſtituiſſe nobili exẽ
plo docuimus referentes vitẽ Põponii Secũdi vatis:cœnãq; quã principi
illi dedit.tãtum pecuniarum detinent vini apothecę. Hunc locũ ita legit
Hermolaus:& ita ſe emendaſſe teſtatur:quẽ in altera editione enarrans
poſt explicatam de vſuris retractationẽ:vt redeamus (inquit) ad propo-
ſitum:ſi amphora id eſt (vt Feſto placet) octuaginta vini libræ ſub opi-
mio centum nũmis valuit:faciunt autẽ octuaginta libræ nõgentas ſexa-
ginta vncias:efficitur vt ſemiſſes vſurę hoc eſt nũmi ſeni annorum centũ
ſexaginta nongentos ſexaginta nũmos inferant: atq; ita ſingulæ vini vn-
ciæ ſingulis nũmis vſurę nomine cõſtiterint.Hactenus ille cum dixiſſet:
quaſi penſo ſuo abſoluto:ad alia traſiit:magna (vt videtur) ſecuritate cõ
pertæ rei defunctus.Primũ ſiue hoc dixerit Feſtus:ſiue non:id quod da-
tur accipio: id eſt vini amphoram octuaginta librarum eſſe.hac enim ra-
tione efficitur vt ſextarius ſit vnciarũ viginti.nam quũ duodequinqua-
ginta ſextariis amphora impleatur:ſi libris duodequinquaginta totidẽ
beſſes addas:vt ſint duodequinquagies vicenę vnciæ: fiunt octuaginta
libræ.quin & ipſe Hermolaus in priore editione:Amphora (inquit) vini
quadrantal latine dicta Feſto Pompeio:congios octo cõtinebat id eſt ſex
tarios.xlviii.ſextarius vncias viginti Feſto:ſed Africano libras duas aut
tres:nũq̃ tamen plures duabus heminis.ita fit vt ſingulę amphoræ.lxxx.
Feſto vel.xcvi.Africano:aut certe.cxliiii.vini põdo capiãt. quibus in.xii.
vncias reſolutis:efficiuntur aut nongentæ ſexaginta vncię:ſi octuaginta
pondo ſunt: aut mille centum quinquaginta duæ: ſi nonaginta ſex: aut
mille ſeptingentæ viginti octo:ſi centum quadraginta quatuor. Ex qui-
bus verbis tametſi ambigere magis q̃ rationem colligere doceamur: ta-
men (vt dixi) qđ a me ſtat:id cupide accipio:& in rem meam verto. hac
enim auctoritate probo ſextarium vel dipõdium fuiſſe id quod aſtruere
conor:vel certe vnciarum viginti:cum apud Plinium legatur quindecim
vnciarum eſſe:id eſt libræ & quadrantis:quod nullo alio teſtimonio ſub
ſiſtere poteſt. Verum illud non concedo vt vncia vini duodecima libræ
pars ſit. nec in ſextario vncias vini viginti eſſe dico: ſed duodecim: & in
amphora quingentas ſeptuaginta ſex:quas Hermolaus nongentas ſexa-
ginta eſſe putauit. id quod ante ex Martiale abunde probatum eſt. alio-
quin ſextarius qui citra controuerſiam in duodenos cyathos diuiditur:
non vnciarum vicenum:ſed duodenum tantum eſſet: ſi vncia vini apud
Plinium ad pondus non ad menſuram referretur: quod nec Pliniano ſex-
tario nec Pompeiano congruit:quodq; Hermolaum non animaduertiſſe
mirum eſt præſertim cum Piniũ in manus accepiſſet.quota eſt enim vn-
cia pars libræ:tota eſt cyathus ſextarii. & vncia tam ad quotam partem:
q̃ ad pondus refertur apud auctores: & (quod maius eſt) interdum ad
longitudinem vel craſſitudinem vt in primo libro oſtenſum eſt a nobis.

Plinius lib.xviii.de medica loquens.Si ſit humidũ ſolum herboſumve:vin
citur:& deſciſcit in pratum:ideo protinus altitudine vnciali herbis omni
bus liberanda manu potius q̃ ſarculo.Vncialem altitudinem pollicarem
intelligo.id eſt digiti & trientis.Nimirum Hermolaus blandiente calcu-
lo deceptus eſt: ſiquidem cum cẽties ſexagies ſenos nũmos cũ octuagies
duodenis vnciis ad vnum quadrare ſubducenda ratione inueniſſet:ilicet
non excuſſum qđ arridebat admiſit.vltra enim addubitare eum nõ ſine-
bat deprehenſę vſurarũ rationis fiducia geſtiens:qđ tamen affirmare ve
reor ne plenũ ſit audacię.Ipſe enim Hermolaus de altera ſua editione ad
Antonium Caluum ſcribens Venetum patriciũ:ita inquit.Peruenit qui-
dem res ad vmbilicum:ſed nullus tamen dies eſt quo nõ fiat aliqua acceſ
ſio:nunc cum impreſſoribus agitare cœpi lente:de induſtria rem differẽs
vt diutius in fermento ſit:nihil time diligentiam adhibituri ſumus: qua-
lem in altera editione prętermiſſam ſępe mecum queſtus es.& paulo infe
rius.Multo autem (inquit) plus operis & laboris adii q̃ putabam:q; om-
nium rerũ quę in cęlo & ſub cœlo ſunt gnarum eſſe oportet qui Plinium
profitetur intelligere:tanto magis qui caſtigare.In hoc igitur loco ego
numerum nummorum deeſſe dico:ſicut & in aliis quibuſdam locis apud
Plinium:qualis eſt ille libri decimiſeptimi in principio de Lucii Craſſi do-
mo & libr.xxxiii.de argento Carthagini imperato:vt in ſuperioribus ad
notauimus.Quare ſic legendum puto.Q; vt eius temporis æſtimatione
in ſingulas amphoras centeni nummi ſtatuantur:ex iis tamen vſura mul-
tiplicata ſemiſſibus quæ ciuilis ac modica eſt in.C.Cæſaris Germanici
filii principatu anno centeſimo ſexageſimo ſingulas vncias vini cõſtitiſ-
ſe nobili exemplo docuimus:vt ſenſus ſit apertus hoc modo:& omnino
extricatus:ſicq; Plinium locutum intelligamus. Quare ſi eius temporis
vel ſic.Verum ſi temporis Opimiani æſtimatione in ſingulas amphoras
centenos nummos ſtatuas:ex his tamen vſura multiplicata ſemiſſibus in
Caii Cæſaris principatu anno centeſimo ſexageſimo:& reliqua. Verba
ſunt enim Plinii coniectura aſſequentis id quod dicit.Si (inquit) conſu-
latu Opimii vinum illud cẽtenis nummis valuit:(id quod veriſimile eſt)
& interuſurii ſemiſſium ratio habeatur:neceſſe fuit vt anno centeſimo
ſexageſimo:quo tempore Pomponius cœnam Caligulę dedit:vncias vini
ſingulas tot nummis conſtitiſſe.Hermolaus hunc locum caſtigans duo
verba mutauit:illud quo fit pro quod vt: & ſingulis pro ſingulas legens.
anno autem centeſimo ſexageſimo lego:ſenſu ita expoſcẽte: & alioquin
ab antiquo vno exemplari admonitus. Hic etiam periclitari libet & ali-
quid comminiſci: vt ineundæ huius rationis formam aperiamus: vtq;
ſi nobis collimare non contigerit:poſt nos exiſtat aliquis qui a ſcopo non Collimare.
aberret: ſic enim artes conſumatæ ſunt:aliis ſuper alios commentanti
bus:animorumq; contentio ad eam tandem peruenit quam græci Euſto
chiam id eſt animorum vel oculorum intentionem nõ aberrantem appel-
lant: noſtri collimationem dixerunt:quaſi tragulam quandã perſpicaciæ
ad inuentionis ſcopulũ limis oculis intendentium.q̃q̃ ſunt qui collineatio
nem appellare eam malint:a lineis viſualibus in vnum locum contentis.
Hoc veluti iure gentium vtentes:poſt doctiſſimorum hominum ſenten-

tías:& nostrã in medium sæpe in hoc opere attulimus. nec qui post nos sententiam dicturi sunt: assentiendi magis q̃ censendi exẽplum amplectẽtur si operã prolixe literis impẽderint: alioquin chartarũ inani dispẽdio tot libri sub prela quotidie mitterẽtur. Id modo ne referat Gallus an Italus sit qui ad scribendum animũ appulerit. qd̃ nõ ideo dico quasi hoc nobis instituto: Italia literarum bonarum magistra interdixerit: que nulli non laudem suam benignitate summa vt bona quoq; sua impartit: sed nostratium hominũ improbitas memoriæ semper obuersatur: cui nunq̃ satis videbor respondisse. qui vtinam ipsi tam Italos q̃ Italiã amauissent: melius enim (vt arbitror) & nobis & honori suo consuluissent. Semisses igitur vsure centum & .lx. annorum: id est cẽties sexagies seni nummi (vt Hermolaus dixit) nongentos sexaginta nummos efficiũt: quibus si sors addatur (quam ipse omisit) fiunt mille & sexaginta. ita Hermolai ratio procedere non potest. In amphora autem octo & quadraginta sextarios esse constat: & duodecim cyathos in sextario: quos numeros si inter se ducas: fiunt cyathi quas vncias Plinius dixit: quingenti septuaginta sex. si ergo apud Plinium sic legas: singulas vncias binis constitisse: & subintelligas nummis: quod fieri ex præcedentibus potest: duo & nonaginta nummi plures erunt: q̃ vt summa eorũ duplicata mille & sexaginta nummis ad vnum congruat. summa enim cyathorum duplicata mille centum et quinquaginta duo erit. ita Plinius duobus & nonaginta nummis vsuras auxerit. q; si vsuras vsurarum reputemus: octauo quoq; anno & sexto mense anatocismus renascitur: id est centesimo mense: qua ratione centum annis vsura subnascens: duodecies senos nummos peperit: id est duos & septuaginta: & sexaginta annis paulominus duos & quadraginta. qui fiunt simul pro fœnore iterato centum & quatuordecim. Ita Plinius exacte videtur rationem supputasse. Anatocismum autem vsitatum fuisse antiquis notius est q̃ vt ostendere necesse sit: quapropter fortasse non vini apud Plinium sed binis legendum est. Nam vini verbum omnino eo in loco non congruit vt superuacaneum: sic fiet vt sextarius quatuor & viginti nummis constiterit: id est solidis nostris viginti. quod omnino magnum fuit precium. cum ea ratione amphora: que octaua pars est modii nostratis: duodequinquaginta francicis cõstiterit: qui hodie quatuor & viginti ducatis valent: cum nemo nostra memoria apud nos binos modios vini pluris vendiderit q̃tumuis cara annona. ita vini precium centum & sexaginta annis duodecies pene multiplicatum erat: cum singulæ amphore millenis centenis quinquagenis binis nũmis venderentur. & tanti cyathus post tot annos venditus est q̃ti sub Opimio sextarius vendebatur. Hæc ratio etsi speciosa videtur: tamen admittendam affirmare non ausim. adhuc enim ita ratio inita est quasi non modo incolume vinum: sed etiam non imminutum fuerit. Nihil igitur ex amphora centenum nummum Plinius deperiisse centum sexaginta annis existimauit: presertim cum ad crassitudinem mellis asperi redactum esse dicat. ego vero ex vino nostro coniecturam faciens id vinum ad septimas minimũ partes exuctum fuisse censeo: cui dispendio si nunc addas id qd̃ intercidit in alia atq; alia vasa semp etiã ipa aliqd sorbẽtia: trãsfundẽdo:

Anatocismus antiquis vsitatus.

id qd̃ tot annis necesse fuit: totiesq; mutatis dominis & apothecis: vix decimã quãq; amphorã post tpis tãtã intercapedinẽ residuã fuisse credo: vt fortasse nõ binis nũmis sed vicenis legẽdũ sit. id verba ipsa Plinii mihi significare vident: cũ inquit. Tantũ pecuniarũ detinẽt vini apothecę. nec alia res maius incremẽtũ sentit ad vicesimũ annũ: maiusve ab eo dispẽdiũ nõ proficiente precio. Vina em̃ significat ad vicesimũ annũ ita cõmode veterascere: vt vsuras etiã semisses pẽsitare possint: q̃ si vltra asseruẽtur: vt nullo precii augmento mirũ in modũ deminuũtur. sic igit̃ colligo quasi ipsa per se caries cõgios octonos quos amphora capit: ad totidẽ sextarios cõtraxerit ęuo ipso absorbẽte: deinde vt diffusionis & trãsuasationis dispendiũ sextarios ad besses aut dodrãtes redegerit: testis ipsis semper cõbibẽtibus. his duobus intertrimẽtis si specimina gustãtibus data: iactura q̃q; cauponationis heminarię quadrantarięq; addideris: & qd̃ alias intercidit: quis iã addubitet ad vicenos nũmos preciũ in vncias extẽdere: qd̃ semisses vsurę ad binos nũmos & vltra intẽderãt? Id qd̃ si admittam? sextarii singuli nũmis ducenis quadragenis constiterũt. Qua ratiõe precium paulominus centũ & viginti partibus auctũ est centũ & sexaginta annis: qd̃ fortasse nõ incredibile erit: si quis reputet q; minima aliqua mixtura (vt Plinius dixit) medicamẽta erãt cęteris vinis cõmẽdãdis: vt portione per hoc magna exorptũ vinũ esse intelligamus: in quo exucto liquore vini vis remãsisset incolumis & viuida. Hoc quũ admiratiõe dignum esset: ideo Plinius rettulit: ita vt nobile exemplum venditi plurimo vini appellet: id tamen minus mirum facit piscis mullus Romę ab homine priuato octo millibus nũmum emptus: id est ducentis aureis nostris. Hoc enim creditu difficilius est q̃ amphoram vini præstantissimi & medicamẽtarii ducentis & octoginta octo aureis vænisse. tanti enim amphora: prędicta ratione constitit. Verum illud ipse miror q; anno Opimiano id est natali ipso vini Opimiani: Plinius singulis amphoris centenos nummos taxandos existimauit: qua ratione culeus nostras id est sesquimodius Parisinus tribus argentilibris valuit: hoc est triginta aureis nostris. Q; si eo anno omnium generum bonitas fuit in Italia cuius tot vini nobilitates Plinius libro supradicto enumerauit: quonam modo fieri potest vt tanti amphora vęnierit? præsertim cum feraces vites habuerit vt idem auctor tradit. quippe in Gallia vt gelicidiũ vredo & sideratio sequens: & has cœli iniurias procella excipiens: summam caritatem inferãt: id quod memoria mea non semel contigit: nemo tamen meminit hac in vrbe modium vini qui amphoras octo capit: duodecim aureis vænire: duntaxat vernaculi. tametsi hic habeamus omnium prope generum id est albi helui & intense rubentis: quæ nulli importatorum cedunt duntaxat iugi vsu mensæ: tametsi precio aliq̃tulum cedant nonnullis importatis: quæ strenuiora esse creduntur titillandis palatis. aulicorum hoc hominum iudicio factum: qui vina nostratia. i. agri Parisini retuso mucrone esse dicitant: nec satis lancinare ora gustu feruido & acuto. alioquin sanorũ iudiciorum consensu constat vina Frãcica id est Parisina oĩbus numeris bonitatis præcellere: tametsi halitu vt illa externa vertiginẽ non cieant. sed ne illa quidem aduentitia & caput tentantia quauis inopia vini prędictũ

Vini precium apud antiquos.

precium excedunt.qd̃ de iis intelligi nolo quorum singulę potiones vno conuictu dantur.qualia sunt Lusitanica:pseudocretica: & omnino quæ sapæ vice sumuntur:aut quæ pro Liberi bellariis cedunt. Verum de precio vini audiamus Columel.sic dicentem.libro .iiii. Quippe vt deterrimi generis sint vineę:tamen si cultę sint:singulos vtiq; culeos vini singula eorum iugera perequabũt.vtiq; trecentis nummis quadragenæ vrnę veneant(qd̃ minimũ preciũ est annonę)cõsumẽt tamẽ septẽ culei sestertiũ duo millia & cẽtũ nũmos.ea porro summa excedit vsurã semissiũ.atq; hic calculus quẽ posuimus:græcini cõtinet rationẽ.sed nos extirpanda vineta censemus quorũ singula iugera minus q̃ ternos culeos p̃bent.minimũ pretiũ annonę Columel.esse dicit quũ trecenis nũmis quadragenę vrnæ veneũt:id est viginti amphoræ : qd̃ perinde est acsi dixisset quũ singulæ amphorę quinis denis nũmis veneũt.Si igit̃ vilissima annona vinũ in amphoras quindecim nummis erat : existimo mediocri annona amphoram tricenis nummis vendi solitam:vt summa fuerit annonę:quadrageni quini vel quinquageni nũmi:dira & ꝓdigiosa:etiã sexageni:aut summũ septuageni.Sed caritatis ãnonę ac vilitatis ratio duplex:alterã copia & penuriã moderat̃:alterã prima vltimaq; nota mercis facit.Huius igit̃ loci explicatio sit in medio posita:vt ꝓ captu cuiq; cõminisci quicq̃ liceat : ne in immensum excrescat hic liber si lites litibus resoluere ꝓgeremus: esse em̃ huius incœpti eã rationẽ videbã:vt si indulgere stilo voluissem:cõnexa rerũ series in altũ sæpe relatura nos esset.ac nihilo secius tñ libens feci vt locũ quendã ex eo libro Columellę trãscribere : propter insitã ac ꝓuulgatam opinionẽ inter nostros de vitium cultu & eius agricolationis alea.

De cultu vitium.

Is igitur auctor docere volẽs vberrimũ esse vinearũ redditũ:Atq; vt omittã(inquit)veterẽ illã felicitatẽ aruorũ:quib9 & ante iã Marcus Cato:& mox Varro Terẽtius:ꝓdidit singula iugera vinearũ sexcenas vrnas præbuisse:his certe tꝑibus & Nomentana regio celeberrima fama est illustris:& prę̃cipue quam possidet Seneca vir excellentis ingenii atq; doctrinę:cuius in prędiis vinearũ iugera singula culeos octonos reddidisse plerũq; cõpertũ est.Nã illa videtur ꝓdigialiter in nostris Ceretanis accidisse:vt aliqua vitis apud te excederet vuarũ nũerũ duũ millíũ : vt apud me octingentæ stirpes insitæ intra biennium septenos culeos peræquarent. vt primæ vineæ centenas amphoras iugeratim præberent:cum prata & pascua & syluæ si centenos sestertios singula iugera efficiant:optime domino consulere videantur.Nã frumẽta maiore qdẽ ꝑte Italię qñ cũ quarto respõderint vix meminisse possumus.His verbis Columella clarissim9 auctor rei rusticę:testatur nullũ genus agriculturæ aut prędii fructuosius esse vinea.Ostendimus supra iugerũ minus esse besse arepenni Parisini.q̃q̃ Columel.lib.sexto dicat semiiugerũ a gallis arepennã vocitari.& idem auctor censet extirpandum vinetum esse quod minus tribus culeis præbeat in iugera:id est sexagenis amphoris.Varro in lib.primo.In qua terra(inquit)iugerum vnũ denos & quinos culeos fert vini: quot quędã in Italia regiones? Sed vt has Varronis vineas rarę felicitatis omittamus:Senecę vineas Columel.octonos culeos ferre solitas tradidit.i.centenas & sexagenas amphoras in iugera.qd̃ quia rarũ fuit:rursus iis omissis

alias videamus quę mediocres habebantur.id est quę centenarię erant quinq; culeos reddẽtes iugeratim. Vtigit̃ centenas amphoras id est duodenos modios nostros & semodiũ:vinea medię notę prębuerit:& singulis amphoris mimimũ annonę ꝑciũ statuam9 id est quinos denos nũmos: mille ac quigẽtos nũmos anniuersario vectigali reddidit.Q̃z si mediocrẽ annonã ęstimare velimus:hęc summa duplicabit̃:vt sint ęre nostro quinq; & septuaginta aurei coronati.hodie ex iugero & triẽte Romano id est iugero Parisino si quis cẽtenas amphoras annuatim ferret id est duodecim modios nostros & semissem dũtaxat vini nõ minimę notę:quã nostri familiarẽ appellant:hic baccho litasse dictitaret̃:rariq; sunt in hoc agro q̃ tantũ percipiãt etiã infimę notę:& tñ apud Columellã hic reddítus iugeri Romani mediocris inuenitur.quare planũ fit vinearũ cultũ apud nos non suopte vicio:sed cultorum:dãnosum existimari:quum enim omnes rei rusticę tractationem ignoremus:& qui nobis fodiunt & putant: omnia ex commodo suo faciant:fit plerunq; vt nec exacte nec tempestiue cultus vitium absoluatur:quũ in vrbe existentibus dominis opus in agro fiat.Propterea Plinius lib.xviii.Profecto(inquit)opera:nõ impensa cultura constat:& ideo maiores fertilissimũ in agro oculum domini esse dixerunt. atq; ita loquor quasi vinitores peritos habeamus:cum vix decimus quisq; artem suã nouerit.Inde fit vt sumptus vineę fructũ sępe deuoret. qd̃ tñ ne deterrimo qdẽ cultu iis cõtingit qui vitiferũ solũ eligere norunt. sed cũ iã omnis collis cãpusq; vitibus cõuestiat̃:necesse est insciis cultoribus plurima vineta nõ respõdere:ꝑsertim in hoc tractu in quo carbũculatio a gelicidio alternis ꝓpe annis sentit̃:quare cũ a prima germinatiõe vsq; ad quintũ nonas Maias(q̃ dies vltim9 est decretori9 vitib9)gelicidiũ timeat̃:& huic periculo exẽptis iterũ vis maior impẽdeat:quę nullo non anno alicubi stragẽ infert:simul vredine ab ęstu caniculę:aut aquę cœlestis inopia vuę sępe retorrescãt:id qd̃ cũ hęc ꝓderẽ egregiũ ꝓuẽtũ vinearũ bona ex ꝑte ꝓdidit:nisi aut diligẽtia aut fœlicitas adiuuet : est fere qd̃ expẽsum vitib9 queribũdi feram9.Quãta aũt priscorũ frugalitas & q̃ strenua fuerit diligentia in agricolatione:ex lectione Varronis & Columellę in vniuersum patet:cuius velut vnũ specimẽ illud adnotasse satis erit. qd̃ Varro lib.primo de vinearũ cultu loquẽs ita inq̃t.Saserna scribit satis esse ad iugera octo hoiem vnũ.& Columel.lib.xiiii.Nã vt amplissimas impensas vineę poscãt :nõ tñ excedũt septẽ iugera vnius opam vinitoris. Hodie autẽ quotus quisq; vinitor tribus ingeribus sufficit? Ita fit vt vineas non vinitoribus colendas locemus:sed cultorum mãcipibus. ꝓpterea in agro Parisino vineta magno excoluntur:cum multis in locis galliæ parauum sumptum q̃uis feraces vites poscant.qd̃ & incuria dñorũ:& ignauia vinitorum ita inueteratum est:vt constitui apud nos res rustica nequeat:rusticis vnanimi conspiratione tuentibus quod a maioribus acceperunt.Verum(vt ad Pliniũ redeã)si cẽtenos nũmos in amphorã statuamus anno Opimiano:& cẽtenas amphoras in iugerum:qui mediocris est prouẽtus Columellę:videam9 quonã tãdẽ reddit9 euasuarus sit.centies cẽteni nũmi decẽ millia nũmũ fiũt:q̃ nos ducẽtis quiquaginta aureis ęstimare solemus:quo fit vt nõ immerito fortasse Pliniana exemplaria eo in

loco suspecti postularim: quo modo & in aliis nonnullis locis: officio (vt mihi quidem videtur) studiosi hominis functus qui in medium consulit.

Fertilitates soli memorabiles. Nam illud Columellę in loco a nobis antea citato: nam frumenta maiore quidem parte Italiæ quãdo cũ quarto responderint: vix meminisse possumus: cũ quartodecimo legendũ esse notius est q̃ dici debuerit: ex Varrone lib. pri. cuius hæc verba sunt. Quare obseruabis quantũ in ea regione consuetudo erit serendi: vt tantũ facias q̃tum valet regio ac genus terræ: vt ex eodem semine alibi cum decem respõdeat: alibi cũ quindecim: vt in Aetruria locis aliquot. In Sybaritano dicunt etiam cũ cẽtesimo redire solitum. nec mirum id Italiæ tribui cum Plinius tradiderit agrum Babyloniũ cũ quinquagesimo fœnore messes reddere: diligentioribus agricolis etiam cum centesimo. de quo Herod. in primo ita inquit. τὸν δὲ τῆς δήμητρος καρπὸν ὧδε ἀγαθὴ ἐκφέρειν ἐστὶ ἡ βαβυλωνίη χώρη: ὥστε ἐπὶ διηκόσια μὲν τὸ παράπαν ἀποδιδοῖ. ἐπειδὰν δὲ ἀρίστα αὐτὴ ἑαυτῆς: ἐκείνη ἐπὶ τριηκόσια ἐκφέρει. id est ad cerealem autẽ frugem vsq; adeo bona est regio Babylonia vt plęrunq; ducena reddat: vbi autem bonitate sese ipsa vincit: ibi etiam ad tricena. Plinius lib. quinto. Libyphœnices appellantur qui Byzantiũ incolunt. ita appellatur regio. ccl. millibus passuũ per circuitum fertilitatis eximię: cũ centesima fruge agricolis fœnus reddente terra. Non temere igitur dominus in euãgelio Matthęi cap. xiii. Fructum summũ ad centesimã frugẽ auxit. Verba Plinii lib. xviii. hęc sunt a Theophrasto ad verbum traducta. Babylone tamen segetem bis secant: tertio depascunt: alioquin folia tantum fierent. sic quoq; cum centesimo fœnore messes reddit exilitas soli: verum diligẽtioribus cum centesimo. sic enim Hermolaus recte emendauit. Theophrastus lib. viii. de stirpibus. τὸ δὲ τρίτον τὰ πρόβατα ἐπαφιᾶσιν. οὕτω γὰρ φύει τὸν καυλόν. εἰ δὲ μή: φυλλομανεῖ. γίνεται δὲ μὴ καλῶς ἐργασαμένοις: πεντηκοντάχοα: τοῖς δὲ ἐπιμελῶς: ἑκατοντάχοα. Et tamẽ in antiquis exemplaribus & in impressis ante Hermolaum sic legitur. Sic quoq; cũ quintodecimo fœnore messes reddit exilitas soli: verũ diligentioribus cũ centesimo quinquagesimo: q̄d mirum est: cum ad verbũ Plinius locum Theophrasti verterit. nisi q̄ duo illa verba exilitas soli apud Theophrastum non sunt: nec vidẽtur conuenire: cum Theophrastus pieram terrã illam appellet id est pinguem: & Plinius ipse præpinguẽ & densam. vt potius felicitas q̃ exilitas legi debeat: et mirũ sit Hermolaum hæc verba ex Theophrasto agnouisse: cum exile solum contrariũ sit læto & affluenti. q̄d autẽ sequitur. neq; est

Pli. lo. cura difficilis. q̃ diutissime aquari gaudent: vt p̄pinguis & densa hubertas diluatur. sic emẽdandũ censeo ex antiquo vno libro. q̃ diutissime aqua rigãda. Theophra. ἡ δὲ ἐργασία τὸ ὡς πλεῖστον χρόνον ἐμμένειν τὸ ὕδωρ: ὅπως ὕλην ποιήσῃ πολλήν. πίειραν γὰρ οὖσαν καὶ πυκνὴν τὴν γῆν δεῖ ποιῆσαι μανήν. id est: cultus autẽ est vt q̃ plurimo tẽpore resideat aqua: vt multã hęrbę materiã faciat. pingue enim solũ & densum oportet rarum fieri. Idẽ Plinius cap. sequẽti. Similis ratio sed felicitas maior Babylonię Seleucię: Euphrate atq; Tigri restagnãtibus. quoniã ibi rigandi modus manu tẽperatur. Cum de agro nostro qui pinguissimus esse vulgo dictitatur: agricolas multos interrogarim: nũq̃ exculpere potui vt cũ decima fruge reddere semen faterẽtur: nisi si quãdo summa anni vbertate id contigit: vel in nouali reces p̄scisso.

Quo magis mira illa felicitas agrorum videri debet: sed & in eo culpã aratorũ nostrorũ esse crediderim: nã vt Varro cũ quintodecimo in Aetruria respõdisse dicit: quũ Columel. vix cũ quartodecimo respõdisse meminerit: q̄d nõ effœto solo: sed negligẽtia agricolarũ factũ puto: qui a pristina diligẽtia iã Claudii imp̄atoris vel Neronis t̄pe desciuerãt: sub quo Columella scripsit. Verũ animaduertẽda Columellę verba supradicta: Cũ prata (inquit) & pascua & siluę: si cẽtenos sestertios singula iugera efficiant: optime dño consulere videantur. Ex quibus verbis cõiici potest q̃tũ sestertius valeret: quippe hodie prata scimus & vidimus: quæ annuos quaternos frãcicos dño pẽsitare solita sint fœnisici in lustrum oblocata: ita vt cõmode secũ eo pacto putet actũ. atqui centũ nũmi æstimatione nostra duobus aureis & semisse valuerũt. Sed q̃m diximus qualis fuerit redditus vinearũ: restat vt videamus quãtũ fuerit precium. Columella lib. iiii. Vinitor licet sit emptus sex vel potius sestertiis octo millibus: cũ ipsum solum septẽ iugerũ totidem millibus nũmorũ partũ: vineasq; cũ sua dote: id est cum pedamentis & viminibus binis millibus in singula iugera positas duco. His verbis Columella vineã conseri in singula iugera tribus millibus nummum significat. quibus si operã vinitoris addas: quatuor iã erũt millia: sine vsuris biennii semissibus quo vinea nouella cessat. Hæ ducentos quadraginta nũmos valent: ita singula iugera amplius cẽtenis aureis nostris conserebantur. Plinius vero in eo loco vbi Opimiani vini meminit: de arte colendæ vineæ loquens: in nostra (inquit) ætate pauca exempla consumatę huius artis fuere. verum eo minus omittenda: vt noscantur etiam præmia: quæ in omni re maxime spectantur. summã ergo adeptus est gloriã Acilius Stelenus e plebe libertina. lx. iugerũ nõ amplius vineis excultis in Nomẽtano agro. atq; æque quadringentis nũmis venũdatis. magna fama & Vetuleno Egilao vel potius Aegialo peride libertino fuit in Campaniæ rure Linternino: maiorq; etiam fauore hominum: quoniã ipsum Africani colebat exilium. sed maxima eiusdẽ Steleni opera Phemmium Palemonẽ alias grammatica arte celebrem in hisce. xx. annis mercatum. dc. millibus nummum in eodem Nomẽtano: decimi lapidis ab vrbe diuerticulo. est autem vsq;quaq; nobilitas vinetis per omnia suburbana: ibi tamen maxima. quoniã & neglecta per indiligentiã prędia perhauriat. ac ne in pessimis quidẽ elegãtioris soli hęc aggressus excolere: non virtute animi: sed vanitate. quę primo notata mira in illo fuit. Pastinatas enim de integro vineas cura Steneleum imitatus: ad vix credibile miraculum perduxit intra octauum annum. cccc. M. nummum emptori addicta pendente vindemia. cucurritq; non nemo ad spectandas vuarum in iis vineis strues literis eius altiores: contra id pigra ciuitate sibi patrocinante: nouissime Anneo Seneca principatu traditionis ac potentiæ quę postremo nimia fuit super ipsum. minime vtiq; miraturi Anneum tanto prędii eius amore captum vt non puderet inuiso alias & ostento futuro tradere palmam eam emptis quadruplicato vineis intra decimum fere curæ annũ. digna opera quæ in cecubis setinisq; proficeret: quãdo & postea sępe numero septenos culeos singula iugera: hoc est amphoras centenas quadragenas musti dedere. Ac ne quis victã in hoc antiquitatẽ arbitra-

Aiaduertẽd9 loc9 (beside "ta (inquit) & pascua...")

Precium vinearũ. (beside "nearũ: restat vt videamus...")

retur.idem Cato denos culeos redire ex iugeribus scripsit:Hũc locũ (vt arbitror) ita legebat Hermolaus:in quo ex pridẽ impressis tria aut quatuor verba mutauit:vt videre est in eius castigatiõibus.& cũ prius.cccc. nummũ legeretur:ipse millibus recte addendũ censuit.ego vero hunc locũ mẽdis adhuc scatere puto:& duobus in locis ab Hermolao corruptũ: quẽ quia emendari a me non posse videbã:transmittendũ diu censui.sed quoniã aliud exemplũ non succurebat vnde ostendere id qd nunc agitur possem:consiliũ mutaui.ita tamẽ vt obseruatis anxie antiquis exemplaribus:& addito qd cõminisci potui:locũ aliquanto magis perspicuum minusq; mendosum referrem.Hermolaus in altera editione hunc locum declarare cupiẽs:Videtur (inquit) Steleni vinetũ primo.cccc.mil.vẹnisse: tum.dc.millibus:mercãte Palęmone:non a Steleno:sed ab emptore primo:demũ quadruplicato precio cõparatũ a Seneca.Ego aliter cẽseo. quare sic legẽdum existimo:sed maxima eiusdẽ Steleni opera Rhemmio Palęmoni alias grãmatica arte celebri in hisce.xx.annis mercato rus sexcentis millibus nummum in eodem Nomẽtano.ex vetustissimo libro in quo hæc per datiuum leguntur:Palęmoni & celebri.nec mercatum sed mercatoriis:ex quo mercato rus legẽdum dico.alioquin fustra Plinius dixisset in eodem Nomentano:si de vineto superiore ipse intellexisset.maxima igitur fama fuit Palæmoni opera Steleni.est enim opera septimus casus non accusandi.nec Palęmon opera id est agricolationes Steleni mercatus est:sed ad rus emendũ opera Steleni vsus est:qui iã documẽtũ industriæ suæ ac solertię dederat vẹnũ dato vineto.cccc. millibus nũmu. Sequitur est autem nobilitas vinetis (vel mercis vt in omnibus antiquis legitur) per omnia suburbana:ibi tamen maxima:quoniã neglecta per indiligentiam prędia perhauriat:malim vt in antiquis & pridẽ impressis legitur: parauerat.hoc sensu:quum alias vineę magno ibi vẹnirẽt propter vicinitatem:tum illa maxime Palęmonis in precio erant:quia illa cõparauerat negligẽtia dominorũ coli desita:ex quo noualiũ vice cẽsebant.qd Plinius significat dicens eũ vineas pastinasse:qd renouasse significat.vix tamen hoc congruit cũ Columel.lib.iiii.quũ in ponenda vite restibilis vineti vltimam conditionem esse censeat.Quare fortasse Plinius vanitatem in eo arguit.sed vanitatem in eo intelligo potius q; vineas de integro pastinauit quasi restibile vinetum & cariosum:quũ vineę tãtũ neglectę indiligẽtia cultorum fuissent:nec repastinatione indigerẽt.& inferius.Cura Stenelum agricolam imitatus:lego:cura Steleni dum agricolam imitatur: sic enim antiqua habent exemplaria.& rursus inferius:cucurritq; non nemo ad spectandas vuarum in iis vineis strues:literis eius altiores pigra ciuitate sibi patrocinante.In pridem impressis:altioribꝰ pigra in ciuitate legebatur.sed Hermolaus illud in expungendum censuit:& altiores legẽdum.hoc sensu.habuisse causam Palæmonem grammaticum quamobrẽ agrorum curam literis anteponeret:cum ad id desidiam ciuitatis sibi patrocinantem videret.ego autem altioribus reponendũ hoc modo cẽseo. Literis eiꝰ altioribꝰ pigra vicinitate sibi patrocinãte.hoc sensu vt vicinis q; bus cõfines vineę Palęmoni multo minus reddebãt diligentia pari nõ ex culte:referrẽt cãm tanti prouẽtus in doctrinã Palęmonis:qui grãmatica

Plí,lo.

Pastinare quit sit.

Plí,locus.

arte celebris fuit:satyrici testimonio qui inquit Cede Palæmõ.& rursus. Odi:hãc ego quæ repetit voluitq; Palęmonis artẽ.Meminit & Quintilianus. Huc ptinet illud eiusdẽ Plinii lib.xviii.Caius Furius Cresinꝰ e seruitute liberatꝰ:cũ in puo admodũ agello largiores multo fructꝰ pciperet: q; ex amplissimis vicinitas:in inuidia magna erat ceu fruges alienas pellicere veneficiis:quãobrẽ a Sp.Albino curuli die dicta metuẽs dãnationẽ: cũ in suffragiũ tribus oporteret ire:instrumẽtũ rusticũ omne in forũ attulit:& adduxit filiã validã:atq; (vt ait Piso) bene curatã ac vestitã.ferramẽta egregie facta:graues ligones:vomeres põderosos:boues saturos: postea dixit Veneficia mea Quirites hęc sunt:nec possum vobis ostẽdere aut in forũ adducere lucubratiões:vigiliasq; & sudores.oĩm sententiis itaq; absolutꝰ est.Sic igit vicinitas nõ nauatę in cultu opæ:sed doctrinæ cuidã recõditę tribuẽdã cẽsebat vberiorẽ fructuũ pceptionẽ. Sequit:vt nõ puderet inuiso alias & ostẽto futuro tradere palmã eã emptis quadruplicato vineis.vbi in vetusto alias regiões & ostẽtaturo legimꝰ:ĩ alio ostẽtat.quare legẽdũ cẽseo inuisuro:alias regiões & ostẽtaturo.vt intelligamus Palęmonẽ tãto pcio ea regiõe exactũ:aliũ locũ q̃siturũ in quo ostẽtare preciũ industrię suę posset.Reliqua ita corrupta cẽseo vt cẽsus cõmode elici neq̃at.Veniamꝰ nũc ad id qd q̃rebat.si sexaginta iugera quadringẽtis millibꝰ vẹnierũt:q̃ decẽ millibꝰ aureorũ a nobis ęstimant:tria iugera mille aureis cõstiterũt:vt in singla iugera cẽtenos sexagenos senos & semissẽ statuere debeamꝰ.Si hoc pciũ ex Columellę rõne ęstimet:nõ video cur summã laudẽ ppter hoc adeptꝰ sit Acilius qd Plinius inquit:ppterea suspectũ numerũ habeo:nã & in quodã antiquo legi.lx.iugerũ nõ ampliꝰ vineis excultis in Nomẽtano agro:atq; ęque numero vẹnũdatis:vt fortasse sic Plinius scripserit:atq; ęque nũero sestertiũ vẹnũdatis.qua rõne summa laus fuit in singula iugera centenis millibus nũmũ vineã vendidisse: alioquin nõ magnopere creuisset preciũ:qd nõ cõuenit cũ cultu ruris alterius qd quadruplicato intra decimũ vẽditũ est:cuiꝰ etiã vindemia pendẽs quadringẽtis millibꝰ nũmũ addicta est.Rus aũt illud cuiꝰ Plinius modũ non posuit:centuriã intelligo:de qua Columel.loquẽs ita inqt.Cẽturiã nũc dicimꝰ (vt Varro ait) ducẽtorũ iugerũ modũ.olim aũt ab centũ iugeribꝰ vocabat cẽturia.sed mox duplicata nomẽ retinuit.Cato cẽturiã vitiariã posuisse videt centũ iugerũ cũ inqt:habere oportere quindecim mãcipia vinearũ iugeribus cẽtũ.in olieto modica cẽturia (inqt Varro) erat ducẽtorũ iugerũ.Ergo hic si cẽtenariã vineã intelligamꝰ:sexcẽtis sestertiis emptã:singula iugera in suburbano senis millibꝰ cõstiterũt.i. centenis quinquagenis aureis coronatis:& precio quadruplicato intra decẽnũ annũ.sexcenis:in quibꝰ diligẽti cultu eousq; pfectũ est a Rhemmio vt octauo anno vindemiã pẽdentẽ in iugera cẽtenis aureis vẽdiderit:qd Plinius miraculũ vix credibile dixit.vt em octonos culeos in singula iugera statuamus:hoc est vicenos modios Parisinos:quinis aureis vindemia cuiusq; modii constitit.Hęc tamen summa multo minor est superiore si sexagies sestertium legamus:& rus centuriam fuisse intelligamus.De his vineis loquens Columel.libr.iiii.& Senecæ blandiens tunc potentia & auctoritate apud Neronem præualenti:ita inquit.His certe temporibus

Plí,lo.

Cẽturia.

et Nomẽtana regio celeberrima fama est illustris. & ꝑcipue quã possidet Seneca vir excellẽtis ingenii atq; doctrinę. cuius in prędiis vinearum iugera singula culeos octonos reddidisse plerũq; cõpertum est. Ego autem cõpertum habeo in ꝑfectura Parisiẽsi vineta esse quæ etiã hũc numerum excesserint in singula iugera nostra: quę illic sunt maxima. Igitur quadruplicatũ ꝑcium quater & vicies sestertium fuit. qd nũmo nostro sexaginta millia aureoꝝ valet. ex quo apparet Senecã non frustra ꝑdiuitẽ appellatũ esse a Iuuenale. nã & ipse apud Tacitum lib. xiiii. ad Neronem ita inquit. Quartusdecimus annus est ex quo spei tuę admotus sum: octauus vt imperiũ obtines. medio tẽporis tãtum honorũ atq; opũ cumulasti: vt nihil felicitati meæ desit nisi moderatio eius. & paulum infra. Ego ne equestri & prouinciali loco ortus: proceribus ciuitatis annumeror? Inter nobiles & longa decora pręferẽtes nouitas mea enituit? vbi est animus ille modicis contentus? Tales hortos instruit: & per hæc suburbana incedit: & tantis agrorũ spaciis tã lato fœnore exuberat? vna defensio occurrit ꝙ muneribus tuis obniti non debui. sed vterq; mensurã impleuimus: & tu q̃tũ princeps tribuere amico posset: & ego quantũ amicus a principe accipere. mihi subueniendũ est: cum opes meas vltra sustinere nõ possim. in hoc vitæ itinere senex: & leuissimis quoq; curis impar: pręsidiũ peto. iube opes meas per ꝓcuratores tuos administrari: & in tuã fortunã recipi. qd tẽporis hortorũ aut villarũ curæ seponitur: in animũ reuocabo. Verba sunt Senecę ab amicis admoniti ꝙ ab inimicis apud Neronẽ insimularetur quasi ingentes & priuatũ supra modũ euectas opes quotidie augeret vt Taciti verbis vtar. Instantẽ igitur pernicie prouidens: ad principem vltro adiit: immẽsi census cessionẽ facturus vt vitæ cõsuleret: qd obtinere ei non licuit. Nunc si reputare velimus quantę fuerint illę opes: audiamus Suilliũ Senecę inimicũ & inter alia quoq; exprobrantẽ apud eundẽ auctorẽ lib. xiii. his verbis. Qua sapiẽtia: quibus philosophorum pręceptis intra quadriẽniũ regiæ amicitiæ ter millies sestertiũ parauisset? Romæ testamẽta & orbos velut indagine eius capi. Italiam & prouincias immenso fœnore hauriri. His verbis cum superioribus intelligimus Senecã magnos reditus ex agris & fœnore pecuniæ habuisse. ꝙ si sestertiũ ter millies quarto iam anno imperii Neronis quęsiuerat: vt Suillius dixit: quid existimem? eũ habuisse octauo eiusdẽ imperii anno: quando orationẽ illã ad Neronẽ habuit. Ter millies (vt alibi diximus) cẽsus fuit maior Crassiano: hoc est septuagies quinquies centena millia aureorum nostrorũ. Olim aũt a cẽsu notæ erãt opes hominũ: nõ vt nũc occultę. professio em necessitatis erat. Cæterũ ex ꝑdictis feracitas vinearũ antiquarũ declaratur: cũ Plini? dicat ac ne quis victã in hoc antiquitatẽ arbitraretur: idẽ Cato denos culeos redire ex iugeribus scripsit. & vt redditus optimus intelligeret: subdidit Plinius: efficacibus exẽplis nõ maria plus temerata cõferre mercatori: nõ in rubrũ littus indicũve merces petitas q̃ sedulũ ruris larẽ. sed tãta copia in Cecubis & Setinis Falernisq; nõ fuit: q̃ primę auctoritatis erant: vt ex Plinio & Columel. nouimus. Nomẽtanus. n. ager feracitate nõ auctoritate ꝑstantię illustris erat. Propterea addidit ea verba Plinius: digna opera quę in Cecubis setinisq; agris ꝓficeret. Prodigio autẽ simile est vitẽ vnã:

Seneca ꝑdiues appellatus.

id est vnã stirpẽ excessisse vuarũ numerũ duoꝝ milliũ: qd Columella dixit. & id dictũ de vite pergulari puto. Vnde idẽ alibi. In albano generis Aminei vitis notas habuimus: numero quidẽ ꝑpaucas: verũ ita fertiles: vt in iugo singulę ternas vrnas ꝑberẽt. In ꝓgulis autẽ singulę denas amphoras perequarent. Vnũ aũt restat dicẽdũ: qd cõsulto in finẽ opis dilatũ est: vt in mẽtione dñi nostri fastigiũ operi imponatur. Matthęi decimo legit: ὁ διδάσκαλος ὑμῶν οὐ τελεῖ τὰ δίδραχμα? Magister vester nõ soluit didrachma. Et rursus. Vade ad mare & mitte hamũ: & eũ piscẽ qui primus ascẽderit tolle. & apto ore eius inuenies stateremẽ: illũ sumẽs da eis pro me & te πορευθεὶς εἰς τὴν θάλασσαν βάλε ἄγκιστρον. καὶ τὸν ἀναβαίνοντα πρῶτον ἰχθὺν ἆρον. καὶ ἀνοίξας τὸ στόμα αὐτοῦ εὑρήσεις στατῆρα. ἐκεῖνον λαβὼν δὸς αὐτοῖς ἀντὶ ἐμοῦ καὶ σοῦ. Sic tamẽ ꝓprie verti potest. Magister vester nõ pẽsitat didrachma? per interrogationẽ. Est aũt didrachmũ nũmus binas drachmas valẽs: quomodo & tetradrachmũ quaternas: qd verbũ apud Liuiũ legitur vt supra adnotauimus. Cassius ad Cice. Nã ia ternis tetradrachmis triticũ penes Dolobellã est. nisi si quid nauibus Laodicenorũ supportarit: cito fame pereat necesse est. famẽ instantẽ significat ex caritate frumẽti: quũ medimnus duo denis drachmis veniret: id ẽ seni modii Romani & semisextarius noster ducato vno. Liranus apud Matthęũ: drachmã senis denariolis estimat: & sic quilibet (inqt) capitaneus domus soluebat annuatim duodecim turonẽses. Ego aũt tãtũ didrachmũ valuisse quãtũ septẽ solidos nostros turonicos dico. hoc est septies tãtũ quãtũ Liranus existimauit. Exodi. xxx. cadicit. Siclus. xx. obolos habet. media pars sicli offeretur dño. qui habet in numero a vigiti annis & supra: dabit ꝑciũ. diues nõ addet ad mediũ sicli: & pauper nihil minuet. Iosepus lib. vii. belli Iudaici de triũpho Vespasiani loquẽs quẽ egit de Iudæis vi subactis: Stipendiũ (inqt) vbicũq; degerẽt Iudæis indixit: binas drachmas singulis annis iferre in capitoliũ iussit ita vt antea Hierosolymorũ tẽplo pẽdebãt. Intelligim? ergo id qd in Exodo dicitur: typũ fuisse tributi qd Iudæis a Romanis iniunctũ est. non. n. primũ a Vespasiano id factũ est: sed ab Augusto q cẽsum impauit Iudęis Cyrino ꝑside. Vespasian? aũt nõ in Iudęa tãtũ hoc tributũ indixit: sd Iudęis vbiterrarũ cũq; agerẽt. Didrachmũ igitur denos obolos hebraicos valebat: sed duodenos atticos: nec didrachmũ in singulos patresfamiliarũ: vt Liranus cẽsuit: hoc ẽ in capita familiarũ: sed in singulos hoies statutũ: quomõ olim semisiclus in numerũ hoim. i. viritim nõ domesticatim cõstitut?: in eos qdẽ q maiores viginti annis eẽnt. qd ꝓinde est ac si binas opas in sacra publica cõferre iuberẽtur. nã drachma merces est diurna: vt supra docuimus de denario diurno loquentes: cuius fit mẽtio Matthæi. xx. Stater igit tetradrachmus erat vt & antea dictũ est. Nũc igit i hac mẽtione stateris æstiment si fieri potest diutię hois vnius priuati quãtũ meminerim maxime. Pythius is est Bithynius: quẽ Herodotus in. vii. prodidit Dario Persarum regi vitem auream & platanũ donauisse. Posteaq; Xerxi Darii filio quũ in græciam infesto exercitũ tendens: Celęnis vrbe Phrygiæ iter faceret: obuiã profectũ: regẽ ipm atq; omnẽ eius exercitũ hospitio suscepisse: xeniisq; magnificis donauisse. pecuniam etiã in id bellum præbiturum se pollicitum. quã pollicitationẽ admiratus Xerxes: astãtes percun-

Didrachmum.

Tetradrachmũ.

Tributũ Iudaicũ.

Stater.

Diuitiæ Pythii memorabiles.

Pythius Bithini9.

ctatus est quisnã hominũ esset Pythius: q̃ꝗ pecuniis abundans: qui hoc vltro spopõdisset. Cui quũ respõsum eẽt: illũ esse Pythiũ q patrẽ eius Dariũ visendo illo munere vitis ac platani aureę donauisset: ac tũ quoq; nihilominus hominũ ditissimus scd̃m regẽ esset. Rursus admiratus Xerxes: & ad Pythiũ cõuersus: sciscitari cœpit q̃ ingẽtis pecunię fiducia ad pollicitationẽ illã venisset. ad ea Pythius: quũ ad mare (inqt) grecię descẽdere te audissem: statim opũ mearũ rationẽ inire aggressus sum. Iã tũ.n. in animũ induxerã pecuniã tibi dono dare in bellũ id gerẽdum. Subducta igit̃ ratione argẽti qdẽ talẽta duo millia: auri vero myriadas quadrigẽtas staterum Daricoꝝ septẽ millibus minus habere me cõpi: q̃ tibi dono dare statui. mihi autẽ victus ex mãcipiis & agricultura suppetet. His verbis Xerxes delectat9: vt tecũ (inqt) paria faciã: ꝓ hac liberalitate hospitẽ te meũ facio. quadringẽtas vero myriadas nũmũ de meo explebo datis tibi chiliadibus septẽ: vt quadragies cẽtenis millib9 Daricorũ staterũ nihil desit. Proinde q̃ hactenus possedisti possideto: mementoq; talẽ te semꝑ ꝓstare. Hęc.n. te faciẽtẽ nec in ꝑsens: nec i futurũ pœnitebit. Hęc sunt.n. verba Xerxis apud Herodotũ. σοὶ ὦν ἐγὼ ἀντὶ αὐτέων γέρεα τοιάδε δίδωμι. ξεῖνόν τε σε ποιεῦμαι ἐμόν. καὶ τὰς τετρακοσίας μυριάδας τοι τῶν στατήρων ἀποπλήσω παρ' ἐμεωυτοῦ δοὺς τὰς ἑπτὰ χιλιάδας: ἵνα μή τοι ἐπιδεέες ἔωσι αἱ τετρακόσιαι μυριάδες ἑπτὰ χιλιαδέων: ἀλλά ᾖ τοι ἀπαρτιλογίη: ὑπ' ἐμέο πεπληρωμένη. κέκτησό τε αὐτὸς τάπερ κεκτῆσαι. ἐπίστασό τε εἶναι αἰεὶ τοιοῦτος. οὐ γάρ τοι ταῦτα ποιέοντι οὔτε ἐς ὁ παρεόν: οὔτε ἐς τὸ μέλλον μεταμελήσει. Plinius li.xxxiii. de immẽsis opibus hominũ singuloꝝ loquẽs: Cõgregate (inqt) & excedẽtes numerũ opes: quota tamẽ portio erũt Ptolemæi: quẽ Varro tradit Põpeio res gerẽte circa Iudæam octona millia eqtũ sua pecunia tolerauisse. mille cõuiuas totidẽ potoriis vasis: mutatẽ vasa cũ ferculis: saginasse. quota vero illę ipsę (neq;.n. de regibus loquor) portio fuerit Pythii Bithynii q platanũ aureã: viteq; nobilẽ illã Dario regi donauit. Xerxis copias hoc est septies.lxxxviii. millia excepit epulo: stipẽdiũ quinq; mẽsiũ frumẽtũq; pollicitus: vt e quinq; liberis senectuti suę in delectu vn9 saltẽ cõcederet. In antiquis exẽplaribus legit̃ Mille millia hoim excepit epulo. Vterq; autẽ numerus mẽdosus eẽ videt̃ ex Herodoto: q peditatũ Xerxis ex Asia cõtractũ ter & vicies cẽtena millia hoim fuisse dicit ꝑter seruitia & frumẽtatores. ꝑter classem cuius magnũ numerũ facit. Hũc igit̃ numerũ hoim Pythiũ hospitio suscepisse verisimile est: q̃m tãtas copias terrestres habuit Xerxes quũ i Phrygiã venit. Nam posteaq̃ hellespontum trãsiit numerus exercitus seruitiis & comitatu supra quinquagies auctus est: vt in superioribus dictum est quum de chœnice loqueremur. Sed Plinius fortasse Herodotum auctorẽ nõ secutus est: sed Trogum: qui Xerxem ex regno suo septingẽta hominũ millia coegisse dicit: & trecenta ex auxiliaribus. Quare Plinius scripsisse existimari potest septies octoginta millia: vt subintelligat̃ centena verbum: vt supra docuimus: vt sit septies cẽtena octoginta octo millia. Qd̃ si ex Herodoto restituere placet: sic legendum. Decies septies octoginta millia. Nã Herodotus ꝑter peditatũ etiã octoginta millia equitũ fuisse auctor est. Cũ autẽ Plinius dicat Pythiũ quinq; mẽsium stipẽdium & frumẽtum exercitui Xerxis pollicitum esse: quinq; filioꝝ suorum nomine: vt tãtum

vni vacationẽ militiæ impetraret: existimo quadragies centena millia staterum Daricorũ: tanto exercitui in stipendiũ & frumentũ coemendũ sufficere in quinq; mẽses potuisse. Vt igitur minimũ numerum sequamur: id est septingenta millia: fac vt singuli in mẽsem ternos aureos coronatos acceperint: hac ratione in singulos menses stipendium vicies semel centenis millibus stetit: quæ summa quinquies ducta ob quinq; menses: centies quinquies centena millia efficit. His equitatus stipendiũ addẽdum: quibus trecẽta millia auxiliariũ addere nũc nolui: qa nõdũ cõtracta erãt auxilia: quę post transitũ Hellespõti sese Persis adiũxerũt ex Macedonia: Thessalia: Epiro & Gręcia. Nũc igitur de stateribus Daricis videamus.

Stater multiplex.

Stateres quidã Alexandrei: quidã Darici: quidã erãt Philippei. sed stater aureus minam argenti valebat. Pollux. ὁ δὲ χρυσοῦς στατὴρ μνᾶν ἠδύνατο. καὶ γὰρ ἐν τοῖς ἱσταμένοις τὴν μνᾶν τῆς ῥοπῆς στατῆρα ὀνομάζουσι. Aureus (inqt) stater minã valebat. nam & in iis quæ appẽduntur pondus minæ staterem nominauerũt. καὶ ὅταν εἴπωσι πεντεστάτηρον: πέντα μνουν ἀκοῦσι λέγειν. & quũ dicunt pentastaterum: id est quinq; staterum pondere: dicere videtur pentamnon: hoc est quinqueminale: hoc si est verũ: stater vn9 aureus quaternos minimũ aureos nũmos Romanos valebat. quatuor enim aurei Romani quadringentos nõ amplius sestertios valebãt vt satis demõstratum est. vt fuerint stateres aurei vnciales: cuiusmodi fere Lusitanici hodie aurei visunt̃ denis aureis æstimabiles. Quomodo aũt apud Romanos argẽtea nomismata drachmalia signabãtur Atheniẽsiũ imitatione: & aurea didrachma erãt: sic apud gręcos & Persas & Macedonas stateres aurei geminato põdere signabãtur: hoc est octonis drachmis. certe nomisma vnũ hoc triẽnio argẽteũ vidi cuius lemma erat λυσιμάχου βασιλέως Lysimachi regis: cuius põdus tũc nõ examinaui: nec alioqn nũmũ magnopere cõsiderãdũ duxi: ꝗ nihil tũ harũ rerũ cogitarẽ: quare nec mihi oblatũ mercatus sum. Hoc aũt anno quũ anxie ꝑquirerẽ & ter quaterq; argẽto repẽdere paratus essem: in tertias quartasq; manus ꝑuenisse cõperi: & tãdẽ hic exportatũ. sed quũ ab iis ꝑcũctarer q maxime meminisse videbãt quãtũ põderis traheret: aiebat vnus se existimare semũciale nomisma fuisse. Id ille mihi facile ꝑsuasit: ꝗ alter maius etiã põdus meminisse se dicebat: & ea mihi magnitudo nomismatis oculis obuersabatur quæ (vt minimũ) æquaret denariũ Mediolanẽsem. resciui etiã a tertio in cui9 tũc manu eẽt: id est cui ipse id dono dedisset (in quartam.n. manũ venerat) sed videre mihi postea non contigit. Siue autem stater is fuerit: siue non: Daricus tamen stater non minus denis aureis nostris valuit: id est argenti mina. qua ratione fit: vt quadragies centena millia daricorum: quadringenties cẽtena millia coronatoꝝ valuerint. Nunc igitur apparet Pythiũ Bithyniũ nõ modo septingentis & octoginta millibus: sed plane decies centenis millibus atq; adeo decies septies centenis: & equitatui præterea & classi stipendiũ & frumentũ suppeditare in quinq; mẽses potuisse.

Epilogus hui9 opis. Hermolaus Barbarus.

Hæc fere sunt quæ de re nũmaria mensurisq; dici potuerunt. cuius rei semina se libasse Hermolaus Barbarus lõge ingenio nobis doctrinaq; omnifaria prestans in glossematis illis gloriatus est quæ in Pliniũ edidit gloriæ suæ segetem ac materiam: quem tamen auctorem sic quoq; ad nos peruenisse dico: vt

ſeminariũ laudum ſtudioſis omnibus in eo quotidie renaſcatur: etiã ſi ille primitias decerpſit. ſed quũ ipſe multa de talento ſeſtertio & libra colligẽtis quidẽ more non deligentis cõmemoraſſet: poterã (inquit) plura: ſed quæ carptim: curſimq; velut ſemina materię difficillimę libauimus: dilato in aliud tempus pleniore cõmẽtario ſufficiant. mihi vero ille farraginẽ auctoritatũ diuerſiſſima tradentium: ĩmo (vt plane dicã) ſegetum antipathiã miſcuiſſe videtur: & in vnũ ſemina diſſidentia confudiſſe: ex quibus frugem aliquã bonã quonã modo ſperare potuerit & promittere nõ intelligo: aliorum autẽ erit iudicium. Nos cõmentationis ab eo promiſſæ: ſed erronea (niſi fallor) indagine inchoatę: cęcas & perplexas ambages a capite rẽ exorſi: ita explorasſe videmur: & a limine ſtatim introrſus perſpectas luculentis veſtigiis remeabiles feciſſe: vt in Mæandros potius digreſſionũ inſinuaſſe (ſic enim res ferebat) q̃ in Labyrinthum quendã diſputationis iudicari debeamus. Deprehenſi aliquibus in locis hęſimus: vel verius ſubſtitimus: nuſq̃ tamẽ aut flexu pręuaricationis: aut ſaltu reticẽtiæ vel obliuionis: aut deniq; præcipitio temeritatis elapſi: ponderum & mẽſurarum tractationem ita explicauimus: vt res natura inter ſe cognatæ: nominũ etiã communionẽ & veluti gentilitatem agnoſcerẽt. Quid tum (dicat aliquis) doctioribus igitur te p̃ferendum cenſes? In hoc vno ego vero. cæteris in rebus iis libens cedo quibus omnia propemodũ debeo. ſic ſua hactenus cuiuſq; fuit in reparatione latinæ linguę palma. Hoc ius nõ modo æqualiũ noſtrorum: ſed etiã poſteritatis erit: etiam ſi ius obtinere nunc Galli apud iudices Gallos nequeunt. neq; vero p̃repta vnius aut alterius rei gloria: cõmentanda quoq; in poſterum materia cõſumpta: quæ adhuc larga ſupereſt. Hoc tantũ refert q; clariorum quidẽ illi aut pluriũ palmarum decora tulerunt: ego fortaſſe inter exigua ingenia qualibet acquieſcere palma & debeã & poſſim. ſed alios ita velim animatos eſſe: noſtrates præcipue: quorũ maxime gratia hoc opus ſuſcipiẽdũ duxi: vt maximũ quodq; decus ſic in medio poſitum eſſe putent: vt ingeniũ tãtum & diligentiam referre non genus & cœlum putent. ſic fiet vt in huius laudis curriculo Italia omniũ gẽtium magiſtra: lampadẽ (qd̃ aiunt) Gallię non tradat: ſed cõmodet: aut tradat quidẽ ſed fiduciariã vel precariam: vel potius det vtendã vſu nobis & illis promiſcuo. Quid ni em̃ ſperemus quod aliis nõ negatum eſt qui longius remoti ſunt? Rumpantur licet Miſopatrides: id eſt patriã ciueſq; ſuos exoſi: natura Gallos hac dote nõ fraudauit: tametſi huius ætatis moribus: vel paucorũ hominũ vicio: qui rerũ arbitrium tenẽt: factũ eſt: vt literarum bonarũ ſtudium nihil ad reipublicæ moderamen pertinere videatur. Rempublicam ſemper appellare inſtitui abuſiue fortaſſe: in qua plurima ad priuatã vtilitatẽ referri exiſtimantur. Propter qd̃ videmus eo iam maieſtatẽ publicam decidiſſe: vt cenſu ciues opibuſq; multomagis: q̃ ſenſu & p̃batis moribus cenſeãtur. Hinc illa ſtulta ac ridenda quorundam reputatio: qui nulla prorſus arte memorabili imbuti: ob vulgares quidẽ vt apud Romanos facultates: vt apud nos p̃pemodum principales: nõ ſe modo copioſos: ſed etiã (ſi diis placet) beatos arbitrãtur. quũ ſi ad Romanos modulos diuitis appellationẽ metiamur: perpaucos hodie norimus pręter primores procerũ: quorũ cenſus

Miſopatrides.

centies & quinquagies ſeſtertium ęſtimet. At tantã ſummã Pallas homo libertinus accepit: idq; decreto Romani ſenatus: obid q; referẽdũ ad curiã cẽſuiſſet de fœminis: quę ſe ſeruis cõcubitu miſcuiſſent: eaq; relatiõe ſtatutum: vt quę ignaro dño ad id prolapſa p̃baretur: in ſeruitutẽ ſui cõſenſiſſe videret. Cuius rei auctorẽ Tacitũ: Pliniũq; oratorẽ habem9. Idq; ſenatuſconſultũ poſtea a Iuſtiniano principe ſublatum eſt. Quis aũt hodie eorũ qui aurum metiri nõ numerare dicũtur: vel etiã qui pala verſare aureos grũmulos dictitantur: ducẽties ſeſtertiũ poſſidere creditur? At Aeſopus tragœdus poſt cœnas illas luxu ſtupẽdo memorabiles: tantũdẽ heredi filio reliquit: vnde margaritas ipſe ſorbẽdas cõuiuis appoſuit nõ mediocris p̃cii. Age Curio tribun9 plebis nõne ſexcenties ſeſtertiũ æris alieni habuiſſe memorat? qd̃ perinde eſt ac ſi nnuc dicas quindecies cẽtena millia aureorũ: tanti tñ & pluris Cęſar ciuis adhuc Romanus nõdum dictator: in Gallia res gerens: cõciones eius ad populũ Licitatus eſt & redemit. Paulus conſul Romanus mille & quingentis talentis eidẽ Cæſari eodẽ tpe auctoritatẽ ſui cõſulatus addixit: ea demũ lege vt Remp. exagitanti patiẽtiã accõmodaret. Iã ſenatores Romanos qui defecti facultatibus dicerentur: quingena quotãnis ſeſtertia ſolitos accipere a principibus cõſtat: quis honeſtã (ſic em̃ aiebãt) pauptatẽ tolerare poſſent inno cẽter. Nũc vero quotus quiſq; tantũ habet pẽſitationis annuę ſi paucos gentiliũ regis excipias? Cõtra Nero p̃ditis iã rebus: ſenatũ Romanũ coegit cẽties ſeſtertiũ ſibi quotãnis pẽſitare. quã ſummã ſine ſtupore meminiſſe iã nemo põt. Mitto q; Ciceroni oratori qui ſemper a Romanis tenuis exiſtimatus eſt: ſuperficies ędiũ ſenatus cõſulto nõ minoris quiquagintą millib9 aureorũ noſtrorũ ęſtimata eſt: & villaticũ ędificiũ pluris q̃ duo decim. Seneca etiã vir philoſophus vt ex eius monumentis apparet: ſed rerũ actui prępoſitus a Nerone: quadriennio ter millies ſeſtertiũ quæſiuit. Tarius Ruffus (qd̃ pene omiſi) infima nataliũ humilitate cõſulatum militari induſtria meritus: circiter mille ſeſtertiũ liberalitate Auguſti congeſtũ agris coemũdis exhauſit: vt auctor eſt Plinius libro decimooctauo. Seneca auctor eſt Lẽtulũ Augurẽ eodẽ Auguſto principe quater millies ſuum vidiſſe: quanti hodie decẽ primorũ Galliæ patrimonia eſſe vix poſſunt: etiam quãti plurimo vęnire poſſunt ęſtimata. Ab hoc numero principem tantũ & generũ eius eximo: cui regnũ debetur ſi regi ſuperſtes fuerit. Quonã modo igitur beatos exiſtimare poſſumus: qui omneis cogitationes ſuas: omneis animi ſenſus: omneis vitæ actiones: oĩa publica: priuataq; officia: & viuendi deniq; moriendiq; rationem ad cumulãdas opes referũt: quæ in priuatis hodie fortunis eſſe nõ niſi deſpicabiles poſſunt? Vnum tãtũ genus hominum excipi neceſſe eſt: qd̃ omnium ipſum generum minime eſſe exceptũ oportebat. [redacted] t. Hic mihi quę memini vidiq; reputãti: exclamare ſubit: miſeram te ſimul & fortunatã Franciam: tu vt maiorum placita ſenatuſconſultis ſacroſanctis cõfirmata: tot annorum vſu comprobata: ambitio

Cõparatio diuitiarũ nri tẽporis cum anti qua opulentia.

Seneca.

Lentulus ditiſſim9

ne nunc scelerata antiquare contendas? & singularem prerogatiuã põti-
ficatui summo nõ eblanditã:nõ expressam:nõ emẽdicatã:sed maiorũ no-
strorũ merito postulatã:exoratã:repẽsã: vt tibi vni iure prisco' : a maiorũ
gentiũ põtificibus prodito in rerũ sacrarũ cõstitutione vti liceret:nũc in-
dultę legis abusu festines ire perditũ? vnde igit' tibi frõtẽ peculiarẽ illam
sanctionẽ citãdi:qua tu tãtopere gloriare velut decore quodã religionis?
vnde libertatẽ aut fiduciã Christianissimã te vocandi:si nõ qua religione
eximium nomẽ:legẽq; religionis tuę testẽ cõparasti:eadẽ religiõe tu ipa
retinere vis? O plaudẽdũ erratũ hostibus tuis illis qui hoc tibi felicitatis
regniq; fortasse palladiũ:velut cœlo delapsum munus inuidẽt:quo vel ab-
lato vel intercidẽte tu pinde fortunata esse nõ potes. Vide quæso ne te
nimium terrigenis illis credas quos ob id gigantes appellauit antiqui-
tas:qui titulosas amplitudines architectãtes:Aloidarũ exẽplo theoma-
chiã meditari vidẽtur.& vt illi immaniũ spirituũ homines Pelion Osse ad
uoluẽtes:& iis rursus Pindũ & Othrin Lapitharũ sedẽ subuehẽtes:in cœ
lum tandẽ scandere:& superis vim afferre cogitabant:sic isti põtificatus
& antistitia aliis alia adaggerantes : ipsa strue dissentanea rerũ male co-
herẽtium:vim inferre superis sacrisq; canonibus quos maiores suaserũt:
merito dictitantur. Horũ nõnullos:nec prudẽtia nec doctrina pditos vir
quidã acer apud nos quũ videret. dicere haud inficete solebat:absurdos
oportere eẽ choragos aut certe dissolutos: q Herculis & Titanũ psonas
cupidinib9 accõmodarẽt. Harũ eñi rerũ culpã a capite & vertice Christia
ni nois mortaliũ cõsensus arcessit:qui nisi recte cõstitutus sit:iferiora ab
eo mẽbra morborũ causas trahũt.ob qđ in votis esse piorũ identidẽ vide
mus statim atq; illa indignitas oculis eorũ obuersat':vt aut columẽ eccle
sie cõponat prouidẽtia:aut certe aliud cõmodius & cõgruẽtius reponat.
Idq; merito in votis est. Columine eñi vicioso vel infirmo:tectũ ædiũ aut
corruat necesse est:aut collabefectetur:ac subinde turbinibus & procellis
omnia intus pateant:errorũ nebulæ subeant:& decumbentibus pruinis
interiora frigeant:vt ne ignis quidẽ ille charitatis æternus manere pos-
sit. Neq; vero me latet ipsa domus fundamenta in petrã firmissimã artifi
ci manu iacta:nulla vi cõuelli posse vel subrui:non aeria:non terrena(nã
ne opis quidẽ cõpages diuina manu coagmẽta:vllo machinamẽto distur
bari põt)sed decor opis in aspectu & expolitio emẽdata nõ manet ex qui
bus auctoritas ędibus compatur. Nunc aũt pietas & religio huius ædis
æditua magno vociferatu querũtur eã proportionẽ asseruatã non esse:
quã architectonicę manus primũ modulatę sunt.id qđ caput esse luculẽti
dedecoris cõstat. Huius inconcinnitatis cãm homines ad mercuriũ refe-
runt institorẽ:qui iã inde ex quo lumẽ mũdi regere:& auriga summi solis
esse cœpit:nõ vt olim Phaëthon quũ se in currũ luminosum sustulisset:cõ
flagrationẽ orbi intulisse:sed tenebras teterrimas offudisse dictitat. vn-
de factũ videmus [redacted] .primũ vix decimus quisq; ordines ducẽtiũ decumana
porta ingredi existimat'.deinde laxissime quidã tẽdẽtes:vix gregario mi
liti locũ vestigialẽ relinquũt.adde q; nec manipulos recẽsere:nec cohor-
tes ipsi cõcenturiare nouerũt.quid q; plures statiões obtinẽt: qui vni sa-

tis esse nequeũt? quid si etiam omneis eas deserentes:lõgissime p vrbes
expatiari vidẽtur:hostilis incursus & populationũ securi: nec min9 stipẽ
dia illis pcedũt:q si ab statiuis pedẽ trãsuersum nõ discederẽt? Iã illud cu-
iusmodi esse dicemus:q qui plurium vicẽ gerunt:ii immunes fere solent
esse:vt ne vitẽ quidẽ saltẽ cẽturialẽ in specie teneãt:cui9 metu munifices
in opere faciendo cõtineant? quid qui perpetuã immunitatẽ habẽt:regũ
& principũ latus stipãtes ęterna aĩ destinatione a castris dñi statiuis emã
sitãtes? qui si disciplina castrorum valeret:p castris ipsis vigiles excubare
deberẽt. Hęc fierẽt si i augustali ordines & vacationes nõ venirẽt? si nõ
atra inauspicataq; Celęno cõtactu suo fœdo res purissimas atq; sanctissi
mas impiaret? Etenim p Christũ ipsum sacerdotii cõditorẽ vtrũ q scelera
ta porta in ecclesiã castrẽsem irrupisse se sciũt(de quibusdã loquor nõ de
plurimis)in ecclesiã ouãtẽ & cœlestẽ admissum iri se putãt? nũ cõmerciũ
aliqđ superis esse sperãt cũ iis qui cothurnatis flagitiis se sacraq; Christia
na cõscelerare nõ timẽt? Proinde videam9 quidnã habet simile hodiernus
antistitum status & sacrę ciuitatis pcerũ:cum Christo ciuitatis eius con-
ditore & comitatu ipsius. [redacted] ? Erubescãt igit'
aliqñ:& caueãt ne aĩos saltẽ militareis & feroces exoluãt religiõe:& qñq-

Hiero-
duli,

Teletar-
ches Chri
stus sacra
rũ cerimo
niarũ au-
ctor.

dē ipi. sacra ꝓfanis permiscuerūt: videāt etiā etiāq; ne eoꝝ licētiā vulgus hoīm albā (vt dicit) amussim eē interꝑtet: q̃ discrimē sacri ꝓfaniq; sustulisse iā videt. Sed qm̃ in opulētia regia & redditib⁹ opimis summa eoꝝ felicitas sita est: quero quo tādē titulo ea se possidere credāt. neq; em̃ quolibet titulo fructus suos faciūt. atqui vt oīa gn̄a rerū legitime q̃redarū recēseāt: nullū (vt opinor) aliud inuenient quo iuste atq; innocēter hęc possidere possint q̃ ꝓ donato. At hoc titulo possidēti nō satis est rē sibi esse donatā opinari: sed reuera donatā eē oportet: alioquin eā vsu suā facere non pōt. Mitto ꝗ siquid mei iudicii est (vt vtar antiquo verbo) hæc nō eis donata dici debēt: sed fideicōmissa: qđ verbū nō modo fidē bonā sed etiā necessitatē rerū restituēdarū agnoscit. id qđ si nō in oīa: certe in ea sacerdotia valet q̃ fidutia cōtracta aut deferunt aut cōferunt. Sed qm̃ prisca iā seueritas vetustatē nō ꝑferre credit: vt id qđ dictū est pretereā: certe peculiari se titulo seu fideicōmissum seu donatū tenere nō negabūt. Qđ si fateant: nū etiā tū fructus ita suos faciēt: vt & helluari: & obligurire: & ꝑ luxū omnifariū absumere ex animi sui vel libidine vel sentētia possint? nisi vero nō peculiare esse pōt qđ a dn̄o seruus: & clericus seruus accipit in coloniā dn̄icā ascriptus. Accipit aūt aut a dn̄o ꝓtinus paracleto suffragore: qđ rarū est: aut a summo dn̄i atriēsi: qđ frequēter euenit. qđ aūt secus quęrit id est sacrilega indicatione: id a prędone possessum in ius trāsire nō pōt. sic fit vt nihil peculii habeāt qđ nō sit ꝓfectitiū. & calendariū factitare debeāt & diurnū. nisi si fortasse antistitū actus lege euāgelica tabualrū cōficiendarū necessitate solut⁹ pōt esse: quū antistes aut cœnobiarcha nunq̃ officio perfunctus esse videat: anteq̃ oīa pēsa familię exegit accurate. Neq; em̃ antistites promi cōdi penus dn̄icę cēsentur eē: & summę rei familiaris dispēsandę pręesse: & non vniuersi actus cui pręsunt ratio ad nummū eis constare debet. Nā ꝗ placita maiorū inferiores & minitulos actus pōtificalis liberalitatis & muneris esse voluerunt: id ideo factū esse clarū est: ꝗ vt vicariorū errata a trienses pręstare: sic illorū isti tenent: vsq; adeo vt eorum reliquamenta horum fide stare credantur. Quoniam vero hęc meminisse nequeunt qui bonā partem ætatis inter aulicos agunt omni lege solutos (etiā si legitimā ipsi personam standi in eo conuētu habere nō putant) de summo sane iure decedamus: & de suo ac domestico & contubernali tātum actu tabulas ꝑferre postulemus. Fac igitur (quoniā id mediocre est) in paginā acceptorū decē esse millia aureorū relata: quātulam eius summę partē expensam dn̄o ferre pn̄t: qui nihil aut parū in vsus pios vertūt? Age recitent expensorū noīa: proh superi immortales: in cupedias: in delitias popinales: & in luxū mensarium, in equitium numerosum & elegans. [illegible] in supellectilem: in vasa argentea: [illegible] & peripetasmata, in stipendium cohortis honorariæ sericatorum & calamistratorum. in auitium & accipitrarios, in venaticum ministerium instrumentūq;. in ferculorum structores. in scurras: in ludios: in acroamata: in thymelicos: in eos quos a cauillis habēt & a voluptatibus. in delitiarum mille nomina. Adde etiā si placet: in aleā. & in ea deniq; quæ non nisi subdititio nomine in rationes referūtur: & quę in ea cedunt quæ feriatos oblectant: & animi causa vel morigeris vel

aliter obsequiosis expensantur. In his nominibus ita consumptam acceptorum summam inuenies: vt vix decima pars in erogationes pias & in rem dominicam supersit. & hactenus ita loquor quasi in libros coemundos nihil cedat: & in eos quos antistites nostri (vt credo) a studiis habere solent. Quomodo igitur helluones sacri patrimonii paria cum rationibus domini facient ad extremum? qui nihil nunc pensi habere videntur quominus amplissimorum sacerdotiorum redditus in delitias & nugas & fastum ab eo ordine abhorrentem prodigant: atq; ita prodigant: vt non sibi tantū dānosi & exitiabiles esse: sed etiam conspicua luxurie periculum & errorem contuentibus creare videantur: qui quum eos nec dei nec legum vident esse metuentes: sensim & ipsi sacræ legis exuunt reuerentiam. Nisi vero putamus prægrandes a maioribus nostris vberesq; possessiōes: nō modo gētilitię hęreditati detractas: sed etiā iuri hūano & commercio exemptas: [illegible]: & opima prædia optimo eos iure tenere voluisse: vt eorum asseclis cincinnatulis & prælauto cultu nitentibus stipendia pensitarent. Dominus noster e prouincia iamiam discessurus palam vociferatus est se viam esse & veritatem: num igitur aut ipse aut eius e vestigio sequaces hæc exēpla prodiderunt? nūcubi in ea via quā inierūt: harū rerum vestigia reliquerūt? Ecqn̄ aūt hęc vestigia in montē ferre sacrū visa sunt? postremo ecquis hāc viā secuit eoꝝ quidē quos decreta pōtificia inter diuos referēdos esse cēsuerūt? Verū (o suꝑi boni) quonā modo Christi imitatores eē pn̄t: qui & parēs ipse charitatis & assertor summittētiū se aīorū fuit: si familię dn̄i benigne nō faciūt: aut si aīo sublimipeta eminere suꝑ cęteros omni modo gestiūt? Qꝫ si ii qui ꝓfana patrimonia vel hęreditate vel iusto mancipio acceperunt: cōficendarū rationū lege nō sunt soluti (id em̄ responsis eoꝝ cauetur qui diuini iuris prudētes fuisse perhibētur: nec ratione caret. Nā qs nostrū non precario possidet quicquid habet: & vectigale possidet? Sed nos exitiabili errore ducti: aduentitia nobis oīa esse credimus & oī ꝑstatiōe libera quę titulo quocūq; ciuili parauim⁹) Si igit ꝓfanę facultates: & omni religiōe purę: ita tn̄ affectę sunt primigenio iure: & ita in fide sūma positę rerū omniū cōditoris: qui quiduis quocūq; tp̄e pignerari ꝓ potestate pōt: vt vnicuiq; mortaliū accepti debeat & expēsi rō apud deū cōstare: nisi nexū ad extremū vult inire: q diis fiet seruis nequā q nihil nō hn̄t peculiare: & nulla nō in parte peculii cōturbare nō secūtur? vtrū verba ꝓ rebus creditori eidē & domino sperant se redditūros? At is noīa se exacturū fœneratoria acerbitate ꝑdixit. Nunc cētesimo comite feroces & opibus ęmulis regię opulentię: maxima tū pecunia miseri appellabunt: Nū igit debita tūc [illegible]scribere licebit: aut expromissores dare? quos? Nullus em̄ præsto erit qui expēsum sibi aliquid ferri velit: eorum quidē quibus dn̄s fide sua dari iussit: nec dn̄s acceptū feret qcquid nō in pias aut honestas erogationes expensum est. Restat vt vel alogistiam meditentur: si obtineri in eo iudicio potest: aut addicti ꝓtinus nō ducant sed trahant. O Cimmerias huius vitæ tenebras: quę plęrūq; trans nebulam præsentis sensus non cernit. fit autem nescio quomodo vt mens humana vel aulicis delinimētis vel voluptariis titillata: vltra id nō prospiciat quod adest vel quod

instat. intestinos certe oculos pręstringunt fulgetrę micantes imaginarię felicitatis: quæ per assentationũ (vt ita dicam) nubila salutationũq; illiberalium eliduntur in illa rapida tempestate tollẽtis eos fortunæ. Accedũt ambitio & cupiditas oculorũ tetrę suffusiones: quæ veras rerum species eos videre nõ sinunt: imagines ludibundas oculis obtẽdẽtes: visus ludificatriculas. Qui si ad secessum studiosum annos saltẽ vitæ iam vergentis cõpararent: & oraculorũ conspiciliis sacrorũq; speculaminũ vterẽtur: futura sane vt p̄sentia certissime cõtuerẽtur. Prędicti vero erroris germana est p̄teritorũ obliuio surrepens. etenim qui futurã animorũ cõditionẽ non prouidẽtes: delitiis vitæ p̄sentis acquiescunt: (si tamẽ in hac vita delitiæ esse possunt) ii meminisse nequeunt arbitrũ eundẽ & creditorẽ deum ex edicto suo ꝑpetuo ius dicturũ esse interminatũ: vt Cassianã q̃dẽ sententiã horrere debeam⁹: nisi plane stupidi & capti mẽte simus. Nã quũ edictum tot ꝑconiis tã minacibus ꝓditum: tot actuariis exceptum: tot scribis tam grauibus perscriptum: tot testibus classicis cõtestatum habeamus & probatum: quorũ etiã partim nõ dubitarunt capite cauere quę repromisit dominus aut interminatus est: partim omnibus fortunis oppositis fide sua esse iusserunt: quid causę est quin sciẽtes prudẽtesq; impingam⁹ in offensionẽ eius a quo ꝓuocatio nõ est: sicut nec apud eum dep̄catio simulac in iudicium vẽtum est: imo vero quin viui vidẽtesq; ab hoste teterrimo obtorta gula trahamur. Cur igit̃ nos hęc veritatis inuolucra: maiestatẽ etiã sapiẽtiæ si ad manũ aspicias: præferẽtia: quasi visa quædam per nebulam (vt aiunt) primi somni concepta: despicari pergimus? nisi vero hęc despicari non videmur: qui iustitiæ diuinæ seueritatẽ nõ timemus: cum iis oraculis intentatã quotidie lectitandis: tum vero rerum euẽtis districtã ad quæ non animaduertimus: velut ad inculcatas antiquatæ iam legis sanctiones auribus occalescentes. scilicet hoc illud est: omneis ratiões nostras in benignitate & misericordia herili repositas habemus. hac spe deterrima mancipia hilariter vitam agimus. Quin igitur accigimur ad eam benignitatẽ quoquomodo prouocãdã? Videamus per superos immortales ne contẽptus hic sit potius diuinitatis q̃ meditatio quædã venię cõsequẽdę. Cõmẽta sunt ista veteratoris spiritus qui primę noxę impulsor & suasor: in hãc errorũ odysseã genus humanũ deduxit. q̃q̃ impudẽs est atq; improba nostra hæc deprecatio non causam dicẽdã meditantiũ: sed dissolutã misericordiã oscitãter implorãtiũ: qui ex vinculis scelerum & delictorum nostrũ vnicuiq; causam esse dicendã sciamus. Nũc quãdo vnũquẽq; blãdiri ignauię ac iniquitati suę iuuat: videamus quo iure: qua actiõe: qua formula cernere eã hęreditatẽ possim⁹: quã Christus dñs noster testamẽto illo suo in ꝓcinctu nũcupato sequacibus sui reliquit. Siquis (inq̃t) vult post me venire: tollat crucẽ suã. hæredes suos futuros tollere crucẽ quẽq; suã & se sequi e vestigio iussit: alioquin idignos hęreditate sua ꝓnũciauit. Quib⁹ verbis q̃d aliud agit: nisi eis q̃ in albũ ęternę ꝓuidẽtię referẽdi sũt: p̄scribit: vt p̄ ea vestigia q̃ ipse iter mortales agẽs impssit: æternã beatitudinẽ inuestigãdã habeãt: vt ꝑ huius sęculi ærũnas atq; iculpatę vitę salebras ad sũmã trãquillitatẽ & securitatẽ trãseãt: q̃ legitiã ps ẽ hæreditatis quã Christus ipe familię suę spopõdit: & adeũdã reliq̃t. hãc hęreditatẽ si sũ

mo & legitimo iure (q̃d ius quatuor tabularũ appellare possumus) adire iam neq̃mus: (quãdoquidẽ diuorũ & beatorũ reliquias quasi ossa gigãtũ heroũq; miramur: quorũ similes nullos edunt ætates iam effœtę) at certe libẽtes faciamus vt formula quadã indulgẽtiore eorũ bonorũ possessionẽ aut petamus aut postulemus. Id. n. sane p̄inde sit ac si legitimo & antiquo iure inter hęredes cẽseremur: siue sũmũ ius dñs id est euãgelicũ sęculis infirmiorib⁹ remiserit: siue poti⁹ ita nũc credi ex vsu vitę delicatioris ẽ. Sed videamus quęso vt secũdũ tabulas bonorũ possessionẽ petamus: quãdoquidem nec iniustas eas tabulas nec inductas esse nouimus. Neq; vero bonorũ possessores erimus aut hęredes: & nõ cõmoda incõmodaq; hęreditaria iure in nos transibũt: siq̃dẽ bonorũ appellatio in vtrãq; partẽ valet: etiã indulgentiore iure: q̃d prætoriũ vocant. Ita fit vt nec hæredes esse Christi: nec bonorũ possessores queamus: si p̄sentis vitæ delitiis perfrui laboremus. at nos velut agnatione quadam infirmioris naturæ: nec iam eam legem ferẽtis quã deus immortalis sanguine Christi sui charissimi sanxit: testamentũ diuinũ & ęternũ ruptum iri nobis persuademus: aut irritum tandẽ quoquomodo factum iri. quasi vero dominus idẽ & pater ad hęreditatẽ impios liberos seruosq; contumaces admissurus sit: nec alios olim obsequentiores & bonę frugi quęsiturus sit: in quos caducas partes trãscribere hæreditatis suæ possit. tametsi id testamentũ quonãmodo rũpi potest: quũ in eo nullus præteritus sit? etiã si primis ceris pauperes instituti sunt: & ab eodem gradu exhęredes facti diuites sarcinis præpediti. Quare qui supplicia impiorũ euitare: & superũ p̄mia mereri cõcupiunt: hoc videre debent & præcipue antistites: cum quibus nunc nobis res est: ne per redundanteis opes vitam delicatam traducant. sed vt seruatoris nostri exemplo: qui ærumnosam suis vitam præscripsit & indigam: sarcinas & ipsi suas mulis (vt dicitur) Marianis cõuehant: q̃d nihil aliud esse puto q̃ inter cruciatos dominũ signiferũ e vestigio sequi. Nunc adde charitatẽ comitẽ fidelissimã: digitum transuersum a viro bono non discedentem. adde animi ęquitatem in spem semper intẽtã: quasiq; viatici largã benignãq; suppeditatricem: iam intelliges nullũ esse hoc mollius vehiculũ: etiam si per ꝑrupta & confragosa via nobis ineunda sit. Quis autem hęc reputans cõpotes eos mentis existimare possit: qui quũ vni pontificatui vix queant satis esse: alterum etiam addere vel plureis non dubitãt? quis non mente captos sacerdotes iudicare: qui modũ vtriusq; paginæ nullum esse arbitrãtur: quũ ipsi maxime inita atq; subducta ratione actũ suũ dño probare teneant? At nũc põtificatui cœnobiarchiã quasi cõiugẽ adiũgere: tã solẽne apud nos cœpit esse: vt mancus pontificatus aut cælebs alioquin esse videatur: perinde atq; si semiuirũ coniugẽ esse contẽdas: qui cũ vxore concubinã non habeat. Ego vero hæc in plerisq; sacerdotibus tam inter se dissidere censeo: q̃ coniugẽ & pellicẽ in hominibus profanis: etiã si de hac re iurisprudentũ responsa annos ferre hac ætate non videntur. mundo iam præcipiti. Enimuero palmarium illud (credo) apud deum inuentum: fiducia contracta antistitia retinẽdi quę inter se alias collidũtur: videlicet quasi perpetuæ fiduciæ non instar plenũ habeant tituli legitimi q̃d ad fruenda quidẽ sacerdotia pertinet: aut quasi impostura fieri possit

Muli Mariani.

Fiduciaria sacerdotia.

diuinitati. Proh dei hominũq; fidē: gratũ id eſſe prouidentiæ credam: vt
qui virilem operam implere non videtur: ter aut quater & pluries antiſti-
tes appellentur? & qui tres ciere ſacros canones nequeunt: ternis ſępe li
tuis turbã doctorum ſummoueãt? Illi ne vt fiduciaria legitimis antiſtitia
cõiungant: quaſi in hominũ penuria ſinguli multorum prouincias obire
cogantur: quũ tot graues viros: doctrina & moribus cõmendabiles: vitã
primorum (vt ita dicã) digitorum ſuctu vrſino more tolerare videamus?
Præclarũ vero exẽplum: & in vniuerſum ad religionis orthodoxæ decus
atq; incrementum pertinẽs: homũculos bonarũ artiũ ignaros: tituloſis &
multorum verſuũ appellationibus inſignes haberi & auguſtos: quũ inte-
rim docti viri: ac vitæ ſanctioris ornamẽtis prędití: puris nominibus nun
cupati: fœda ſuggillatione cultus diuini egentes vitã tranſigãt? Profecto
ſi vere res humanas æſtimare poſſemus: nos hos magis mõſtrificos q̃ Ge
ryones illos in fabulis iudicaremus. Concionator quidã perlepidus cauil
lari ita eos ſolebat vt diceret: huiuſmodi iſtos ſibi videri quales ſunt quæ
in ædibus ſacris mutulares ſtatuę pilis aut columnis imponũtur. vt enim
illic ſimulacra quædã velut oneri cedentia videmus: quæ vel mutulorum
vicem ſuſtinẽt: vel extra abacos mutulorũ proiecta ſunt: eãq; ſpeciem in-
tuenti præbent: vt magnopere niti operi ferẽdo atq; inſudare videãtur:
quũ re vera ſenſu ſint carentia: ac nihil ipſa facie nitentiũ ſaxeã adiuuent
Atlãtes. firmitatẽ. Ita atlantes iſtos ſummis ſcapis columnarũ in fano domini ſup
poſitos: tituloſa illa amplitudine appellationũq; maieſtate: venerãdorum
patrum inſtar ſanctitatẽq; p̃ferre: ſpeciẽq; luculentã præbere patrum ſan
ctuariũ domini fulciẽtium: & cœlum (vt ita dicã) ſuſtinẽtium. Sed ſtupi
dam eorũ ignorantiã: aut incuriã diſſolutã intuenti: patere nihilo eos ſtre
nuiores ſtatuis lapideis eſſe: qđ ad munia quidẽ ſacroſancta pie ac religio
ſe obeunda pertinet: & ad maieſtatẽ legis diuinæ conſeruandã: qđ firma-
mentũ eſt maximũ ædiũ diuinarũ. Proinde vt mõſtra hominũ antiquitas
nunq̃ cœlo delapſa eſſe cenſuit: ſed terrigenas eos & poetæ & ſacri ſcri-
ptores appellauerunt: vt gigantũ nomen indicat: & ad perniciẽ mortaliũ
editos eſſe cecinerunt: eorum internicionẽ aut diuinæ potentię: aut he-
roicis ærumnis dedicantes: Ita nos p̃cari ſperareq; debemus ſummũ quẽ
dam pontificem cũ ſuo ſenatu extiturũ: qui diuino numine inſtinctus: cũ
ob alia in re eccleſiaſtica cõſtituenda promerita: tũ vero ob hũc ipſum la-
borem Herculis Alexicaci nomine nobilitari velit. quin & ipſum iam ex-
Leo,x. titiſſe credere fortaſſe debemus. etenim qui nũc ſummæ rei Chriſtianæ
præeſt: lætis auibus renunciatus: tantã etiã alioquin expectationem ſui
excitauit: vt inſignẽ omnino ac nobilẽ facturus põtificatũ ſuũ clariſſimis
inſtitutis putetur. Eſſe autẽ iſtos gigantes elogio grauiſſimo illius ſapiẽ-
tis apparet: qui in parabolis ſymbolicis inquit: Vir qui aberrauerit a
Gigãtes. via iuſtitiæ: in conuentu gigantum requieſcet. Atqui nos viã iuſtitię eſſe
docuimus quã Chriſtus nobis præiuit inter mortaleis agẽs. Ipſe enim p̃-
monſtrator fuit viæ ferentis in cœlum. Ipſe eorũ fuit Hercules portento-
rum: quę ne virtus quidẽ heroica conficere aut ſuperare potuit. Porro gi
gantum pedes in draconũ volumina deſiiſſe fabulæ tradiderunt. Quo fi-
gmento priſci ſignificare voluerũt nihil rectũ iſtos homines: nihil arduũ

cogitare: ſed omneis eorum actus: omneis animi ſenſus humi ſerpere: vel
verius deorſum vergere ad inferos. Hæc monſtra ex religiõe recta & cla-
riſſima & in cœlum ſemper intenta tolli: cum optimus quiſq; hodie & gra-
uiſſimus primi ſecũdi & vltimi ſacerdotũ ordinis poſcit: & hoc vnũ in vo-
tis habet: tum intereſt exempli in vniuerſum recte atq; ordine conſtitui rẽ
clericam & eccleſiaſticam. ne reliqui ordines vltra tam grauiter opinen-
tur de ordine ſanctiſſimo ſacerdotum: cuius omnia facta dictaq; magno-
pere pertinent ad exemplum. Quis enim eſt hodie quin ſciat & prædicet
eo ſeueritatem eccleſiaſticam maieſtatemq; decidiſſe: vt quos diſciplinæ
exactores eſſe ſeueriſſimos oportebat: omniũq; officiorũ ad pietatẽ reli-
gionenq; pertinentium: ii remiſſiorem vitam & licentiæ atq; incuriæ ple-
nam non modo amplecti: ſed etiam fouere tueriq; videantur. Hoſce au-
tem homines quis credat quum hoc faciant: fidem bonam rectamq; agno
ſcere? Quin & eo iam veniſſe nos puto (dicam enim quod ſentio) vt ſine
culpa fortaſſe is ceſſare nequeat qui neglecta cõſtitutur⁹: cõuulſa reſtitu
turus: incondita digeſturus ab omnibus exiſtimatur. Fit enim mire inter
dum vt publica expectatione maior multo grauiorq; perſona ſummos ho
nores gerentibus imponatur: q̃ vt munere ſuo tranſlatitia laude peragẽ
do perfuncti eſſe videantur. Quis autem neſcit haud ita pridem ſelectos
lapides ſanctuarii ita vel diſperſos vel diſiectos fuiſſe: [redacted]: merereq; prouinciatim? quis paſtores ipſos velu-
ti fugitiuos: non dico gregis deſertores: ſed etiam factos abactores non
meminit? Quid ipſos pręſulum coryphæos nonne ita prępoſtere ſe atq;
impure geſſiſſe vidimus: vt quos ad compoſiti decoriq; ſtatus habitum
& ſpeciem formare chorum decebat: & eam ſaltationem docere quæ em- Emmelia
melia dicta eſt ab emendati motus & pacati concinnitate: pyrricham illi
ipſi (o ſummam indignitatem) præire id eſt armatam non dubitarent: a Pyrricha
ſanctitate prorſus ordinis abhorrentem. Ita ne vero qui ad ſacra & ſpiri-
talia certamina prodeuntium: ſummi vnctores erant: & qui tum pii for-
taſſe belli auctores eſſe debebant pro aris & finibus ſacris in profanos &
impios populos decernendi: iidem ipſi laniſtæ Chriſtianarũ virium vide-
ri maluerunt: vt ad internicionem nominis ſacroſancti inter ſe conflige-
rent? Quum hæc igitur ita eueniſſe conſtet: atq; eas res ab illis fuiſſe ge-
ſtas: [redacted]: conſentaneum eſt vtiq; vt Leo qui diuino (vt
credimus) numine: illis de medio ſublatis: & fortaſſe de cœlo tactis: ſub-
inde in locum eorum ſuffectus eſt: Is nunc orbe propemodũ trãquillo &
cõpoſito: architectonica iã ratione dominici diuerſorii maieſtatẽ inſtau
rare laboret: priſcis etiam modulis aut certe priſtinis adhibitis. nam &
ipſe ſuffectus ſtatim nutãtẽ ſanctuarii cõpagẽ celeri manu ſtabiliuit. ſic eñ
res nata ferebat: vt ſtructorũ manibus adhibitis p̃ntiſſimi cõſilii tibicine

fulciret:atq ordinis interim amplissimi cõcordia veluti cõfibularet. Proh superi immortales: qui status ille fuit: qui decor rei clericæ: quę religionis reuerẽtia: quũ oia ꝑpe in hoc orbe qua sacra qua ꝓfana: vęcordię frenis regerent: fatali inclinatiõe mũdi: quũ primogenię noxę suasor: a Christo quondã deiectus aiorũ possessiõe: immo vero scissa gaudẽs discordia palla: vltro: citro cõmeãs: furoris faces vtrobiq suggereret: & Romę quasi in arce religionis incendium misceret: [redacted] : Id qđ cũ in religionem a populo & pia nobilitate traheretur: mirum est ꝙ ii qui decretis vtrinq interfuerant: vel eorum auctores fuerãt: religione alligari sese nõ intelligebãt: qui vtinã iã plane exoluti sint: tãto pietatis vulneri cicatrice nũc obducta leonis prudẽtia.

Vinea domini.

Quid vinea domini: nõne ita degenerauit in labruscas: vt primo quoq tẽpore repastinanda videatur: & ex situ & carie negligentiæ: pastino quodam restituenda censuræ: Certe manum poscit & flagitat solertis & industrii vinitoris: qui palmites fructuarios & munifices a pampinariis internoscat. Nam quum vel inscitia vel incuria pampinatorum maxima adhuc quæq vitis ita in materiem inanem frondesq eluxuriauerit: vt vinitores non fructui sed stirpibus consuluisse videatur: factum est: vt immunes pampini plurimis singuli statuminibus non modo impedati sed etiã impediti omnia late occuparent: et vitibus recte exputatis & frugiferis locus in vinea non esset: aut ita certe locus pręubratis esset: vt statumine eas vel nullo vel infirmo vinitores adminicularentur: nec fructus eorum in solum prodire: & exemplo esse posset. atq in hac deformitate culturæ & penuria fructuariorum palmitum: subsidiarii nunc rari submittuntur: qui quidem spem certam proximi fœtus polliceri existimentur. Hęc igitur aiaduertere etiã etiãq summũ dñi vinitorẽ necesse est: & falce canonicæ censurę ad eũ modũ circũcidere quem vnaquęq stirps ferre posse videatur: vt in restibili vineto eã faciem agnoscamus quę nõ abhorrere dicatur ab ea forma quẽ dominũ eiusq operarios vineę colẽdę prudentes olim instituisse notũ est. Neq nõ eadẽ deformitas in agricolatione cernitur & cęteris in partibus familię domini.

Agricolatio dñi.

Iã primũ latifundia iis villicis cõmittuntur: quorũ delicatæ manus & ociosę callũ nunq obduxerunt stiua in sulco tenenda præsularis disciplinę. Deinde operariorum decurias in agrum inductas videmus: partim libere licenterq spatianteis: partim opus arbitrarium nullo sub monitore faciẽteis. Horrida vero culturę facies quum in centuriali & fœcundo aruo videas grandiores glebas obiacenteis: & scamna quędam cruda nullo vomere iterata doctrinæ probabilis: quæ agricola remissus & preuaricator transmisit insubacta. Cuiusmodi esse scimus sacerdotes quosdam primarios omnium artium imperitos & rudes: nullo animi ornamẽto excultos: nulla crate rerum ad-

uersarum occatos & subactos: vt ad frugẽ aliquam bonam vitę sanctioris peruenirẽt. Qualesq homerico verbo: inertia terrę põdera appellare possumus. Hic est enim ferme habitus: hęc similitudo quorũdam sacerdotum de quibus nunc loquimur: qui in circũfluenti opulẽtia saginati: & ocio ac securitate marcẽtes: & velut in cœno voluptarię vitę luxuq redũdãtis obruti: vt inertes in aruo sulci qui limo obducti sunt: ne semẽ quidẽ sibi creditum reddunt: nedum fructum afferunt cũ fœnore multiplici. Deus immortalis cuius modi antistites eos esse aut sacerdotes dicemus: quid animi habere & cogitationis credemus: quã æternorũ bonorũ segetẽ ipsi ex hac sui aliorũq cultura demessum ire sperant: Laudent ipsi vnũ tñ harũ rerũ auctorem: eorũ quidẽ qui publica religione cõsecrati legũtur: & ego dabo manus. Inferorũ ne igitur supplicia plebeculę terricula esse credũt: & ea quę de ęterna beatitudine scripta sunt: argumenta theatrica: Quam spem autẽ salutis habere possunt: qui cũ sint principes sacerdotes meridie in scopulos impietatis impingunt: & quum splendore vitæ prelucere familię dominicę deberent: erroris nobis & hallucinationis caliginẽ tetrã offundũt: Atqui in hac ætate quicq a via veritatis deflectere: nihil aliud esse puto ꝙ impingere in scopulum meridie: id qđ inquit Esaias sacrorum vatũ Homerus.

Esaias sacrorũ vatũ Homerus.

Etenim ꝑ deũ ꝑq veritatẽ ipam: possunt ne aliquo tpe mortales cognitã magis veritatẽ & cõpertã atq cõphensam tenere: & manibus deniq palpare & ad manum contueri: ꝙ nobis habere diuinitus cõtigit: post omniũ errorũ prestigias explosas: & post redditam religiõi orthodoxę tranquillitatẽ: Heu pietas: heu prisca fides. maiores nostros publicis decretis consecratos: certa & explorata veritatis persuasione dimouere nemo ne admotis quidẽ cruciatib9 potuit: quũ tñ adhuc oia errorũ caligne ꝑmixta viderent: nec ea fide abducere in quã semel sacramẽto dicto venerãt: cũ oia adhuc passim bellis itestinis arderent. Nos i veritatis cõtubernio nati: vberibus sapiẽtię lactati: i gremio (vt ita dicã) doctrinę supernę educati: sed delitiis secularibus coaliti & deprauati: ad solem cõniuemus: oculos caligãteis ad nebulas detorquentes: quas e terra inferneq exortas ipsi nõ ignoramus. Qui si veritatẽ satis aiaduerterem9: non modo mortalium cõtubernalẽ dũ sacris operãtur: sed etiã quę se totã eis indulget hauriendã & in cordis recessus penitus admittendã: sanctifico illo crustulo quo animos hũanos veritas ipsa quotidie pigneratur & vendicat: superi boni ꝙ ex alta contemplationis specula fastum & opulẽtiam non iã secularem: sed vix etiã lustralẽ cõtẽneremus: [redacted] Sed quis iam sacris operantium satis hoc agere videtur: vt antiquo verbo sacrificali loquar. Qđ futurum prouidens vates deo plenus in funebri carmine: quas threnodias vocant: funere elatam ecclesię maiestatẽ in vniuersum queribũda voce canit: & sigillatim animę cuiusq Christiano sacramẽto initiatę.

Threnodiæ.

Ait.n. ecclesiã vel aiam hũanã quę quodã diuinę disciplinę tenax: tẽplũ dñi dicebatur: & scamnũ pedũ ei9 (qppe cui9 mores & instituta e vestigio seqbat) obrepẽte sensim rerũ caducarũ desiderio de cœlo ita eẽ detractã: vt quę prius i rerũ ęternarũ cõtẽplatiõe cœlesti vita ꝑsumpta: inter supos agere

videbatur:& imaginaria diuinitatis intelligẽtia acquiescere:nũc cœlo de-
lapsam:in caligine multiplici erraticorũ affectuũ eẽ mersam:vt ꝑpemodũ
dñs in obliuionẽ sui sanctuarii venisse videat .ac ne id qdẽ modo:sed etiã
regnũ Hierarchicũ & principatus eius atq; ordines mirifice distinctos de-
scriptosq; euertisse:aut certe ipsa cõtaminasse:eorum etiã castella ac ꝓpu-
gnacula disturbasse:cornu eius cõfregisse:& brachiũ suũ qđ prius ei por-
rigebat ad hostẽ ꝓpulsandũ:retrorsus auertisse:& postremo in eo regno
oĩa vasta igni flãmisq; fecisse. Quibus verbis mystice exauditis: [redacted] Ita quũ principes ordines Hie-
rarchiæ:& mẽtis atq; intellectus humani principatũ:aduersarii humanæ
naturę potẽtatus velut in deditionẽ acceperint: [redacted]:quũ subeunte rerũ fluxarum
amore pietas & ratio depulsę rerũ ꝑdiderint habenas:quid superest nisi
vt ambitiõe & cupiditate & libidine oĩa vtrobiq; ardere videatur? Quas
ob res Threnodus ille vates lamẽtabili carmine dolorẽ suũ testatur: mul-
tiplici tropo orationis inculcatũ. Dolet enĩ ipse salutẽ cõploratã generis
humani videri [redacted] (vt ita dicã) hospi-
tii:atq; amicitiæ:inter diuinam pridẽ humanãq; naturam in ara cruciata
Christi sanguine confarreatæ:vnde adoreã æternã sperare mortalibus:
& in cœlestiũ collegium cooptari licebat si iure gẽtiũ stetissent quod Chri-
stus promulgarat. Ecquis est autem obsecro qui si statũ ecclesię motũ:fle-
xum:habitum:affectiones deniq; corporis & animi:& sessiones ipsas ęsti-
met quales non pridẽ vidim⁹: vllã rationẽ haberi oraculorũ aut omnino
sacrorũ monumẽtorum iudicet? quasi vero non monodias in funus aiarũ
Entheus ille vates:sed plane nænias effatus sit. [redacted]

Canones lesbiæ structurę.

[redacted] Hic vir quidẽ haud impro-
bus fuit:sed regẽdis fatis intẽtus [redacted]:vnde Frãci ꝓpe-
modũ strãgulati ne queri quidẽ aut expostulare sunt ausi quoad ille inter
aulicos simul & viuos agere desiisset.qui etiã ipse quũ in opulẽto fastu se-
se ingurgitauisset:haustũ inde calicẽ erroris nobis exitiabilis iuratissimis
amicorũ suorũ ꝓpinauit: cuius vtinã manibus oĩmq; ꝑdictorũ summus
ille iudex errorũ gratiã fecerit. Sed enĩ (qđ dicere cœperamus) status ci-
uitatis orthodoxę e sede seueritatis & disciplinæ cõuulsus : manũ quãdã
Pęoniã poscit vt apte & placide in eã reponat:& luxata ecclesiæ mẽbra
in artus suos redeant. sic fiet vt principes ecclesię nõ auro obryzo:nõ ar-
gẽtea supellectili:nõ opimis obuẽtionibus:& numerosis titulis opũ suã-
rum magnitudinẽ metiãtur:quę gazas regũ ꝓuocare:nõ diuitias prisco-
rum antistitũ ęmulari videtur:sed bonis internis:sed copia doctrinę:sed
iis aiæ Christo desponsæ dotibus:quæ in cordis scriniolis tanq̃ in gazo-
phylaciis mystici fani cõdunt. Hoc aũt Leonẽ decimũ põtificũ verticẽ:&
symphoniacorũ domini chorostaten pręstare:cũ moribus eius:& doctri- Leo,x.
næ:tum vero auspiciis initi ab eo pontificatus conuenit.vt & ipse & am-
plissimus purpuratorum patrum senatus:tanq̃ in naui apostolica sedẽtes
canere turbę nauticæ celeusma videant. Absit enĩ absit inquam vt qđ de
Iulio siue iure siue iniuria creditũ est superis eũ & mortalib⁹ fucũ factita-
re cogitasse:& cõcilii obtẽtu frustrari bonorũ & sapientiũ expectationẽ
piam:id de eo quoq; suspicemur põtifice maximo qui difficillimo tempo-
re & reb⁹ ꝑpemodũ ꝑditis & ꝓfligatis oĩm seniorũ suffragiis renũciat⁹
esse dicit:pręrogatiua tribu doctrinę suffragãtiũ & indoli magnę spei.id
q; iis comitiis in qbus nec viciũ vllũ obuenisse fama est:nec obnũciationẽ
vllam extitisse:aut intercessionem cuiusq̃: quæ conspiranti patrũ volun-
tati posset quoquo pacto incommodare. O præsentissimam vim nu-

minis:quam suffragia ineuntes patres reuerendissimi hausisse repête cre
duntur.verũ id pręcipue hoïes tum stupebât morê tâto interuallo relatũ
obseruandi de cœlo:atq; id eo tpe quũ id minime futurũ quiuis existima
ret. Adde q eius est si cuiusq; pôtificii iuris côstitutio:qui literarũ studiũ
qđ iandiu a publica quidê beneficêtia [redacted]
frigebat:memorabili i omne æuũ exêplo excitatũ ire dictitat. Atqui ego
hũc decimũ claris olim rebus actis decumanũ fore spero:qñqdê veteres
oïa decumana magna esse censuerũt.Is igitur quũ deo beneuolête labâ
tê sacrosancti ordinis maiestatem côfirmabit:& priscum decus ac digni
tate in clero populoq; restituet. Verũenimuero vt redeâ ad id qđ dicere
institueram.quum trâslatitii & pene vulgares priscę ętatis cêsus:ingêtes
hodie & pene inusitati existimêtur:mũdo iâ vergête ad pauperiem:ego
demissi animi & augustę mentis esse arbitror:toto (vt dicitur) pectore
incumbere ad côparâdas opes:quum ea in re gloriam aut famam in po
sterum nemo possit assequi:ac ne voluptatem quidem nisi per transennâ
sentire.Nam vt hians auaritia iugêtia lucra cum summa deuorat volupta
te:sic raptim deuoratorum saliua nunq̃ in os recursat:vt cibus etiam sua
uissimus in ingluuiê transmissus inexplebilem:nullo delectat edentem
regustatu.quo fit vt auaritiam fere intendi videamus ꝓ portione q̃stus.
Quare in literata innocentia vt olim ita hodie & verioris voluptatis & so
lidioris gloriæ maius & copiosius argumentum esse censeo.siquidem ho
mines ingenio mediocri præditi:in sapientia inquirenda omnibus vesti
giis monumentorũ quę maiores reliquerunt:quũ in dies maiora ea inue
niât atq; ipressoria:voluptate quoq; sêsim fruũt acriore:etiâ si iuêtis illis
haud quaq̃ acquiescât:quũ rerũ humanarũ captus implere auidâ mêtem
intelligêdi nequeat.eadêq; est ratio vnicuiq; in memoria ingenii sui atq;
industrię ꝓdêda:qua nulla hodie nec eminêtior nec diuturnior potest es
se gloria. Auaris autem & quęstuariis quid aliud immodici quæstus fa
ciunt:nisi curarum aceruum anxietatũq; exaggerant? adeo qui magnarũ
Philoplu- opum côgeries struunt:malorũ quoq; sibi & perturbationum (vt aiunt)
tos carpit iliadas pariunt. Eant igit philopluti diuitiarũ amore perditi:quos Chri
stus vt Crassianos magis q̃ Christianos limine suo repulit: & vitæ suæ in
stitutum admirentur si lubet vt beatum.studium etiam literarum irride
Philo- deant vt inane & ieiunum: duntaxat non quæstuosum quæ philologia
logia. nuncupatur.Nos enim nobis persuasimus iis incrementorum gradibus
quibus multi hodie ad summas opes vel honores summos vngulis (vt di
citur) omnibus arrepentes euadunt: ascensum in cœlum non arduũ esse
vt vulgo dictitatur:sed pręcipitem potius ac vergentem deorsum. Mit
to q Christus pauperũ se vindicem & assertorem: diuitum reiectorê fre
quenti côcione ꝓfessus est.nô dico q interpolli humanitate per Christi sa
cramentum:post eiuratum mundi fastum in purifica perfusione lustralis
aquæ qua natura humana sibi restituitur:alia prorsus studia hominum
esse conuenit:q̃ vt ad temporarium aliquod bonum spectare videantur.
Ista non ad normam veritatis:non ad exemplum Christi & ad canonem
vitæ per innocentiam agendę nunc exigimus:scimus hanc rationem li
centia temporum ita explosam esse:vt aures iam non habeamus ferendæ

veritati.vt omnia hæc trasmittâ:nonne etiâ sensus humani iudicio longe
videntur aberrare:qui titulosis nominibus aucti:& nomenclatura hono
rum vel prædiorũ feroces:quasi his cothurnis fortunę in viros ꝑgrandes
euaserint:pusilli tamê esse a vulgo intelligũtur:vtpote qui nullis aut pau
cis bonis animi locupletes esse noscâtur? Nam & illi ipsi si aut oculis aut
mête quoquo modo cernere germanâ huius vitę beatitudinê possent ve
rasq; diuitias:haud dubie suâ sortê deflerêt vt inopê & egentê.Cuius rei
inter prudêteis côpertę:auctorê tamê laudabo tũ scriptorũ omniũ opinio
nissimũ:tũ rerũ humanarũ æstimatorê callentissimũ. Nâ vt Tiresias olim
Thebanus q vtrũq; humanitatis sexũ vicissim habuisse traditur:idoneus
iudex esse visus est apud quê Iupiter & Iuno disceptarêt vtrius sexus ma
ior esset voluptas:sic Solomon qui ditissim9 idê sapiêtissimusq; fuisse elo Solomon
gii sacri auctoritate creditur:vnus est (vt opinor) omniũ q hoc possit re
ctissime iudicare: & in cuius sentêtiâ pedibus oês ire debeamus. At is in
eo libro q auctore icerto (vt multi opinâtur) σοφοῦ σοφία σολομῶντος inscri
bitur:id ê sapiêtis sapiêtia Solomonis:ita de sapiêtia loquês cap. (vt opi
nor) septimo inducit προέκρινα αὐτὴν σκήπτρων καὶ θρόνων. καὶ πλοῦτον οὐδὲν ἡγη
σάμην ἐν συγκρίσει αὐτῆς:antiquiorê eâ sceptris habui ac solio regio:& diui- [redacted]
tias nihil esse duxi cũ ea côparatas.Et rursus. ἦλθε δέ μοι ἀγαθὰ πάντα μετ' αὐ
τῆς ὁμοῦ:καὶ ἀναρίθμητος ὁ πλοῦτος ἐν χερσὶν αὐτῆς. Venere autê mihi bona oïa
vna cũ illa:& innumerabilis opulentia in manibus eius.sic.n.verti debuit
ille locus:etiâ si honestas ꝓ opulêtia eo in loco & alibi in eodem libro sępe
numero legatur.magis mirũ est totũ eũ librũ admirabili ac recondita do
ctrina plenũ: [redacted].quo apparet quantâ igno
miniâ irrogarint diuo Hieronymo ii qui eâ traductionê eius esse asserũt.
[redacted]: vnũ aut alterũ dare specimê satis erit.primũ in eodê cap.
ita legit. τροπῶν ἀλλαγὰς καὶ μεταβολὰς καιρῶν:ἐνιαυτῶν κύκλους καὶ ἀστέρων θέσεις.
Dedit (inquit) mihi deus vt scirem solstitiorũ vicissitudines & mutatio
nes temporũ:annorũ orbes & stellarũ situs. [redacted] vt iure recepto côprobatâ:ita
legit. Vicissitudinũ ꝑmutationes & côsumationes têporũ:& morũ muta
tiones:diuisiones têporũ:& anni cursus:& stellarũ dispositiones.Ex qbus
verbis nullus sensus cohęrês elici pôt. quid.n.morũ mutationi cũ têporũ
côsumatione? [redacted] διαλογισμοὺς ἀνθρώπων [redacted] ὅτι αὐτοσχεδίως ἐγεννή
θημεν:καὶ μετὰ ταῦτα ἐσόμεθα ὡς οὐχ ὑπάρξαντες. ὅτι καπνὸς ἡ πνοὴ ἐν ῥισὶν ἡμῶν:καὶ
ὁ λόγος σπινθὴρ ἐν κινήσει καρδίας ἡμῶν:οὗ ἀποσβεσθέντος τέφρα ἀποβήσεται τὸ σῶμα.
[redacted]

[redacted]. Quoniā fumus afflatus est in naribus nostris:
& sermo scintillę ad cōmouendū cor nostrū: quia extinctus cinis erit cor-
pus. videlicet quasi non ὀλίγοσ ὀπωτὴρ: sed ὀλόγοσ auctor libri scripsisset.
Illud nō minus ridiculū cap. xii. Deuoratores sanguinis & auctores parē-
tes animarū inauxiliatarū perdere voluisti. vbi auctores pro obtruncato-
res versum est ignorantia linguæ καὶ αὐθέντασ ψυχῶν ἀβοηθήτων ἐβουλήθησ ἀπο-
λέσαι. hoc em̄ loco αὐθένταισ idē significat qđ αὐτόχειρ: licet aliquādo aucto-
rem significet. Hæc obiter adnotata sufficiunt ad id quod nunc agimus.
Sed Solomon rursus de sapiētia loquens. cap. viii. eiusdē libri. μύσισ γὰρ ἐστι
τῆσ τοῦ θεοῦ ἐπισήμησ: καὶ εὑρετὶσ τῶν ἔργων αὐτοῦ. id est initiatrix est em̄ scientię
dei & inuētrix operū eius. [redacted]. Proinde si Solomon omniū rerū humanarum diuinarūq; intelligētissi-
mus: sapientiā initiatricē sciētię dei: operūq; eius inuestigatricē appella-
uit. & regiā opulētiā p̄ sapiētię possessione aspernabilē esse dixit: atq; etiā
cū sapiētia oīa bona sibi obuenisse quasi comitatum eius affirmat: quāto
magis cōpendii studiū posthabere debemus studio literarū? siquidē hoc
studium perducere nos ad intelligentiā sapiētię potest. Intelligētia autē
admirationē ciere solet. & admiratio desideriū eius inuestigādę. At inue-
stigatio adeptionē parit: & adeptio fruitionē: ita fruitio beatos facit: in
supma sorte humani fastigii cōstitutos: quā Democritus Euthymiā voca- *Euthymia.*
uit: quasi dicas felicē & rectā animi cōstitutionē. cuius hāc summā maxi-
me esse dico: vt res omneis sensiles & caducas altissima mēte calcemus: in-
telligibiles & æternas semp animo volutemus. id. n. demū est humani sa-
cramenti intelligentiā tenere: quū animū sublimē in rerū humanarū æsti-
matione: demissum & supplicē in ęterni boni postulatione seruamus. hęc
illa est humilitas apud priscos posita ignominię loco: a Christo aūt aucto-
re manās. cui9 propria est illa functio in animo vt quisq; se optime noscat: *Demissus animus quā humilitatē vocant.*
quod dictū antiquitas veritatis imprudēs: tamē deo consecrādū putauit.
De hoc animi habitu cū innocētia cōiuncto dici illud verissime potest: in-
greditur q; solo & caput inter nubila condit. Sperati porro summi boni
atq; etiā promissi pignus hic nullum maius habere possumus: q̄ illam eu-
thymiā: donū haud dubie diuinū: quo vitam illam cœlestem quodammo-
do præsumūt quibus id diuinitus datum est. qui orbis est ex omnibus nu-
meris humanę felicitatis aptus: in sese semp cernuus: id est in bona sua &
animi: nō in externa pronus. aliud nec principiū nec finē alium querēs in
hoc sæculo quidē q̄ in sese positum. Hæc est in vita humana summi boni
medulla. quē veluti thesaurum in sacrario sapientię cōditum tot philoso-
phorum classes omnē lapidē molientes (vt est in prouerbio) inuenire ne-
quiuerūt. Existimabāt em̄ non ex deo sed ex sese ita aptum esse sapientē:
vt in eo plane situm esset an ipse talis esset. Nos aūt ex sacris monumētis
accepimus arbitriū tātū nostri iuris esse: rectā autē firmāq; animi cōstitu-
tionē muneris esse diuini: sed ita p̄miscui vt nulli recte atq; ordine petēti *Summū bonum.*
neget. Hui9 sūmi boni formā habitūq; describēs ille sapiētū (vt ita dicā)
Plato in parabolis ita inqt. Beatus homo q inuenit sapiētiā. lōgitudo dierū
in dextera eius: & in sinistra illius diuitię & gloria. Ex quib9 verbis patet

beatitudinē huius sæculi in inuentione sapientię sitā esse. nec immerito.
μῆκοσ γὰρ βίου καὶ ἔτη ζωῆσ ἐν τῇ δεξιᾷ αὐτῆσ. ἐν δὲ τῇ ἀριστερᾷ αὐτῆσ πλοῦτοσ καὶ δόξα.
Longitudo enim vitæ atq; anni viuēdi in dextra eius: & in sinistra eiusdē
opulentia & gloria. At em̄ hæc de sapientia in cōfesso sunt apud omneis
qui se probatę & verę persuasionis tenaces videri volunt: Quis enim ne-
gare audeat quę oraculorum instar habent? Sed quæ nos hodie studia li-
terarum vocamus: nihil eo pertinent. quid enim literis priscis cum studio *Anthypophora illis rn̄dēs qui lr̄arū sęculariū studium dānant vt nihil pertinens ad veram p̄ham.*
sapientię: quę a Christo genus ducit? Quare sapientię oracula in rem no-
stram vertere nō possumus: quibus per męandros multiplices sęculariū
auctorum discendi curriculum auspicantibus: ad nullam vnq̄ metā labor
euasurus videtur: ac ne ad legitimam quidē aliquam aut frugiferam sciē-
tiam peruenturus. Quippe qui numerosæ aut disertę orationis aucupio
sensus omneis accōmodantes: in lᵫto semper hæremus lectionis illece-
brosę. ex eorum (vt arbitror) numero quos grandiloquus ille vates Eze-
chiel cap. xxiii. Chaldęorum pigmentis & Babyloniorum lenociniis nimiū
captos esse testatur. earum rerum vsu animum polluisse vociferans: re-
busq; diuinis commentandis ineptum reddidisse. Quo loco ego ascenso-
res equorum appellatos ab eo esse censeo: qui eloquentiam vel metricam
vel numerosam & oratoriā figuris distinctā nimiopere cōcupiscūt: oratio-
ne prosa & pedestri nō contenti sensa mentis simpliciter indicare. Huic
inertis segnitię patrocinio atq; obiectamento: nūc vt obiter respōdeam:
symbolicū illū cōcionatorē excitabo: qui capi. vii. cōcionis suę ita inquit.
Lustraui vniuersa animo meo: vt scirem et considerarē: & quęrerem sapiē-
tiam & rationem: & vt cognoscerem impietatem stulti & errorem impru-
dentiū: vel vt græce legitur: circuiui ego & cor meū vt cognoscerē et cō-
siderarē. & quęrerē sapientiā & calculū. & vt cognoscerem impii amētiā
& molestiam & erraticum circuitum. ἐκύκλωσα ἐγὼ καὶ ἡ καρδία μου τοῦ γνῶ-
ναι καὶ τοῦ κατασκέψασθαι: καὶ τοῦ ζητῆσαι σοφίαν, καὶ ψῆφον. καὶ τοῦ γνῶναι ἀσεβοῦσ
ἀφροσύνην καὶ ὀχληρίαν καὶ περιφοράν. Dico igitur eos qui ad philosophiam ho-
die studium suum collaturi sunt: sapientius esse facturos: si non a rudimē-
tis literarum statim ad eam transierint: sed velut gnaui ac strenui indaga-
tores: peroīa omnisq; disciplinę monumēta sapientiā vestigauerint. non
vt ii solent hodie qui sapientiā quęstui habēdā putantes tp̄is compēdia se-
quuntur doctrinę dispendio: quę numerosissima pars est in omni genere
disciplinę. Vt enim aues in locū arduum subuolaturæ: nō a solo protinus
eum locum rectis lineis petūt: sed volatu verticoso eo cōmodius euadūt:
Sic aīmus humanus in contēplationē sapientię melius per cochliā iustæ
disciplinę scandere & intelligentius potest: q̄ si protinus ab infimo gene-
re doctrinę ad summū genus discendi compēdio euadat: scansilem disci-
plinarum seriē transiliens. Hoc modo Solomō encyclopedię gyro lustrās
se se omnia ingeniorum monumēta significat vt ego quidem interpre-
tor: nosq; hortari videt vt p̄ omnia philosophię secularis & priscę dogma-
ta: vestigia sapientiæ si qua sunt (vt certe multa sunt) colligere non gra-
uemur. ac lucum in quo ipsa stabulatur: iusta & perpeti indagine accura-
taq; cingamus. sic fiet vt quum ad studia sanctiora & monumēta sacrosan-
cta p̄uenerimus: & velut ad cubile veritatis & sapiētię propius accesseri-

mus: iacentem quidem illic sed inuolutã ipsam certius agnoscamus. Hac via & ratione cum cõmodior est & certior sapientiæ indagatio: tum vero quum ad speculandam ipsam ex edito euaseris: vberior est multo constantiorq; contemplatio: nec tam facile de gradu intelligentiæ & persuasionis certæ deiicitur: qui molli ascensu & anfractuoso euasit: q̃ is qui recta per arduum assiliit vel arrepsit. Etenim per deũ immortalem quid aut p̃stantius esse ad doctrinæ maiestatem putamus: aut ad compertæ veritatis fiduciam firmius & stabilius: q̃ quum per infima mediaq; studia ad culmen speculaminum subuectus sis: nosse vel angustas porticus: in quibus stoici sedendo & sorítas aceruando ærũnosas contriuerunt, ętates vel excipulas amœnas ab illo versuto animarum aucupe cõcinnatas: in quibus Epicureorum animi omni absterſa religiõe voluptate capti sunt, vel erraticas & expatiantes ambulationes Peripateticorũ: qui tantã vim disserẽdi in nugis consumpserũt, vel deniq; copiã vbertatẽq; dicẽdi in academia illa famigerata: odoranda tantũ non etiã tractanda veritate profusam? vt nunc eos omittam qui nihil constituendo & de omnibus addubitãdo annos bonos perdiderunt. sed quando harũ rerũ & omnis priscæ doctrinæ cognitio: vel oratiõe prosa vel metrica traditę: sine latinę linguæ peritia cõparari non potest: quæ etiam ipsa græcę linguę adiectione fit adminiculatior: hic discendi cursus certis mansionibus distinctus sit necesse est: quarum modum & rationem vel hominum propositum vel ingeniũ vel fortuna temperat. Quare qui hunc doctrinę orbem quodam rectę rationis circino ita circumscripserit vt vel augere vel cõtrahere pro re nata aut ingenii captu aut vitæ instituendæ necessitate nouerit: is si intra eũ orbem ita includat eloquentiam vt per omneis eius partes æqualiter fusam teneat quasi in corpore sanguinem: is demum mihi videbitur ad sapientiã inuestigandã vberrimum quoddã viaticũ atq; etiam amplissimum attulisse. Neq; nũc de eloquentia illa mirifica loquor rerum omnium tractandarum arbitra: quã fusiorẽ esse ampliorẽq; volunt q̃ vt vlla circũcurrente linea prętstitui possit. Hoc ego instrumentũ philosophię ex opibus (vt ita dicã) Chaldęorũ atq; Aegyptiorũ coactũ: prętstãtius esse arbitror ad vitam hanc etiam per voluptatẽ (honestã quidem & probabilẽ) trãsigendam: q̃ diuitiarũ cumulos q̃libet opulentos: nõ stoicis ipsos confectariis: sed aulicis (vt nouimus) auctariis aceruatos. adde etiam (si placet) & ad futuram vitam per gloriam illã adipiscendã quæ mortuorum apud posteros memoriã in ꝑpetuũ renouat: cũ in manibus hominũ libri eorũ: id est ingeniorum morũq; simulachra tempore nõ peritura versantur. Cõtra autem diuitiæ etiam Persicarum æmulæ: quum in vita vel auaris anxiam sollicitudinem: vel profusis ignominiam: liberalibus etiam interdũ stultitiam ab assentatoribus pariant: quid post mortẽ cõferunt: nisi si (q̃ rarum est) in pias largitiones exhauriantur? Omnium (vt opinor) diuitum opulentiæ Crœsi & Midæ multo famigeratissimę fuerunt. at ille calamitate & summo atq; ignominioso vitæ discrimine inclaruit: hic auribus asininis nõ aureis innotuit. Ex eo enim in prouerbium venit q; multos otacustas id est auricularios & emissarios haberet: rumorum captatores & sermonum delatores: cuiusmodi habere solent principes mali qui

Crœsus & midas.

stimulante conscientia securi esse nequeunt. Pythius Bithynius longe ditissimus hominũ priuatorũ fuisse memoratur: de quo superius diximus. is tamen munificentia inusitata magis q̃ opibus celebratus est: qui platanũ auream vitẽq; illam famigeratam Dario regi donauit: Xerxis copias id est supra decies centena millia hominũ epulo suscepit. & insuper frumẽtum & stipendium exercitui quinq; mensium pollicitus est: vt maximo ex quinq; filiis vacationem militiæ impetraret. Ob quam postulationem a Xerxe indignabundo hac pœna mulctatus est: vt filium suũ occisum in duas partes dissectum aspiceret: cum inter ambas corporis medietates ab vtraq; vię parte dissectas exercitus pertrãsiret: quo nomine maxime Pythius (vt opinor) nobilitatus est. Qui igitur fieri potest vt diuitiæ felices in hac vita possessores sui faciant: aut nobiles in posterum? Mihi quidem diuitiæ nihil aliud q̃ tragicum choragium videntur esse: ad vsum temporariæ scenę a fortuna accommodatum. Quid enim esse dicas aliud vitam administratiuam: q̃ scenam quandam hominũ personatorum operã suã & industriam populo ostentãtium: ludos edente diuina prouidẽtia? Hoc igitur choragio si recte atq; ordine actum quisq; suũ peragant. sin secus eueniat: futurum esse dico vt male cum eis fortuna egisse videatur: quæ vt choragus temerarius & pręposterus eam ipsis personam imposuit cui ferendæ non erant. Eorum igitur qui honestiores personas gerunt cũ plurimos in actu suo conturbare videamus: eorum tandem errata nedum reliquamenta præstent necesse est. ii velut fortunæ ac temeritatis ministri: qui nulla publicę charitatis ratione ducti: quũ eos promouerent fide sua etiam esse iusserunt. sic enim fert ratio supremi ac posthumi ratiocinii: etiam si iure moribus constituto fide eorum esse non solent. tandem autẽ appello non sæculum vnũ & alterum: sed lustrum vnũ fortasse aut summũ tria: vita enim in potentatu diuturna esse non solet. tandẽ igitur ratio cuiusq; functionis & actus a Christo summo diuiuitatis istitore & generis humani creditore atq; etiam fœneratore centesimario reposcetur. Etiã si Galliæ nostrę moribus (proh misera populi cõditio) omnia atriẽsium errata: conturbamenta: reliqua: secus admissa: & quæcunq; promi condi præmordent: suffurantur: compilant & interuertunt: mediastini luunt. Nam quũ sint ad omnia mandata non modo expositi sed etiam dicto audientes: quicqud actores vel vicarii: promi vel suppromi non modo delerarint vel conturbauerint: sed etiam quicquid acciderint: circũciderint: suppilauerint: etiam vt respublica ab ipis actoribus suum seruare possit: tamen præstare solent. et si peculium non habent (o morem iniquissimũ) nexum statim ineunt. sic magnis reis apud nos licet obnoxiam plebem dedere: & aliis super alias pecuniis imperatis succidaneam culpæ suæ subdere. Expeditius enim id esse visum est q̃ aut reos istos cothurnatos: aut eorum fortunas pignerari: qui si crimen fateri aut culpam agnoscere cogerentur: sacra opertanea in vulgus efferrentur: quibus nemo nõ initiatus esse solet eorum qui nutu oculi summa quæq; circũagunt. Quæ causa fuit vt nonnulli aliquando inter reos recepti: patronos potentes inuenirent: a quibus impendenti supplicio erepti: quæsitores etiam sub inde fortunis euerterẽt. O magnam: o beatam: o memorabilem gloriam

Pythius Bithynius

De magistratibus: & iis q indignos ꝑ mouent.

Iniquissimus mos in Frãcia inoleuit.

Briareus aulicorũ.

illius Briarei qui non modo legibus reos & populi votis: sed etiam Ioui & summæ curiæ raptim potuit excutere. ob id (credo) facinus recte manes eius conditos existimare debemus. Is fuit cui nullũ vnq̃ fortuna preter summũ & vltimũ obsequiũ negauit: quem quæstorum natio vt deum

Aesculanus deus.

Aesculanum summa veneratione coluit. eius enim præsentissimo numine seruati sunt aliquando mancipes argentariam factitantium: quum ob repentinas quorundam diuitias opulentissima factio inuidia summa flagraret. vt autem luculentius potentiæ suæ specimen ederet: reis primum ampliatis: mox codicillos veniales nouo exemplo inuito ac fremẽti principi extudisse dicitur: atq; ita formulam temperasse: vt nec deprehensi rei crimen agnoscere cogerentur: & iudices rei compertæ & conuictæ: summi curionis amicos inter reos in posterũ recipere vetarentur. quo velut euerriculo omniũ delationũ atq; animaduersionum: tantam impunitatis fidutiam feroci hominũ generi instaurauit: vt legibus hodie nõ teneri ea factio existimetur cui princeps omnia cõcredidit. vt pro qua sponsor semel & ꝓbitatis expromissor interuenit petasatus ille curio. Iure igitur moribus nostris constituto non modo magnis reis sed etiã sceleratissimis licet sordes suas in caput populi & in oculos ordinũ excutere: atq; eo amplius feras in plebem immittere: si earũ fremitũ in cauea sustinere nequeãt: quo nullũ vnq̃ atrocius scelus Nero dicitur excogitasse: nec tamẽ peregisse. Quid enim est aliud feras in plebem immittere q̃ Volones profligatissimos nullo stipẽdio sed fide tantũ auctoratos: per rura palanteis: bacchanteis: grassanteis: plebeculam tributis exhaustã obterenteis circũagere? nisi vero eos circũagere non videtur qui stipendio fraudatis liberum permittũt diripiendi arbitriũ. At vero iure perpetui edicti quo edicto ad summũ trribunal propediem ius dicetur: noxa caput sequetur. & ordinũ ductores qui causas rerũ male gestarũ haud ita pridem dederũt: non modo addicti sed etiam vincti dabũtur: & Gordii nodo constricti: id est eo scelere qd̃ ante diem extremũ soluendum non curauerint. Hi sunt enim ipsi qui noxam luculentam nocuisse noscuntur: quos nũc plebis suspirãtis miserescere non subit. qui si leges valerent in aulicos: actus vtiq; eorum quos potentiæ suæ ampliandę præficiũt institores: aut quos trãsuersi propinquitatis amore promouent: noxis omnibus solutos liberosq; prestare deberent. nũc quũ impune id faciunt: potentiæ suę blandiuntur: nec quantũuis in rebus sæcularibus considerati: videre hoc mentis oculis hebetibus possunt versuram se facere ingenti dispendio. Deus enim fortunatis hilaritatem sępe: & cõsceleratis & impiis impunitatem sæpissime fœneratur. Hoc est cur gaudeant: cur felicitate & potentia sua fruantur maximi curiones Franciæ. Quamobrem sese sortẽq; suam illam splendidã admirẽtur: & nos ciuili iure viuenteis atq; in ordinem redactos: ex edito ipsi loco & legibus inaccesso despiciant. Quid ni enim sibi placeant qbus diuinitus datũ est vt boni iuxta ac mali meriti homines quos visum sit: in

Macaron id est beatorũ insulæ.

illas Macaron insulas trahant: quas ipsi beatorũ putant sedem esse perpetuam. Insulas istas ego actus primarũ & secũdarũ partiũ in rerũ publicarũ administratione esse censeo: in salo & iactatione ambitionis & cupiditatis sitas. Hac eñ ratione tantũ isti hominũ beatores esse possunt: vt

Fauonio inconsulti fauoris quos velint vel homines vel familias ex obscuris natalibus in locum illustrem sinuatis velis prouehant. contraq; quos oderint: aut qui eorum placitis & institutis incommodi esse videantur: aquilone quodam transuerso procul a sole disiiciant: aut omni aura efferentis se famę suppressa: in vadis destitutos consenescere sinant. aut si maior aliqua eos transuersos egerit offensio: insigni aliquo naufragio fortunis omnibus euertant. Dictata sunt ista aulicæ iurisprudentiæ: quã curia illa profitetur: non summo iure: non ex æquo & bono iudicans: sed iure moribus illis constituto. Cuius tamen interpretes sunt maximi curiones. ad quorum mores aulici qdã recocti iuris illius cõsultissimi responsa sua temperant. Huius curię illud esse institutum dicitur: vt de rebus omnibus sacris: profanis: bellicis ac pacatis referatur: de paucis iudicetur. vt in maximorum curionum non modo sententiam sed etiam nutum ac voluntatem eatur. nec pedibus tantum transeatur vt olim in Romano senatu: sed & manib9 & vultu assensioni atq; etiã assentationi scite asseruiat. Illud sane memorabile post aliquot hosce annos contigisse dicunt: vt quũ fere omnia decreta per discessionem facta sint de rebus quidem arduis: nullum tamen per dissensionem aut diuisionem sententiarum factum sit: vsq; adeo vel pedarii in sententiam principũ transilire didicerunt: vel ipsi potius sententiarũ principes censendi ansam consultis præciderunt. quo minus miremur tam claros exitus rerum nostrarum extitisse: quas in superos & mortales mirifice suscepimus. Superi boni: q̃ erit illustre: q̃ splendidum: q̃ memorabile ad posteritatis opinionem: rebus bene consultis a quibusdam qui sese vtriusq; vertices iuris existimari volebãt: factum esse vt liberi parentem: inofficiosum quidem: sed parentem tamen: & gens pientissima summam arcem sedẽq; religionis inuaderent. ob idq; piaculũ maiestatẽ clarissimę prouincię subito dei numine decidisse: vt Galli absterſa ꝑsentis animi crista lepores esse sibi galeati viderẽtur. Equidẽ haud libens summũ in rerũ administratione locũ mereri velim: si tantũ ipse munus quo quo mõ obire possim: vt simile aliqd̃ dedecus aut portentũ auspiciis meis accidisse prodatur. præstare enim arbitror nomen viri probi & honesti memoriæ prorsus eximi: q̃ male & incõmode posteris innotescere. En propter qd̃ ciuilis vitæ tranquillitatem: studiorũ amœnitatem: & denique vitæ æternę contemplationem posthabere debeas: vt in oculis vel auribus vnius prouincię per theatrũ aulicũ cũ strepitu comitũ clientiũq; transueharis: aduersis sæpissime cuneis & orchestra. tametsi vt maxime secundo populo te ostentes: tamẽ si trãseuntis gloriæ spectes celeritatẽ: hoc quidnã est aliud q̃ veluti plausum inanẽ per transennã mereri? Nã vt illud mittã q; grandi plęrũq; ætate: q; versatili scena: q; lubrico ac ꝑcipiti fere proscenio prodeunt: certe quũ alii actores subierũt: in cuneos aut in ordines necesse est vt facessant: aut iter theatricũ ministeriũ turpiter subseruiãt. Tũc tartarus ipse bis patet in pręceps tantũ tẽditq; sub vmbras: Quãtus ad æthereũ cœli suspectus olympũ. Etẽñ quũ latine loquẽtiũ cõsuetudo eos olim i cœlo esse diceret q oĩm ore celebrarent ꝑ potẽtia: ego tragicos istos reges & tẽporarios quũ ex flagrãtissimę gratię ꝑcipitio deciderũt: i tãtũ frigus delabi video vt pene exẽptos ex memoria credas. Ita

Ius aulæ moribꝰ cõstitutũ.

De cõditione in aula ꝓpotẽtium.

In cœlo eẽ id est oĩm ore in aula celebrari.

Frígere í aula.

fit vt in tartarum rigentissimũ ruisse videantur: cum ii qui nullo iam famæ plausu excipiuntur: latine frigere dicantur. Quanta est autem eorum sublimitas: quanta eorum admiratio: quãtus omniũ suspectus: quũ velut fortuna succollante tollũtur: altero tãto maior est deorsum altitudo quũ ab ea destituti insultantiũ oculorum coniectu (sic em euenire iis assolet) velut quodam fascino exarescere videntur. tot em miseros oculorum radiis lancinari necesse est: quot in hominũ ipsi obuios aspectus ĩcurrerint: dum quisq; ob præteritam obseruantiam pœnas sibi deberi putat. Sed fateamur sane vt sunt humana: eos esse felices: tãtummodo hoc exigamus vt actus ipsi suos recte ac decore peragant: & quisq; eorum videat quid sui sit muneris: quam personam sustineat: quantum ab ea oneretur. Nũc autem cum ita mores inclinatos esse videamus: partim vt ambitio & cupiditas: partim dissoluta disciplina grauitatem & honestatẽ e medio sustulerint: quis eos felices existmare possit? nam quo modo non miser esse potest qui in cothurno vel comitis personam vel supparasitantis induit: vt latus cingere maximi curionis: & officiosus esse potentibus videatur? At hoc factitari ab ornatissimo quoq; videmus: vt qui id non faciat: is aut absurde verecundus esse aut refractarius existimetur. Quid qui in pontificio cultu: & sacrosanctæ dignationis habitu scurrileis actus imitantur: & velut in tragico amictu mimos & planipedes actitant? (nam id ita vsitatum est: vt qui paulo modestiores sunt: ii & aliis inuisi sint: & magnã laudem hac vna virtute mereantur) num etiam illos felices esse dicemus? neq; vero alienam personam ab illo suo fastigio abhorrentem ipsi libentes induunt: & eos sortis suæ ornatusq; non pudet. neq; non eos sortis suę aut pœnitet aut pudet: & non sunt plane miseri. & hi sunt quos hodie p̃pemodum solos diuites esse diximus. Ita patet quid sequatur si paulo argutiores esse pergamus. Quare multo mihi fortunatius esse eorum institutum videtur qui literis se totos q̃ qui opibus dederunt cõparandis. dũtaxat qbus Solomonis voti liceat esse compotes: vt nec malesuada egestate eousq; vrgeantur quo secus de virtute atq; honestate iudicent: nec rursus diuitiis redundantibus in cogitationes vanescant aut erraticas aut impias. Nam quũ literarum peritia ad oblectationẽ frui: & vitæ per virtutem ac decus agendę tanq̃ instrumẽto vti solent: tum eo amplius post huius vitæ cursum memoriam sui in æuũ prorogare hac eadem facultate possunt. Qq̃ hæc fortasse naucifacienda ducerem: nisi etiam pręstantis doctrinæ adminiculis vti bonos & graueis viros ita existimarem: vt contra temerarios casus celsi semper & recti esse pergerent: & aduersus fortunæ infestioris impetus animo præsentiore firmati. sicut ad humanas iniquitates eosdem ita se cõpositos collectosq; tenere par est: vt quicqd obuenerit velut decretũ prouidentię æqui boni faciant. Est autẽ is tenor studiorũ tenendus: vt a carceribus discendi per spatiosum illud stadium disciplinarũ quę liberales dicũtur: ad metã sęcularium literarũ perueniant: & in flexu ne cõmittant vt aut acquiescendũ esse aut diutius hęrendũ putẽt. sed quo curriculũ totũ pagãt: rursus a meta ad terminũ summũ aliud spatiũ nõ currãt sed ingrediant & incedant: qd̃ pronũ iam ipm̃ est: & spei bonę plenum salubrisq; voltatis. siquidem cum ineo est spatio exhausti

De aulicis antistitib9q decorum dignitatis nõ seruãt.

De iis q se totos studiis literarum dederunt.

Quis tenor studiorũ tenendus sit.

iam laboris fructus pręsentarius: quũ velut indagine cinctã veritatẽ tenebunt: tum etiã multo maius p̃miũ futurũ æternũq; speratur. Est em ea demũ vera ratio philosophandi: nõ fallacẽ studiorũ amœnitatẽ: nõ inane nomen beatitudinis persequẽs: sed recta & honesta via verã & solidã gloriã haud inauspicato petessens. Hanc viã quęrẽdę doctrinę summũ illud par amicitiæ Gregorius & Basilius græci: & eorũ ætati suppares Hieronymus & Augustinus cũ tenuissent: & ante eos omneis Cyprian9 & Lactãtius: & deinde Hilarius: aliiq; antesignani partiũ Christianarũ & maiorũ gentiũ theologi: quorum hodie responsis ad interpretationẽ diuini iuris vtimur: ad extremũ iudicio iã solido ad sacrosanctũ studiũ sapientię quasi ad Bulęæ Themidis oracula venerũt: quã cõsiliatricẽ latine appellare possumus. Scire em auebant quo modo viã inire possent ad propositũ finem quasi in patriã ferentẽ: quã ciuitatẽ amplissimã esse constat nomine Vranopolin: superis & hominibus cõmunẽ: dũtaxat qui nihil in sesc impie aut perfide admiserint. in eaq; regiam esse sapientiæ: quã prouidẽtiam antiq vt græci proncœã vocitare voluerũt. in qua numeris omnibus sciẽtiæ atq; intelligẽtię beatissimę animi humani simul cũ omni ministerio & stipatu diuinitatis fruũtur: & cũ ordinibus illis cælestibus inenarrabili ratione de scriptis. Hos Esaias prophetię decus: argentũ & aurũ suũ ad Christi obsequiũ cultũq; testatur attulisse. quo verbo tũ rerũ intelligentiã nullo errore concretã: sed ad puritatẽ excoctã: tum eloquẽtię nitorẽ splendorẽq; significat. Has. n. illi opulentas facultates in scribendis eloquendisq; rerũ diuinarum enarrationibus cõsumpserunt. Sed hoc iis probare nõ possumus qui ignorantię patrocinantes: eloquentiã vt curiosam & a sacris studiis alienã recusant. ob id semper inuisam inertię q̃ forulis omnibus antiquę notæ excutiendis ac diu multũq; discendo comparatur. At nos philosophiam argentea supellectili sacris operantẽ augustius & amplius sapiẽtiæ litare posse contendimus: q̃ si samiis aut plumbeis sacra libamina peregerit. Quis enim in sacris fictilibus vasis aut stanneis vsus est: quũ idem ipse argenteo instrumento non careret? Illud summopere videndũ ne qd̃ sanctuario domini vsui esse potest: in simulachra impietatis cõfletur: aut in vsus voluptatis inquinetur. Quare ego miserabilem eorum esse sortẽ contenderim: qui quũ magnam iam partem laboris exanclauerint: vel in flexu acquiescunt vt diximus: quasi pensum encyclopędię cõfecerint. vel diutius adhęrescunt in humanioribus literis animo iam senescẽte: nimio vtiq; venustatis eloquentiæ ac leporis amore capti. eorum plane similes qui apud Homerum in diuerticulo viæ ad patriam ferẽtis: aut Lotophagorum sodalitate aut sirenũ cãtu deliniti patriæ meminisse non possunt. Nam quid est aliud socios nauim in patriam tendẽtem egressos: Vlyxis in patriam festinantis & viæ semper instantis meminisse noluisse: q̃ in vita huius sæculi voluptatem illectricem saluti prætulisse? Vlyxes autem nobis quidam fuerunt ii quos ante diximus: orthodoxæ persuasionis id est collimantis philosophiæ vindices. non palliati illi quidem Vlyxes: sed Pastophori: qui multa & varia eruditione imbuti: quum omnia pene genera philosophandi partim pererrassent: partim præteriissent: salutem suam tandem anxie sociorũq; perquirebant: quæ nihil est aliud

Basilię & Naziãzenus & alii christianarũ ptiũ antesignani.

Vranopolis.

Prouidentia eadẽ & sapientia dicitur quã græci proncœan & sophiã appellauerunt.

Eloquẽtia ignaris tãtũ inuisa.

Samiis vasis non litandũ.

Ad Lotophagos hęrere.

Vlyxes.

q̃ aditus in patriã. Talis em̃ statim Vlyxes ille famigeratus describitur a poeta. Atq; vt ille vir heroici spiritus & Polytropus ab Homero dictus: id est multifaria ingenii dote: multiplici morum cognitione: aut versatili solertia prædítus: inferos adiisse dicitur. sic qui in cœlũ scandere: & ad plenam cõtéplationẽ diuinarum rerũ euadere cogitat: cõmodius mihi facturus videtur si venienteis annos in rerũ humanarum intelligẽtia bona ex parte cõtriuerit: & maturo iam sacris disciplinis ingenio: ad veram philosophiam se cũ omni cõmentandi apparatu contulerit. qđ mihi perinde esse videtur atq; si quis a floralium spectaculo ad Eleusinia mysteria trãseat. Quicquid em̃ a vetustate sacrorum nostrorũ exorte discimus: id ego preuiam disciplinã esse iudico ad veram & theologicã philosophiã deducẽtem. Et eam ob rem a grecis propedeumata dicta: id est ea documenta quæ prescíscere nos oportet priusq̃ accedamus ad rerum grandiorũ arcanarũq; cognitionẽ. Hoc labore exhausto: velut confecto sex dierũ labore: tum demũ sabbatismũ domino dicare moribus Christianis conuenit: & sanctuarium sapientie feriatos adire. Ibi videre est historiã mirificã: euẽtus varios: carmina plusq̃ heroica & cothurnata: cõciones panegyricas: orationẽ figuratã: tropis distinctã & formis sentẽtiarũ: & omnino elocutionem humano captu augustiorẽ. Adde symbola Pythagoricis multo argutiora: dicteria sententiosa scotinis inuolucris sensuũ implicata. ambages omne genus multipliciter inuolutas. Quid dicã omnẽ rerum naturã non humano sed diuino ingenio indicatã & apertã? omneis hominũ mores: omneis sensus humanos brutosq; explicitos? res omnino capaces p̃stantissimarum mentiũ: dignasq; quibus non modo toto (vt dicitur) pectore incumbere: sed etiam quibus illiquescere toto corpore debeamus. Huius vltime & summe cõmẽtationis maiestati: poetica & oratoria oratio copiaq;: & omnis disserendi eloquẽdiq; ratio: concedat necesse est: vt humani captus altitudo ingenii fasces diuinis summittat monumentis & oraculis. Siquidẽ ita se fecisse vir summe doctrine Gregorius Nazianzenus testat̃: cuius auctoris exẽplũ imitari percupide debemus: ne literarũ cognitione seculariũ quasi bacillo arũdineo nixi: in veritatis cognitione & vie philosophice progressu grauiter concidamus. sed citetur testimoniũ locupletissimi auctoris veritatis: & in literis secularibus ĩprimis eruditi.

Polytropus. · *Propedeumata.* · *Lectio sacrosancta* · *Memorabilis loc9.*

μοῦνομ ἐμοὶ φίλομ ἔσκε λόγωμ κλέος· ὅσσ᾽ ἠνάγειραμ
ἀντολίη δύσις τε καὶ ἑλλάδος εὖχος ἀθῆναι.
τοῖς ἔπι πόλλ᾽ ἐμόγησα πολὺμ χρόνομ. ἀλλὰ καὶ αὐτοὺς
πρηνέας ἐμ δαπέδῳ χριστοῦ προπάροιθεμ ἔθηκα
εἴξαντας μεγάλοιο θεοῦ λόγῳ· ὅς ῥα καλύπτει
πάντα φρενὸς βροτέης στρεπτὸμ πολυειδέα μῦθομ.

Sola fuit cordi nobis facundia: quantam
Orbis eoa manus simul occiduusq; coegit
Tractus: & illustres græcorum gloria Athenæ.
Sed simulac tandem multo peperisse labore
Contigit: ante pedes Christi afflictam ipse reliqui.
Cedit enim summi sermoni numinis omne
Humanæ mentis varium ac versatile verbum.

Quibus verbis intelligimus virũ illũ summo ingenio preditũ: summo studio deditũ: multã ac diuturnã operã eloquẽtie & poetice dedisse: ad quarũ rerũ studiũ tota mente ferebatur. sed quũ tãdẽ venisset ad studiũ sacre philosophie & sacramentũ salutis humanæ intelligere cœpisset: cui9 fuit vnus Christus interpres & antistes: illico ipm̃ illa oĩa literarũ ornamenta in conspectũ dñi abiecisse: videlicet agnoscẽtẽ & animaduertẽtẽ quicqd in literis secularis philosophie ac philologie vidisset: lõge id abesse a diuinis oraculis: atq; a sermõe ipi9 diuine sapiẽtie. Sacra. n. scripta oẽm haud dubie elocutionẽ mẽtis humane vincere intellexit: q̃libetq; figuris distinctã orationẽ ac multiplici eloquio elaboratã pre diuini sermonis vi ac fulgore obscurari & elãguescere. Ego qdẽ certe in ea sum opinione vt existimẽ tropos oratorios multo sublimiores efficacioresq; in sacra lectione inueniri: q̃ in priscorũ grecorũ latinorũve scriptis: posseq; oratoriã phrasim fieri ea lectione multo locupletiorẽ. Sed id persuaderi iis non potest qui humanorũ scriptorũ lepore ac suauitate capti: horridi statim & refractarii stili lectione deterrẽtur. Neq; vero cõcinnitatẽ eloquẽtie ĩ sacrosanctis libris requirere: sed vim sublimitatẽq; sentẽtiarũ cõsectari debemus: etiã si haustos inde sensus in scripta venustiora transferre: & pigmentis exoticis reddere floridiores nec ius nes fas p̃hibet. Hic autẽ existit illa Theophrasti querela de breuitate vitæ: quæ velut in tyrocinio philosophie sanctioris flagrãtes animos destituit. Iãprimũ Talthybius ille celestis Esaias preconio vrbano & elegãti ac figuris illuminato: aduentantis sapiẽtiæ & veritatis sacramentũ vociferans: a quo tandem satis explicari per totam vitam potest? Hunc sequitur (vt ita appellem) Ideus: Troiæ captiuitatẽ fatidico preconio ac lamentabili municipibus suis pronuncians. cuius explicatio mirificã quãdam enarrationẽ poscit. Hos duos seqtur numerosa turba vatum (quos salutigeros proprie appellare possumus:) res cœlestes rapsodiis effata humano captu omnino maioribus. in vniuersum aũt sacros vates musas quasdã altiores eẽ dixerim arcana celestia per satyrã cantitãtes: aut citharã quandã augustã & cœlestẽ paracleti plectro in varios modos pulsatam: cuius psalmata percipere eorũ est demũ qui aures a cantu profano feriatas: sacrisq; carminibus initiatas habẽt. Iã vero ipse trismegistus (sic Solomonẽ voco) antistes sapiẽtie: ac germane philosophie parens: nõne tribus libris cũ eo qui sapiẽtia Solomonis inscribitur: oĩa philosophie placita figurate cõplexus est? ita philosophũ ab icunabulis instituens: vt affectibus ad obsequiũ redactis: mentẽ tandem in arce Mineruæ: & in ipsius (vt ita dicam) contubernio sapientiæ collocet. id est autem summũ bonum: qđ annos plus mille humana philosophia omnibus indagans naturæ vestigiis: non ante q̃ sese indicante sapientia iuuenire potuit. Sed parẽtem eius pene omisi lyricum illũ vatẽ omni heroico poeta subliniorẽ. cuius poemata humanarũ diuinarũq; rerũ descriptiõe argumẽtosa: ipm̃ (vt ita dicã) Mercuriũ interpretẽ postulant. quem ego Christum interuentorem diuinæ atq; humanæ naturæ proprie esse censeo: cœlit9 ad genus hoc mortale delapsum: mãdataq; cœlestia sub habitu humanitatis deferentẽ. Hic est em̃ sermo: hoc verbum: hæc ratio: quib9 diuinitatis principiũ summũ arcana sacramẽta mortalibus enarrauit. ob

De sacro sanctis scriptis. · *Esaias.* · *Hieremias.* · *Solomon trismegistus.* · *Mercurius.* · *Christus.*

ídq; a ſummo euangelíſta logos græco verbo vocatus eſt. Ecce tibí in ſermone (vt aíunt) ípſa ſapientía quæ genus humanum nęuo primæuo inuſtum: purifico rore velut aquula ſmectica id eſt emaculatoría lauit: atqe cõditione obnoxía: Orciq; longo nexu & mãcipio natalíbus reſtituit. Hęc libris quatuor dídaſcalicis (quæ euangelía vocantur) bona ex parte figuratis: philoſophíam quã olim Socrates e cœlo in terram deuocarat: e terra rurſus in cœlũ ſupraq; cœlos omneis erígit. etenim quę ille ſymbolicus concionator ambagíoſe & allegorice de ſapientía díxerat: ípſa de ſeſe ſapientía proloquitur aperte & luculenter. atq; vt olim Prometheus ígnem æthereum e cœlo rapuiſſe dicitur & hominibus dediſſe: ſic dei ſapientía ígnẽ ęternũ charitatis humano generi cõmunicauit. cuius ſcintillas quaſdã pſeudophiloſophía in diſputationũ fomitib9 aſſeruabat: e Iudęa quaſi e ciuitate cœleſti quoquo modo petitas. Hũc ígnẽ æternũ noſtra ætas extinctũ atq; etiã oppreſſum pene vidit: ædituorũ ſanctuarii nõ tantũ negligentia ſed etiã vecordia. Chriſtus aũt id ẽ veritas & ſapiẽtia: velut Ianus quidã geminus vtríuſq; naturę particeps: vtrũq; teſtamentũ díuinitatis: inſtrumẽtũq; vtrũq; indagãdi ſummi boni cõiũxit: fínẽ priſci æui cũ principio renouati mũdi cõnectẽs: díerũq; ípſe antiquorũ inſtaurator innocentię priſcę mortaleis reſtituit. Iam vero ſapiẽtiã ſequitur e veſtigio ſuus ille Hypothetes Paulus: vir ad vnguem díuinæ manus factus: atq; inter omnes veritatis emiſſarios lectiſſimus. eius fani ſapientię architectus cuius formã ſymbolica graphide antiſtes ille ſapientię Solomon quõdã deliniarat. idẽq; ſacra ſapiẽtię iis gentibus impertiuit quę antiquiſſimo decreto myſteriis arcebãtur vt profanę. Hic eſt qui claſſico prędicandæ veritatis edictum alterius natalis in Aſia & Græcia ſtrenue promulgauit. vt qui mundí aut dæmonis mancipio hæreditario tenebãtur: velut altero matris enixu ingenui naſcerentur. Quid ille liber vnus euangelii Ioannis nonne ſacrariũ pene totum veritatis continet? Hic eſt ille ſeruus domini receptitius: qui ſapientiæ ipſi ſuper cœnam incũbens: hauſtam díuino numine ſapientiam inenarrabili libello poſteritati tradidit. Eiuſdem Apocalypſin id eſt annales rerum nondum geſtarum: quid aliud q̃ Parcarum cõmentaria eſſe dicas? Illic enim effuſa vaticinia omnẽ ſeriem fatorum: omnia prouidẽtię calendaria in poſterum cõtinent: etiã ſi œdipo (vt aiunt) coniectore indigent. His aliiſq; ſacroſanctę diſciplinę monumentis (non nulla enim prętereo prudens) videre eſt per nebulã captus humani ingenii: quę prępia eos maneant qui calcatis fortunis temporariis & caducis: in expectationẽ ſummi boni ſpes omneis ſuas rationeſq; contulerũt. Sed quũ tot anſas certiſſimę doctrinę nobis dederit prouidẽtia: mirũ eſt q; ſapientiã tenere quaſi lubricam aut euanidã non poſſumus. Quid ígitur in cauſa eſſe dicamus? vtrum q; ſpes prę ferueida in diem longiorẽ ſibi ſtipulari nequit. at ſapientía labores & moleſtias repręſentans: prępia & ląetitiam in futurum pollicetur? an potius q; acreis ſenſus ad ſenſilia & concreta: hebetes ad intelligibilia & abſtracta nobis natura dedit? Primũ hoc dico: ſtudii ſapientiæ fructum etiam non aſpernandum in hac vita repręſentari. deinde ſummi boni expectationi non magis annos q̃ annum: nec dies q̃ diem: nec horas q̃ horam cedere: vt viceuerſa ſummi mali timori.

Pſeudo philoſophia.

Chriſtus Ianus geminus.

Paulus Hypophetes ſapiẽtię.

Sacrariũ veritatis.

Ioannes ieruus receptiti9.

Apocalypſis parcarũ commẽtariũ.

ſemper enim nos excubare ſapientía iuſſit: & ad omne momentum diei & noctis accerſentis fati vadimonium prę ſtolari. Vt autem his copiis doctrinæ ſacræ in corde hominis inſtructis: & tanq̃ in procinctu ſtantibus: non regna & poteſtates aut díuitię comparantur: ſic omnes animi ſenſus ſuapte natura petulantes & infeſti: ita ad obſequiũ rationis rediguntur: vt homo pacem & conſtantiam ſecum ſeruare poſſit: quod ſummũ bonum cum philoſophia priſca in vniuerſum eſſe cenſuit: tum vero Chriſtus ſapientiæ proauctor: extremũ elogium condẽs: legati loco q̃ampliſſimi comitatui ſuo reliquit. Quanta ígitur animi alacritate: q̃ ſtrenue: q̃ conſtanter incumbere ad prędictorum librorum lectionem debemus: & eo amplius ad eorum philoſophorum qui amplis diſertiſq; commentationibus res figurarum inuolucris conditas: in lucem eruere piis enarrationibus cõtenderunt? nam quicquid laboris in literis & ſtudiis ſęcularibus conſumpſerimus: eius laboris largiſſimũ fructum in illa lectione demetemus: ſi tamen defęcato (vt dicitur) ingenio ad id ſtudium acceſſerimus. Illud em̃ ſtudiũ vt rudimentũ diſcendi exiſtimare debemus: hoc vt progreſſum & faſtigiũ. ſi quidẽ ex hoc ſciẽtię fonte perenni atq; inexhauſto q̃uis magnifica: q̃uis copioſa: q̃uis ſublimis manare poteſt oratio: ſi modo nobis ſtipẽdia implere in vtroq; ſtudio cõtigerit: ſed in hoc tantũ p̃mia ſperare operę nauatę & emeritę. Quid aũt gentilitia ſcripta ad intelligẽtiã ſacroſanctę doctrinę cõferãt: malo díuo Hieronymo credi ad Magnũ tũ oratorẽ Romanũ ſcribẽti: q̃ mihi hoc arrogare vt demõſtrare nitar. Cũ primũ aũt perueniſſe nos ad illã euthymiã: philoſophię antiquę vt decantatam ſic incognitã ſentiemus: animos (vt ipſi aiebãt) humanos beata vndiq; ſecurita te imbuentẽ: quũ fidutia cõpertę veritatis laborũ omniũ rationẽ cõſtare nobis intelligemus. Hanc euthymiã Eſaias fidutię contuberniũ appellauit. in quo animus humanus a rerũ humanarũ lectione & cõmentatione emeritus: rerũ cœleſtiũ & æternarũ contemplatione paſcitur: delectatur: fruitur. ſed tot tãtaſq; res non capiunt anguſtię cordis humani: niſi curis turbulẽtis vacui: nec alias res agẽtis. Quãtũ eſt aũt in ea meditatione intelligere philoſophiã ante Chriſti aduẽtũ velut Planũ quẽdam fuiſſe: vel prę ſtigiatorẽ ingeniis humanis varie illudentẽ: cuius Dædalea cõmenta atheos & voluptarios & alia portenta ſectarũ excitauerunt. id q̃d Paulus ille Vranognomon & aſſertor orthodoxię: teſtatus eſt ad Coloſſenſes ſcribẽs. Nos igitur germanam philoſophiã religioſe adire debemus: vt quũ a lectione gentilitiorum ſcriptorum quaſi a voluptariis fabularum argumentis: ad ſapientię & veritatis fanũ acceſſerimus: veluti ſtudio ſerioſo vernantes ſenectutẽ priſcę ignorãtiæ paulatim exuamus: ac nouũ quẽdã & inſtauratitiũ hominẽ libẽtes iduam9. Hęc. n. vna eſt diſciplina humanę naturę magiſtra: q̃ hominis gubernacula exculpere ſtolidis ſenſib9 poteſt: & intellectui ac menti porrigere: etiã ſi naturæ vi atq; imperio appetitus eſt proreta. Quare homines qui nõ bonis tantũ externis ſed etiã ęternis ſtudent: hoc videre etiam atq; etiã oportet: vt quod nautæ prudentiores facere dicuntur: vt ſacram quãdam anchoram ad extremũ ſalutis ſubſidiũ habeant: hoc ipſi imitari contendant: & cõtra turbidiorum affectuũ æſtus & iactationes fortunæ: lectione ſacra velut anchora paſſim ac ſemp

Euthymia.

De vera philoſophia.

Paulus Vranognomon.

Animaduerte.

vtantur. Hoc enim retinaculo ſequente tempeſtate ita nos firmare conuenit: ne tranſuerſi in ſcopulos noxiæ alicuius offenſæ: aut in vada curarum externarum vẽto quodam cupiditatis repente rapiamur. Proh deus immortalis: eſt ne aliquis tam aduerſis placitis prouidentiæ natus: dũtaxat eorum qui Palladis ſacramento bona fide dixere: qui quum hæc animo accurate reputauerit: deſultoriãq; fortunæ viciſſitudinem perpenderit ac vitæ humanæ breuitatem: non Cræſi (vt aiunt) & Midæ talenta pro nihilo ducenda præ ſolida philoſophantium felicitate iudicet? & eos qui opum externorum poſſeſſione in medio poſita: quaſiq; iter homines cupiditate & auaritia præditos controuerſa: ad vltimum vitæ diem fortuna diſceptante contendunt: non, dico de precaria poſſeſſione rerum: atq; in fortunæ mancipio arbitrioq; poſita: ſed de aſini (quod græci dicunt) vmbra vel litigare vel laborare vel ſeſe miſere afflictare? Ego vero etiam (id quod iidem græci in prouerbio dicunt:) omnes iſtos theſauros non in cellulis cordis: ſed in promptuariis fortis fortunæ & temeritatis conditos: carbones tandem recte exiſtimanti viſum iri contenderim. In quibus enim bonis maxime mens humana nimia ſui diffidẽtia imbuta: iure gentium & ciuili contra naturam recepto: parare ſibi preſidiũ ſubſidiũq; conſueuit: eorum bonorum affluentium ope non tam adiuuari diuites plerũq; q̃ aduri quis nõ videt? Num quis hoc neſcire poteſt quoſdam aliquando veſana ſtimulante cupiditate per fas nefaſq; cẽſus ſuos auxiſſe? cuius ordinis eſſe dicuntur quos exenteratores reipublicę vocant. & eos ipſos tamẽ vt fuit aliquando reipublicę noſtræ cõſtitutio religioſe adiri oportebat: ſi quid equi boniq; a principe (o ſummam indignitatẽ) impetrandum haberes. Hoc genus exagitat hiantis auaritiæ peruigil & inquies cogitatio quæſitis iam ſemper aliquid acquirendi: ob quod eam priſci poetæ Alecto vocauerũt: nomine ſane appoſito & congruo. furiarum vnam eſſe dictitantes quas inter miniſterium Orci dedicauerũt. & ego beatos eos putem qui cõſceleratis animis ditatos eſſe ſciam? ſed ſint vel fuerint tam hominũ feliciſſimi q̃ omniũ fortunatiſſimi atq; opulẽtiſſimi eſſe vel fuiſſe noſcũtur: num ideo eorum ſortem ſuſpicere & æmulari debent qui a philoſophia didicerint iis tandem cum Orco rationẽ eſſe habẽdã? Mitto nũc ſpintrias aulicos ex genere æruſcatorũ: qui rerũ noxiarum inuentores: ingenioſi & ſolertes videri populari pauperie non verẽtur: dummodo innoteſcant nihil penſi habentes. Iam vero Siſyphidas illos q̃ beatos eſſe dicemus: qui ethelodulię mancipati (ſic enim appellatur ſpontanea ſeruitus) ſaxum illud ambitionis irrequieto labore ſubuoluunt non modo humeris & ceruice: ſed etiam vertice? Saxum inquã illud prægraue & aſperum: quod interdum ab aulæ ſummo gradu in medium relabitur: & nonnunq̃ ad vltimũ: tam præpoſtera plerunq; fortunæ improbitate: vt in illa ſchola ima ſummis ingenia non modo permixta videamus: ſed etiam ſuperpoſita. Miſeram vitæ ſortem: atq; vt cætera ſuauem eſſe fateare: eo quidem certe grauem ingenuis animis & propemodum enecantem: q; ambientium natio quaſi ex hiſtrionio genere oriũda: ſemper perſonata videtur & geſticulatrix eſſe. Hæc autem moleſtia ambitus comes & actus per omnia illiberaliſſimi introſpicienti patent: iis

Alecto.

Siſyphidæ.

Ethelodulia.

Contra pdite ambitioſos in aula.

qui primore rerum aſpectu acquieſcunt: non patent. ſiquidem vt aulicæ potentiæ ſtrepitus: & faſtu & comitatu frequenti beatus: vibranti fulgore oculos contuenteis præſtringit: & præ admiratione ſui coronas circũfuſas ſummouere ſpecie admodum luculenta videtur: ſic ſi transſplendorem inanis tectorii perſpicere poſſis: vel liberos eorũ actus intra ſcenam & populo non ſeruientes videre: ibi tum ibi triſtia omnia ac lurida anxietate ſcatentia apparent: prorſus vt tetri ergaſtuli ſpeciem illic videas ingenuis & candidis moribus inacceſſam. Verum (o lubricum ambitionis errorem) quid illud eſſe dicam: q; cordati alioquin viri nec cupiditate tranſuerſi: quũ id quod diximus & dicant & ſentiant: vinculaq; ergaſtuli excipuloſa prouideant: fit tamen vt ſi propius adire detur: in ea ſe ſcientes prudenteſq; induant: quũ tamen id ipſi maxime fugitare videantur? Vtrũ q; immemores in re præſenti fiunt? an potius inſinuãtes in locum illecebroſum: oculis & ſenſibus & mente capiuntur? vtrum ſtulta fiducia freti quaſi exuendi nexus rationem teneant: periculum facere incognitę rei volunt? & eas plagas inire quæ mihi tenaciores Vulcaniis illis videntur: quæ Martis Veneriſq; ſtuprum irretiuiſſe dicuntur? quas Homerus in Odyſſea tradit nec viſibiles nec ſolutiles nec vi quantalibet fuiſſe eluctabiles. Scilicet ille eſt error æternus mentis humanæ: quæ carceres ambitionis tranſiliens: non percipit ita pronum eſſe id ſtadium ad medium vſq; ſpatium: & inde ad metam ſenſim arduum: vt illic nullo ſuffamine procurrentes bigę contineri: hic vrgeri ad metam nulla contentione poſſint. tum demũ aurigans altior iam ſpiritus ſera intelligentia docetur nullum modum aut finem ambitionis eſſe: quũ ſemel rationis frenos momorderũt cupiditas & elatio quaſi æthon & Podargus equi duo iugales. His enim bigis genius ille lucifugus: (quem appoſitiſſimo (niſi fallor) nomine Laoplanum appello quaſi mundi totius popularem impoſtorem) ſapientes multos huius ſæculi per theatrum reip. adminiſtrãdæ plauſibili ſpecie tranſuehit. Sed vt apud Homerum Vulcanus Martem & Venerem irretitos: omniũ deorum oculis ſubiecíſſe narratur: vt de iis quiſq; ſuperum ſententiam ludicram & cauillatoriam ferret: illiq; in rebus Veneris deprehenſi: pœnas ſtupri penderent: in complexu obſcœno & pudendo omniũ cauillis expoſiti: ſic in cæcis illis interdum laqueis videmus homines antea exiſtimatiſſimos: non modo ſatyriſcorũ iocis ludibrio haberi: ſed etiã bonorũ grauiũq; virorũ calculũ atrũ mereri. Etem̃ qui ad honores aſſumpti quos obnixe ambiuiſſe noſcũtur: nihil penſi habere reuincũtur q̃ ſibi cõſtanter factiſq; ſuis cõgruẽter loquãtur: aut ita ſe in plęriſq; rebus agẽdis gerũt: vt nihil quicq̃ laborare videãtur q̃ cõueniẽter priſtinę vitę degant qua magnopere antea pbabantur: quid aliud q̃ fateri atq; etiam profiteri videntur: ſe quę olim recte: quę grauiter: quę conſtãter egerũt: nõ virtuti & probitati: ſed ambitioni perditę & cupiditati dediſſe? An etiã fortaſſe ſecũdę res acriorib9 (vt ita dicã) ſpecillis explorãt mẽtes hoim? & inde ortũ illud dictũ: magiſtratus oſtẽdet virum: vt inqt Ariſtoteles. O ſenſus inops plerũq; humana prudẽtia: quũ eo ſe abũdare maxime arbitret. Viſendũ vero ſpectaculũ pſeudocatones irretitos videre vt Roſcios aulicos: aduerſo oim cuneor9 graduũq; rumore ſe ĩ dies

Laoplan9 dęmon id eſt popularis impoſtor.

Vincula Vulcani.

magis ac magis in maculas implicãteis: quũ interim tristeis frontes atte
rentes dictitent omnino iis plagis extricare se cupere. planis illis triuiali-
bus omnino improbiores humi decũbentibus: qui quiritatu subdolo via
tores ludificari solẽt: fidẽ hominũ implorãtes vt manũ sibi porrigãt. Itaq;
illud iam priscũ nũc omniũ ore in istos vsurpatur: tollat eum qui nõ nouit.
Ego quidẽ certe in ergastulo piratico ad scalmũ alligatus esse malim: q̃ in
illis plagis dep̃hẽsus omniũ ordinũ probra impudẽter obaudire. Sed p̃cla
rũ illud q; ibidem vidimus cynicos & momos triduo harpocrates factos?
tãta vis est medicati calicis quẽ Circe illa Dędala curionũ alumna: iis ali-
quãdo propinat quos ad sacra sua opertanea intromittit. At modesti &
graues: vt apes exarmatę aspernabiles: virtute tantũ & probitate macti
hactenus iussi sunt esse. Itaq; valeãt isti: omnesq; in Aristippea schola phi
losophantes: quos ego nõ philosophos sed sophophilos voco: nõ amorem
morum aut sapientiæ: sed scitam quandã amicitiã profitentes. quorũ est
illa cyria (vt dicitur) doxa id est placitũ imprimis ratũ approbatũq;: ami-
citiam citra aduersam quidẽ fortunã: sed vltra aras colẽdã esse: qualẽ illã
fuisse Theseiam fabulantur ad inferos vsq; cum fortuna sequacem. Docti
enim & probi istorũ vitã offensatricẽ esse intelligẽtes: & execrari & auer
sari debẽt. alioquin philosophiæ fructũ quonã modo sperare possunt: qui
gratuitam sibi operã & statariã poscit? Qui aũt in castris ambitionis in-
decore stipendia merent: nõ statiuis mãsionibus sed Nomadum moribus
gaudent. quo modo autẽ tranquillitate animi gaudere: aut omnino ratio
nem quãdã certã & probabilẽ sequi possunt: quos immodicis affectibus
obsequẽtes: nũq̃ secũ (vt dicitur) viuere: nũq̃ apud se esse nouimus? Age
quãdo eorũ sensus vacare rationis postulatis credemus qui in ea officina
opificiũ exercẽt in qua festo p̃festoq; noctu & interdiu nõ cessat? nũcubi
autẽ securi & alacres animo sunt: qui nullũ portũ tutũ: & a iactatione &
tẽpestate curarũ quietum respiciũt? Hoc quũ in omneis valet ambitione
perditos: tum vero exitiabile prope est iis quorũ vitę institutũ secessum
ac secretũ sibi poscit: quales sunt qui aris ascripti sunt: & ab aula nõ abno
ctant. Iãprimũ aulicę ambitionis comites sunt necessitas colẽdi eorũ qui
primos curionũ ordines ducũt: & vanitas sese illis venditandi per omnia
obsequia. Has sequitur timor offendẽdi eorũ qui gradu aut statu dimo-
uere ac deiicere possunt: aut ad maiora sensim aspirãtes percellere. At hę
sunt remorę quędã tenacissimę omniũ actionũ a seueritate & ĩtegritate
proficiscẽtiũ. eadẽq; officii fungẽdi auocamẽta ĩ eos quoq; valẽt q procul
ab aula ciuileis ordines regentes: fauonio quodã aulico ĩpleri actionũ sua
rũ vela & processum cupiũt: id qd̃ nullo nõ tẽpore factitari a solertissimo
quoq; ambiẽtiũ cõstat. Hoc genus iã olim seueritatis aciẽ obtudit ĩ omni
parte administrandarũ rerũ atq; in omni ordine maiestatẽ integritatis im
minuit. neq; n. aliter incorruptus honos ĩtegritatis & officii vnicuiq; vel
curię vel ordini cõstabit: q̃ si inter hos & illos erũt cõmercia direpta: O ve
nefica beneficia quę a p̃potẽtibus manant. adeo nonnullos videas hodie
ferociter probos & mãdata potẽtię abnuenteis: postridie ita in obsequiũ
cõpositos: vt in nassam beneficentię ceruices prius inflexas inseruisse iu
dices. siquidẽ nulli crimini virtus minus inficiando esse potest. Quis enĩ

Sophophili.

Theseia amicitia.

nõ videat inter metũ ab illis: & pudorẽ ab his & ab honestate versare sen
tẽtias & in omneis partes torquere: ne in vnã partẽ magis vergãt q̃ vel
ambitioni vel honestati cõuenit? Solẽne est aũt rerũ potiẽtibus cuinsq; or
dinis dec⁹ vel aulici vel ciuilis vno vel altero auctoramẽto ita sibi obstrin
gere: vt in omni parte reip. virt⁹ libero motu vel habitu versare se neq̃at:
vsq; adeo administratiuę vitæ & p̃textatę ratio moribus hominũ iniique
cõparata est: nisi virtus sibi semp̃ istãs aduersus isidias excubet. Ita fit iter
dũ vt toga ciuilis modũ suũ vel classem sup̃gressa: & alienę culpę cõtagiõe
velibuta vel asp̃sa: maiestatẽ retinere sui honoris nõ putet. Hęc causa vi
ros cętera egregios: ĩ offensionẽ sępe iudicii popl̃aris ĩpegit. Prędicti aũt
& huiuscemodi errores sunt hominũ q Mineruã sapiẽtiæ p̃sidẽ potẽtęq;:
nõ in athenęo (vt ita dicã) sed in larario venerãtur & colũt. nã athęneum
id est ędẽ Mineruę ego instrumẽtũ vtrũq; fidei nostrę esse puto. in eo nos
sapientiã q̃rere oportet & venerari repertã: nõ vt ii hoies faciũt qui sensu
humano freti oĩa sibi cõsulta domi. i. in suopte sensu credũt: quos erroris
aliquãdo luculẽti freno se & alios rexisse cõpertũ est. Vt igitur viris pru-
dẽtib⁹ & doctis ad rerũ publicarũ administrationẽ accedere: & honores
magistratusq; gerere ac petere ĩterdũ laudabile est & magnificũ: cõtraq;
hęc oĩno repudiare & auersari: inertis fortasse aut ignaui animi iure exi-
stimat̃ esse: id. n. fert oĩno ratio disciplinarũ ciuiliũ: sic toto (vt dicit̃) cœ
lo errare mihi vidẽt̃ qui se ambitioni vęcordi quasi equo effreni furẽtiq;
vehẽdos p̃miserũt. ii sunt. n. q nullo certo vitę degẽdę atq; instituẽdę cõsi
lio ferũtur. sed quo eos cũq; impetus tulit: & qua fortunæ temeritas adi-
tum præbuit & transitum: inconsulto feruore rapiuntur. atqui huiusce-
modi nubigenas illos fuisse crediderim quos poeticæ fabulæ Centauros
nominauerunt: homines quosdam semiferos: in equos desinenteis. Quo
figmento quid aliud q̃ eos homines significari putamus qui ex humanis
ac compositis sensibus in ferociam tandem equinam degenerant? cuius-
modi illos esse videmus qui rebus secundis insolescẽtes: mox e potestate
rationis exeunt sensibus moderãtis. & ciuilitatis ac pristinę sortis oblíti:
eos q in suo ordine se cõtinẽt: aut q moribus municipalibus viuunt: & eo
acquiescũt qd̃ sors ciuilis & nataliũ modus tulit: aspernãtur: & velut a se
propulsant ferino calcitratu. Hos stimulat nõ calcar ęmulę virtutis ad de
cus aliquod eximiũ secũdo populo cõparãdũ: qd̃ incitamẽtũ esse solet ge
nerosis mẽtibus ad publica munera capessenda: aut ad suscipiẽda magna
egregiaq; facinora. sed inanis aura popularis vel aulica: qua processus sui
vela sinuari futiles homines gaudẽt: ob id fortasse cẽtauri appellati quasi
inani aura instincti: nec solidã ipsi nec verã gloriã cõsectãtes. quin & ipsis
parẽtem esse aiũt Euanidã quandã nubẽ: eorũ (vt interpretor) indicẽ va
nitatis: ipsam pro Iunone Ixioni eorum genitori suppositam ludibrio me-
morabili. Est enim Iuno dea præses (vt antiqui voluerũt) legitimi veriq;
potẽtatus & honoris. proinde valeãt isti Ixionidę literarũ studii & philo-
sophię derisores: & ĩ amplexus se effundãt vitæ sibi deamatę. Nos enĩ lite
rarũ amore præoccupati riuales eorum esse neqmus: vt imaginaria rerũ
secũdarũ fruitione certissima bona mutem⁹: q̃ a philosophię amœnissimo
studio manare didicim⁹. Vt aũt hedera, p̃cerissimã quãq; arborẽ cõplexa:

Cẽtauri.

Iuno.

non ante eam dimittit: q̃ ſenſim exuctam & viuido humore exhauſtam ad tabem necēq; perducit nexu tenaciſſimo: ſic ingenia præclariſſima quæ ſeſe prorſus ambitioni dederūt: non anteq̃ aliqd eis ſecus accidit: ab eius cōtubernio lento tenaciq; explicātur. Id adeo facile eſt ex euētu iudicare. Quē enim vnq̃ iſtorū vrbana officia reducē habuerūt libero vltro citroq; cōmeatu? quiſnā aūt veſtibulo iſtius ambitionis exactus: ita poſtliminio in ciuilem vitam rediiſſe viſus eſt vnq̃: vt non exulare magis in vrbe q̃ aulica prouincia deceſſiſſe vulgo exiſtimaretur? ſolēne tamē illis eſſe cōſtat qui mordicus poſtes aulæ retentant: vota clara identidē laribus in reditū nūcupare: quaſi vrbanę vitæ deſideriū vltra ferre non poſſint. ſcilicet hic regibus labor eſt: aut ea voluntariotū comitū inopia premūtur: vt inuitos iſtos promiſſis ingentibus aut precibus retentent. videlicet Gallia tam inops eſt virorū: aut reges noſtri non habēt vnde pręmia ſequacibus ſui perſoluant: vt vnus & alter muneris obeundi in ſanctiore conſilio aut in ſenatu caſtrenſi & viatorio neceſſitate teneantur. O vaniſſima ſemp ambitio in mēdaciis tam apertis fidem tuā labefactas? ecquis eſt hodie tam in rebus aulicis peregrinus: aut omnino in moribus hominū iudicandis tam minime malus: tam hebes: tam ſtupidus: quin ſtatim querulis iſtorū verbis illud prouerbiale reclamet: quere peregrinū? Eſt.n. clarior iſtorum Callipidarum fruſtratio q̃ vt quēq̃ nō ruſticū fallere queat. num eos quotidie pedatim diſcedentes inde videmus quo ſingultim feſtinare videramus? q; ſi per detrectationem ſtationibus ſuis vel ſacris vel profanis non abſunt: qui conuenit quū quotidie commeatū flagitare ſe dictitent: nūq̃ impetrare eos poſſe? vel quū in dies ampliora munera ſibi ſuiſq; impetrare noſcantur: nō ſumma eos animi equitate muneribus aulicis aſſeruire? De iis vt arbitror ſilendū eſt (ne ſacroſanctam exiſtimationē lædamus) qui auguſtam illā cauſiam non vitę ſanctitate: non illęſę famæ cōmendatione: non probabili aliquo conſilio mereri: ſed aulici ambitus decennali ſeruitute: ſed ampliſſimi honoris ſuggillata reuerentia: ſed faſtus & inſolentię ſpiritu inſtigante viſi ſunt. O rem præclarā: & Chriſtianis inſtitutis congruam: honorē ſacrificū aulicis officiis mereri. Abſit aūt vt id aut dicam aut ſentiā qd̄ quidā incōmode faceti cauillantur: aulam plęrūq; gallicam ſcurras albatos circūferre: qui etiam ludibrio haberi ſe nec ignorēt nec egre ferant. Illud certe præterire nequeo qd̄ vidimus: nondum cōploratis pontificibus epitaphios illis agonas in aula quaſi parentalia certamina ab iſtis excitari: non ludicros ſed capitales: tam aduerſo rumore vt puderet nos audire. Vtinam autē huius culpæ rei arceſſerētur qui in omni vitę parte vitiū aut peccandi licentiā profitētur. Sed quid illis futurū eſt qui frontem præ ſeueritate corrugare nō deſinūt: & turpium facinorum exempla prodere non erubeſcūt? & poſt hæc etiam ſimulatio fallere nos ſperabit? Mitto nūc ſectoriā eorū improbitatē qui exuuias ſacras nō modo viuentiū ſed etiam ſtantium ambulantiūq; petūt: quādoquidē magnorum virorū auctoritas huic crimini vt aliis obtenditur. Reuertar ad illos purpurę candidatos qui obſcuris ſępe natalibus orti: & nullo ingenii ornamento pręditi: regibus æquales videri aut aſſidere volūt. Quid enī eſt qd̄ tanto pe admiremur beatulas illas cauſias: quæ ſordere iam in Francia

Callipidæ in aula vaſa ſemper colligētes ſed nunq̃ abeūtes.

præ multitudine: eorūq; leuitate videntur qui ne in ſacroſanctis quidem & viſendis geſtaminibus Auguſti vel venerandi eſſe poſſunt. Pridē id decus vt eximiū & opimū regalibus tantum extis promitti videbatur vt decebat: nunc minorum etiam honorum auſpiciis & plebeiæ fortunæ non negari videtur ex quo inauratis cornibus hoſtiæ paſſim litare cœperūt. Quis enim hos iā magnopere ſuſpiciat: qui haud ita pridem vnū viderit dibapha purpura ferocē æmula cādoris beatiſſimi: quum cohortem ipſe purpuratā quocunq; poſt ſe traheret: inter eos tam eminēs q̃ inter galeritas vpupa? Species igitur nunc eadem & dignatio: auctoritas ad populum non eadem. Neq; vero in vniuerſum honoribus auctoritas ſua reſtituetur & maieſtas: priuſq̃ ſordidis aut puſillis ingeniis ſummę decora virtutis petere fas eſſe deſierit: & ſacroſanctos ampliſſimoſq; ordines rerū noſtrarū ſumma nūdinari capitale eſſe cœperit: quod vtrūq; nobis videre vtinā mox contingat. Summa aūt diſputationis eo pertinet: vt intelligatur eorum gloriam qui ſummum bonū in loculis conditum eſſe putant: vel faſcibus aut infulis maiorum auſpiciorum adhærere: mortuis illis ſupſtitem eſſe non poſſe: iiſdēq; ſæpe morientibus aut gradu potentiæ deiectis (qd̄ mortis inſtar ciuilis putatur eſſe) pro ſperata gloria infamiam agnoſci: aut certe ignominiā perpetuā. Eius rei quum innumera ſunt antiquitatis documenta: tum vero recētia proferre nunc exēpla poſſemus ſi id ad rem pertineret. Porro aūt vt fugaciſſimus ſemper ſplēdor eſt gloriæ pigmentis adūbratæ: ſic vere eminentis: & expreſſę claritas nulla carie: nullo ſitu vetuſtatis exoleſcit. & eſt eiuſmodi gloria non in æs aut in auro inciſa vt illorum: ſed ſtilo acuto & nitido impreſſa cedrinis in tabulis quæ carie nō intereunt. Atqui huiuſmodi eſt gloria non opum congeſtarum: non vitæ per ſummos honores indecore tranſactæ: ſed rerū egregie vel geſtarum vel ſcriptarum: quę in alios alioſq; traduces propagādæ: æternitati dedicata quodammodo videtur. Porro autem vt ſine aqua & igni ſacrificium aut conſecratio non rite peragitur: ſic ſine ſtilo & eloquētia nulli? aut principis aut populi geſta ad poſteros inclareſcere poſſunt: & æternę memorię conſecrari. Proinde & ſi antehac memoria noſtra quidam homines officinæ magiſtratuum honorūq; præfecti: cupide feciſſe noſcuntur: vt ſtudioſi & literati: & innocentia modeſtiaq; pręditi: parum plauſibile nomē in adytis aulicis habuerint: quaſi ab actu rerum reiectanei. contraq; imperiti & procaces: & in tenebris ſpicaces: vel earū rerū emaces quę in cōmercio proborū pudētiūq; nō fuerūt: plæraſq; reip. ptes nominū ſuorum fama lęta: triſti replerint: non ideo relangueſcere ſtudioſorum contentio debet aut philoſophantium. Eſt enim eſt abunde philoſophis geminos illos fructus ſperare Euthymiā & euthanaſiam: res duas q̃ maxime expetendas. illā ſcilicet beatam & conſtātem numeris oībus ſecuritatē: dūtaxat quod ad bona corporis & fortunę pertinet. Hāc hilarem animi ac ſpe bona perfuſam in morte equitatem. Illis autem perditę ambitioſis quodnam eſſe maius ſupplicium poteſt in vita per aulicā geſticulationē agenda: q̃ hominem in corde conditum qui non niſi veritati ſeruire poteſt: ab homine externo & conſpicuo diſſidere: qui ſcenæ tantum ipſe ac populo ſe oſtentat: & ad oculos theatri quaſi ad ſpeculum nō

Euthymia.

Euthanaſia.

Contra ſimulationem aulicam.

Chamæleontes aulici.

afformat ſed affingit? quis enim iſtos Chamæleontes ignorat: reconcinnãtes ſeſe idẽtidẽ ad mores aulicæ potentiæ: vt tabulas olim ſuas clariſſimus ille pictor Apelles reformare ſolebat ad vulgi iudicium? Eſt autem id natura comparatum mẽtem male ſibi conſciam cum homine externo & vultuoſo diſſidere: hominẽq; etiam hominis pudere: quum vi veritatis cæca tormenta adhibentis fateri quiſq; cogit? apud acta rogitãtis cõſcientiæ ſuæ: ſe non eum eſſe hominem quem vultus profitetur. Atqui iſti quos ſolertes aulicos appellari videmus: quũ per omneis vitæ actus perſonati ludiorum more videantur: non intelligo quidnam affirmare poſſint ſerioſe in republica aut bona fide egiſſe. certe in iis quæ ad verum fiunt locus præſtigiis nullus eſt. bona fides ſe ad manum aſpiciẽdam & cõtrectandam præbet. Proh ſuperi immortales quid eſt ſi hęc impoſtura & fallacia non eſt? ſi enim compoſiti iſtorum vultus cum cordis motu turbulento diſſident: quonam tandem modo inſontes eſſe poſſunt? atqui hoc poſcit veritas quam nobis Chriſtus non modo in terris agens prędiuit: ſed etiam lege promulgata præſcripſit: vt quando natura ſympathiam eſſe inter mentem & frontem eius indicem cenſuiſſet: ſummopere id videremus: ne homo qui in fronte eminet & toto ſe promit aſpectu: ſimul is ſermo qui in ore verſatur: & in aures ſe inſinuat: ab eo homine eoq; ſermone diſſiderent qui extra præcordia caput non exerentes: interiores vocantur. Quid autem totos dies precamur & a deo petimus niſi vt fiat voluntas eius in cœlo & in terra? At id quid aliud ſignificat: niſi nos docet & hortatur vt corpus cum animo congruat? materia a forma nõ diſcrepet? Homo ipſe interior & exterior idem ſit? Quid igitur iis hoibus facias? quid cum iis diſſeras qui aulicarum ceremoniarum antiſtites eſſe volunt: & ſimul probitatis opinionem atq; etiam ſanctitatis aucupari? proinde qui vtilitatis aut potentiæ aſſequendæ nimium ſtudioſi: ad iſtorum mores ſe afformare contendunt: vt ſummis curionibus induſtriam ſuam probent: non modo literis & honeſtati ſalutem: ſed etiam Chriſto & veritati vt dicant neceſſe eſt. Ita ſequitur ſi ſtoicis confectariis eos vrgere pergamus: vt hanc ab inuitis confeſſionem exprimamus: ad gloriam ſe & beatam vitam comparandam non ſupernate via: ęrumnoſa quidem ipſa & confragoſa: ſed infernate plauſtraria & militari progredi. & hanc autem & illam ineuntibus viam vadimonium tandem ad ſummum tribunal obeundum eſt: quod in incertũ diem cõſtitutum: nullis nec opibus nec faſcibus comperendinari poteſt. Quãdo igitur ipſi aliud ſemper agentes (vt dicitur) cauſam ſibi dicendam meditari videntur? qui aduentante ſæpe ſummi & vltimi imperii viatore & interdum lictore: diem vel perendinum vel craſtinum dicturo: conſilia de ineundis (o cæca mens hominũ) honorib⁹ nouis agitant. En cur diſciplinarum cultum: literarum elegantiam: humanitatem: leporem: amœnitatem homines abiicere debeant: & philoſophiã deniq; ipſam rerum humanarum diuinarũq; interpretem: tranquillitatis ac ſecuritatis parentem quod ſummum in hac vita bonum eſt: ex qua nõ opes vulgares & aſpnabiles ſperare & parare: ſed velut ex cornu Amaltheæ ſumma omnia poſſunt haurire & copioſa. Quid enim non inuenias in pandectis philoſophiæ? ſed ſcilicet hæc homines in terram eiuſq; viſce-

ra cernui: alcinoi (vt dicitur) apologum eſſe credũt: aut Ariſma ſpea carmina: res quidem illa viſendas ſed a nullo viſas enarrantia. eoſq; Phęacas eſſe putant: qui animi bonis capti eo ſpes omneis ſuas referant quo nemo viuus acceſſit: & vnde nemo rediit. Sic plagiarius ille dęmonarches lucifugis emiſſariis animos humanos ſolicitãs: a doctrina philoſophiæ abducit: & velut a Iouis liberatoris præſidiis ſic a pręceptis Chriſti deductos: aulico nexu aſtringit vt omni religione liberet. Inde illa axiomata aulicacademiq; in eos ſemper mores vergere in quos aula prona ſit. corpore & anima aulicæ potentiæ aſſeruiendum eſſe ſi quis aliquo in numero eſſe velit. fortunatos magis q̃ probos colendos eſſe. cum demum recte in officina aulica perpolitum eſſe: qui omneis numeros ſimulatiõis teneat. impudentiam & diſſimulationem pręſentiſſima duo numina viris acribus eſſe. odia & ſimultates in loco ponendas eſſe: & viciſſim reſumendas. nũq; offenſionem condonãdam niſi fortunatis eſſe. inimicos in articulo oppreſſos ad internicionem proculcare. Tũ illa plutacademica in æde Plutonis conſecrata: qui rem facere velint: diuinis præceptis aliquantiſper obaudiendum eſſe. tanti eſſe vnũquẽq; quantum poſſidere videat. qui pauperiem fugere per fas nefaſq; neſciant: iis ſuperos non dubie iratos eſſe. male de ſe hęredibuſq; mereri: qui religioſe rem ampliat. qui hac vita inter armentarios cenſi ſint: in futura ſubulcos fore. primarum enim claſſiũ hoies: in altiſſimo quoq; ordine cęlitũ ꝓportiõe beatos fore credũt. His & huiuſcemodi proloqis homines in Plutonis porticu philoſophantes: dogmata mirifica aſtruunt: in quorum aſſiduis cõmentationibus ego nullam erroris intercapedinem eſſe puto. etenim quũ timor domini auctor nobis eſſe debeat omnium rerum expetendarum & fugiendarum (nam abſq; eo digitum tantum exere & peccabis vt inquit ille) quonam modo rationis habenis reguntur qui plus fortunæ & temeritati caſuum: q̃ veritati atq; pietati tribuunt? in quos inuehens Eſaias vates fortunę eos mẽſam appoſuiſſe teſtatur ac ſuper eam libaſſe. Aut qui conuenit eam vitam hallucinatricem non eſſe atq; offenſatricem: quæ per denſiſſimam caligi nem rerum humanarum ingrediens (quam vitam aulicam eſſe dico) nulla prælucente face ſapientiæ aut doctrinę ſalubris rapide promouetur? Atqui ſapientiæ præcepta & monita nemo ſatis ſine oraculis nouit. & eorum oraculorum antiſtites eſt philoſophia. Ita patet ſine pholoſophis aut ſine philoſophia vitam recte inſtitui non poſſe. Quũ enim mens humana quæ principatum animæ tenet: iudicium rerũ facere ſine ſenſibus corporeis emiſſariis ſuis nequeat: illi autem partim ſuapte hebetudine hallucinantes: partim a noxio genio circulatore ipſo & archiplano: circũuenti: rerum ſenſilium ſpecies falſo ad eundem principatum deferant: fit vt mens in aree humani corporis ſedẽs: nec cauendas res nec admittendas iudicare ꝓbe ſciteq; poſſit. Accedit q; prouidẽtia quos in albũ illud ęternum retulit: eos fortunis interdum euerſos: alioqui quoq; male mulctatos exercet: & per tolerantiam inſontem exſententia ſua probat. iſtos autem fortunatos & temeritatis alumnos arbitrio ſuo & prudentię permittit: cui nimium ipſi confidũt. Quos genius ille impoſtor excipiens: & pręſtigiis allectos ſibi mãcipãs: ideo q̃tos a moleſtiis: & ſarctos (vt dicit) &

Ariſma ſpea carmina.

Axiomata aulica cademiq.

Plutacademica prologa

tectos ab omnibus tuetur incommodis: vt incautiores eos securitate in dies efficiat. Scit enim in huiuscemodi homines liberam cũ volet manu um iniectionem fore. Inde ille stupor humani iudicii euentus rerum admirantis: & in errorem sæpe eorum reuoluti qui negant prouidentiam. Superi vestram fidem: adeo ne erroris perpetui nebula nos offudit tenebrarum ille præses: vt veritatem rerum cernere ne sole quidem illustrissimo possimus? adeo ne Geryones ille tergeminus supbia cupiditas & voluptas (tres aduersarii potestates e terra & inferis enatæ) infestus est ætati nostræ: vt sapientiæ præcepta toties inculcata complecti: & cõpressis manibus retinere nequeamus? nonne omnia quæ videmus: a deo prędicta sunt? an alterum tandem Herculem expectamus post Christum alexicacum: qui monstra hæc terrarum ad hominum perniciem emissa conficiat? an vt iterum ad Troiam magnus mittatur Achilles? & iterũ Christus humanitatis deo redeat: & oculis nostris cõspicuus occurrat? O cœli & terrę omniũq; animorum conditor: omnium sęculorum illustrator & insignitor: omnium errorum explosor. & morum emẽdator: qui regnis & prouinciis genios præstites & consiliatores eorũq; rectoribus prouide statuisti. quiq; principum mentes freno tuæ prouidentiæ regens: flexanimo sæpe numine a studio rerum noxiarum & exitiabilium: ad honestissimum quodq; propositum saluberrimũq; detorques: erit ne seculo nostro tempus quando homines suo magis ac proprio censu & dotibus a te profectis: q̃ fortuita possessione rerum fluxaq; publice cẽsebuntur? neq; enim ante id tempus futurum videtur vt solidæ germanæq; virtutes in Francia elucescant: quando antehac raras prodeunteis in publicum videre nobis licuit: etiam si in vmbraculis secessus & priuatæ vitæ latuisse credimus. vnde factum hisce annis vt per omneis ordines illa quæ dicuntur Catorthomata apud nos requirerentur: id est pręclara quędam virtutis exempla: omnibus numeris officii publici absoluta: quasiq; officia in administranda rep. ad amussim virtutis directa & emendata. Nam cum in paucis familiis seminarium beatorũ haberemus & copiosorum: quid mirum est si inuisa publice virtus: & ab iis e proscenio exacta qui choragiũ nostrum in potestate tenuerunt: post scenam latere voluit: aut in cuneos se stipare promiscue sessitãtium? quando nec ei stare in medio licebat per temporum iniquitatem: nec in ordinibus sedere promptum erat per sordes omnia nundinantium. Falso igitur literarum studiosos nonnulli criminantur vt vmbratili vita marcentes: & rebus gerendis honoribusq; inutiles. Nam qui in solem prodire & aulam interuisere sine contemptu sui literarũq; suggillatione nequibant: non inuiti faciebãt fortasse vt in exhedras & porticus: & in omnia virtutis & philologiæ diuersoria se conferrent: quasi in præsidia quædam philosophiæ amœnissima. Neq; enim tum innocenter actuosum esse: nec gratuito licebat in publicum prodire vt quidem erat hominum opinio. At vero iidem ipsi si mox fortasse edictum principis exierit (paulisper enim ariolari iuuat) vt homines iam non prædiis: non supellectili: non aliis pignoribus obnoxiis fortunæ: sed cultu atq; ornamento ingenii: & mundo (vt ita dicam) non muliebri: sed virili censeantur: in quibus nihil licet fortunæ pignerari: iidẽ inquam ipsi

Geryones tergeminus.

Exclamatio cõtra iniquitatẽ tpum.

Cartorthomata.

caput illico proferent non abiectum: non abditum: non demissum. sed aduersus fortunę & temporum iniquitatem vt cõditum sic erectum: quod nonnulli opinione falsa ducti gaudere nunc putant blattarum contubernio. & qui tum non nescii eorum improbitatis qui fatorum vim modũq; in Francia temperabant: boni tamen consulebant studio se literarum auocamento reip. amœnissimo distineri: ii si aditus publicos patere virtuti senserint ĩ posterũ: ad professionem sui nõ inter proletarios: sed iter mẽte cordeq; censos cõtinuo coibunt: oiq; instrumento vitæ ciuilis per virtutẽ agendæ. tũq; illi classici fortasse ludibrio habebuntur: qui nullum testem locupletem aut fide dignum esse credunt: qui non idem copiosus sit & opibus circunfluens. Neq; vero philosophia lucifuga est: neq; iners: neq; ocii gaudens veterno: neq; desidiose sellularia vt multi criminantur: neq; non ipsa rebus gerendis vacare potest: & forensia induere prætextataq; videri: cum tempus ita tulit: & decus eam ad id prouocat. sed dissimulationem: sed fœdam assentationem: sed desultorias amicitias: anniuersariasq; morum mutationes auersatur: nec sub comico vultu tragicas simultates occulit: quibus rebus nostro tempore in aula maxime quęsita est auctoritas & retenta. Quẽadmodum autem Socrates olim philosophiam e cœlo in vrbes deuocauit: & coegit de rebus ad ciuilitatem pertinẽtibus disputare: sic philosophos quosdam rebus gerendis idoneos: in forum ingredi aliquando & in publicum prodire decet: industriãq; suam approbare in rep. egregie ac strænue administrãda. Qz si interdum studiosi homines in celebritatem vel ciuilem vel aulicam non prodeũt: non ob id delitescunt. sed velut ex conspicilio secessus iactationes & æstus ambitionis obseruant: & in eos homines perspicaci æstimatione inquirunt quos fortuna famaq; omnium oculis auribusq; exposuit. Quis enim eo tempore libens in rerum actu versaretur: cum quidam ob redundanteis opes nec innocenter quęsitas nec sine publica calamitate: beati & primarii homines atq; etiam summę sortis haberentur: qui si nunc ad calculum seuere reuocarentur: talentum vnum auri puri probi sui (vt fuit olim in sermone) demonstrare nequirent? quum viri ingeniosi & cultu doctrinæ elegãtis politi: aut quacunq; eximia facultate commendabiles: a comitiis aulicis explosi: & tanq̃ sexagenarii de ponte deiecti dicerentur? quum fœcunda virorum bonorum doctrina fugeretur: totoq; orbe accerseretur quod priuatim fructuosum: in vniuersum luctuosum esse ab omnibus cernebatur? quum re nulla magis homines crescere q̃ cothurnatis facinoribus cœpissent: non legum constitutionũq; conniuentia quas multas & pręclaras habemus: sed præpotentiũ hominũ coitione: qui oia p̃sidia reip. cõstituẽdę occupauerant? quum in sinus priuatos & exiguos amplissima respublica clarissimaq; cessisset: quæ in capite grandi quidem ipso sed infirmo sedere non poterat? quum inopes repente facti diuites: mutationem fortunę fastu & improbitate sermonis profiterentur? quum ii fere soli opima decora a principe ferrent: quos nobis malorum omnium sementem fecisse nobilitas non obscure ferebat: & populus obmurmurabat? quum summę cupiditatis & licentiæ omni lege pudoreq; solutæ virus lenta contagione manans: omneis pene bonos mores & honestos paulatim imbuisset?

denicq cum in ea quæ a cura rerum humanarum diuinarũcq curia (vt opi
nor) appellata est: ita sibi quisq gentibusq curaret: vt maximus quisq cu
rio maxima incuria maiestatis publicæ ac diuinæ teneri crederetur: iicq
maxime negocia reipublicæ populo facesserent: quos caput & fortunas
opponere pro populo decebat: & vitæ etiã discrimine intercedere neqd
grauius aut turpius in remp. decerneretur? Hæc enim omnia cũ nostra
ætas & meminit & vidit: tum vero alias plerũcq imperii nostri felicitati in
commoda fuerunt. Cumulus autem indignitatis fuit quum iam eo ven-
tum esset vt nauclerus tantę nauis fatali ignauia nec in prora nec in pup
pi sederet: ac ne impendente quidem tempestate nautarum officia vices
q recognosceret. nec qui ad clauum sedebant rerum communium iactu-
ram ad se pertinere magnopere arbitrarentur: docti iam olim ex naufra
gio fragmentum arripe. certũcq etiam nauclero ipsi esset extremam po-
tius perniciem experiri: q̃ nouo supplemento proram puppimq propé-
modum iam inanes explere. quum charitate frigente: hiante maxime
auaritia: ardente inuidia & simultate: languente pietate: exolescente sce
ptrorum maiestate: iam nec superi nec mortales extrema deformitatis ex
empla ferre possent. Hæc & huiuscemodi alia ideo frequẽti? in hoc ope
re meminisse mihi subiit: q homines ipse queribundos identidem me-
mineram eas res ætate nostra Franciæ contigisse quæ gentem bello pa
ceq clarissimam in orbem degenerum socordiũcq populorum coegisse vi
debãtur. Atqui maior esse nulla potuit indignitas: q̃ summa nobilitate &
doctrina a gubernaculis inclytæ gentis deiectis: quasi flosculis coronę re
giæ decussis: homines haud clara sorte natalium ortos: summa infima &
media in potestate habere: qui nec ius nec fas nec æquum bonũcq nossent
nec bonis æquisq omnino bene cuperent: triacq tantum illa verba fari pos
sent: do dico addico. quum regni opulentissimi bona quibus collibitum es
set ita dilargirentur: vt sibi necessitudinibusq suis bellissimũ quodq reci
perent: & reliqua præcerperent. Vnde factum videmus vt in gurgustiis
quidã nati educatiq: domos & stirpes architectati sint grandiorum pena
tium æmulas: quæ triduo excitatæ: & publico dispendio expolitæ: haud
scio an mox collapsuræ sint: si summus tandem Iuppiter in membranas
suas respexerit vt est in gręcorum prouerbio: id est merita cuiusq ex actis
diuinitatis & commẽtariis supernis recognouerit. nuper aũt quũ res no-
strę in eo fere statu essent: proh supma prudentia: quodnã nobis documẽ
tum tuæ potentiæ dedisti? Nam quum hæc postrema simul scriberentur
a nobis: simul liber sub prælis impressorum supra dimidiam partem exa
ctus esset: ecce calendis Ianuariis sublato rege Ludouico (cuius vtinã cũ
manibus deus gratiose & clemẽter egerit) tanta vno die mutatio rerũ fa-
cta: vt qui prius digito cœlum attingere posse sperabant: protinus humi
serpere demisso animo viderẽtur: nec funebribus lachrymis (vt assolet)
sed veris & intus obortis lugere. vsqadeo occasus ille multis salubris (vt
nunc spes est vniuersorum) paucis esse maleficus & noxius visus est. si-
deratos esse diceres qui ante triduum omnia ad se cũ fortuna trahebãt.
In vniuersum autẽ is erat habitus animorum & vultuũ: vt diuturnas sor-
des reip. excussas esse crederes [illegible] luctu hilaria sane festiua celebrare vi-

deremur. Secutus est vnus & alter dies per munificentiã & benignitatẽ
transacti iandiu desuetas: quum rex nouus idem primusq Franciscus: sed Frãciscus rex.
regere iandiu eruditus ac populo charissimus: tyrocinium regni faciens:
ingenii sui specimẽ ordinibus præberet salutatũ coeuntibus. In quo sce-
ptrorum auspicatu quum intentissime obseruarem: verba multa audiui
feliciter ominosa: signaq adnotaui: quæ si ratum nobis auspicium non fa-
ciant ad id quod publica vice optamus & speramus: non video quid post
hac mentes humanæ augurari debeant: aut quando nobiscum prouiden
tia in gratiam reditura sit. Certe in funere tripudium solistimum fuit: &
festa frons reipublicæ. nam & ante triduum fulmẽ læuum per totam pro-
pe Frãciam extiterat: quod ante nemo meminerat eo tempore ne in vno
quidem loco accidisse: omninoq ea tunc hominum constans erat opinio:
hactenus expiata nostra eẽ peccata: francicq regni maiestatẽ suo genio
restitutam. Post id prodigiũ vna & altera nox interesserat: venit ad me ho
mo mihi & affinitate coniunctus: & amicitia summa deuinctus Frãciscus Frãciscus
Deloinus: regius consiliator in prima decuria curiæ centenariæ: inter pri deloinus.
mos iurisconsultorum his & literis & studiis maxime & fauens & incum-
bens. Is quum me in hoc opere valde intentum offendisset: cuius finem
vrgebam ne impressores festini mihi anteuerterent: institit mecum hac
de re contendere: non tam q a me ea de re dissentiret vt postea intellexi:
q̃ vt mecum disserendo ab nimia me auocaret scribendi contentione. in
caluerat enim mihi animus præsentium tunc rerum indignitate meditã
da. tum velut proludens: quum pone stans vidisset quæ scribebam: O he
(inquit) odiose facis & refractarie: qui tempori & fortunæ animum ac-
cõmodare nõ labores. Quid enim tantopere studium hoc sapientię aut li
beralis omnino doctrinæ exosculare: quod frigere nũc i aula q̃reris igno
rantiæ parente? Inania enim nunc nomina videmus doctrinæ & virtutis
algere: & studia literarũ dãnosa sui sequacibus esse. Quid mirũ (inquã)
quum & ea quæ de superis inferisq tradũtur: quæcq tot sacris monumen
tis: tot oraculis: tot sanctorum animarum elogiis contestata sunt: vix ter-
tius quisq istorum non argumenta tantum theatrica esse putet: siquidẽ
hominum mentes ex habitu gestucq seriosio: non ex sermone tantum spe-
cioso æstimentur. tantum abest vt huius temporis aula doctrinæ & virtu
tis amore teneatur. Tum ille: quin igitur vtilitati consulis? eorumcq exem
plis admoneris: qui magno ętatis oleicq dispendio ingenium atq animum
literarum studio excolendum censuerunt? præsertim quum tu ipse clami-
tes stare gallica ingenia in hac scena nõ posse nisi alios hellanodicas (sic Hellano
enim vt arbitror appellatis ingeniorum iudices) Frãcia nostra nacta sit. dicas
An tu aliter censes inquam: qui scias quosdam rerum arbitros nostratiũ
hominum ingenia laudare non solere nisi more fascinantium? a quibus cũ
beneficii loco peteretur vt linguis tantũ fauerẽt: vt quondam solebat in
sacris Harpocrates: non satis habuerunt quos meritos non nescirent: te
stimonio suo fraudasse: nisi etiam eos premerent apertissime. Quãdo igi
tur (inquit) inanis studiorum messis hactenus fere decoxit in Francia: &
nunc maxime ingeniorum flos esse tibi frugiperdus videtur: quin aliud
interim consilium capis e re nata? & a studiorum cultu ad colendos mo-

res huic ætati placenteis contẽtionem istam animi cum omni instrumẽto
atq; ornamento eius transfers? Sane vero inquã quasi liberũ sit & integrũ
animo Mineruæ auctorato iam quinq; & viginti stipendiis: abrupto nũc
mentis impetu ad Iunonis transire præsidia: & posita doctrinæ & philolo
gorum candida: in cãdida protinus ambitus & petitorum videri. hoc est
decori & honestatis rationem habere? etiam si eo cultu permultos omni
arte ac facultate liberali defectos: ad horrea vsq; summa videmus copio-
sos esse factos. Quid ni est? Inquit ille. sero Phryges sapiũt: Omnis Ari-
stippũ decuit status & color & res. Valeãt inquã ista inter eos qui ad rem
faciẽdã attẽtiores esse solent. ego Aristippeos istos versicolores nõ pro-
bo: quotus enim quisq; honestatis & constãtiæ studiosorum faceret: vt in
quibus partibus consectandis militareis annos & venientem vitæ partẽ
contriuisset: earum postea partium causam hominũ aut temporũ iniqui-
tate damnaret? quid si igitur in his statiuis diuinũ numen versari libẽtius
atq; præsentius existimaret: num etiã tum ille cũ fortuna in diuersa trãs-
iret? At enim fors fortuna humanarum rerum arbitra: maiora illic supple
menta & vberiores commeatus suggerit. & suggerat sane: num ideo tu
Autolyci & Aristides. malis aut quiuis bonorum & grauiũ: inter Autolycos illos centuriari qui
comitum turba clientũq; lautorum stipatu nos summouent: q̃ inter desti
tutos Aristides censeri qui composita & insonti fortuna acquiescunt? Eq
Aristippei. dem qđ ad me attinet: nec Aristippeum placitum versatilis philosophiæ
probo: vt alium atq; alium vtilitatis causa subinde me faciam: nisi si salua
tueri id modestia possim & constantia: qđ quemadmodũ fieri possit non
video. nec Pythagoricam illam metempsycosin agnosco: vt repẽte alium
me q̃ literarum amantem esse velim: aut nũc anthropolatres esse possim:
qui prius phileleutherus fuerim. Nec enim Vertũno tam benigno natus
sum: vt ab hoc vitæ istituto qđ certa ratione ac meditata pbaui: ad aliud
ab eo diuersissimũ transeam. nec mihi si maxime cupiam: liberum esse si-
nent ii qui sciunt summis illis Aristippeis Democritum Gelasinũ me sem
per esse voluisse. Sed vide (inquit) vt ita rationem istam tuã subducas
retinẽdi literarum amoris: ne ad manticam (qđ aiunt) res tibi reditura
sit. Ad manticam autem? An putas prouidentiam tantum de philosophia
permisisse fortunæ: quã vitæ instituẽdæ atq; degendæ magistram nobis
dedit: vt ad inopiam subsidiorum vitæ redigere eã possit? Nihil agis mi
Francisce: etiam si magna tua apud omneis auctoritas: apud me maxima
semper fuit. Neq; enim qđ tibi in cõsiliis grauissimi viri iidẽq; doctissimi
factitant: vt in tuam sępe sententiã transeant: doctrinæ id eximię & existi
mationi tribuentes: id ego nunc imitabor in hac cõtrouersia: quę in meo
magis foro q̃ in tuo disceptatur. Iamprimũ nõ semper iisdẽ pręcẽtoribus
hortamẽta canẽtur in Francia: vt omnẽ spem in posterũ vectores abiicere
debeant: aut iacturam studiosi facere exanclati iam laboris. adest tẽpus
fortasse qđ multi non prouident: quũ in studia literarũ incubuisse laudis
Aeoli in aula. summę loco ponetur. quare & si aura fauoris istorũ Aeolorum nos pror-
sus destituit: non continuo est cur vela processus huius literarii reflaccef
cere sinamus: quæ Fauonio ipsa spei bonæ in portũ quẽdã certũ & hospi-
talem consilii fixi ac meditati feruntur. deinde (id qđ rei caput est) cum

omneis opes nostras omneis spes et copias nõ in ędẽ Saturni sed in arcẽ
Mineruę congessisse nos sciam9: quid est quãobrẽ magnopere angamur
ne in dispendiũ tandẽ loculariũ studiorũ cursus exeat? mirũ vero qn in cõ
pẽdiũ. Atq ergo pclarũ esse puto ne strigmẽta qdẽ clarissimi certaminis
seruare voluisse: ne dũ oleũ & operã nos doleã in eo pdidisse: tantũ abest
vt locularia ista cõmoda respiciã. & ẽ diuina benignitate vnde studiosam
ætatẽ tolerare possimus: nõ mõ ex horto sed etiã e macello. sed fac esse im
probiorẽ fortunã: qđ tũ? subsidiũ rei familiaris a parsimonia non sordida
aut pudẽda: sed honesta & liberali petemus. Hoc. n. pstabilius eẽ putam9
q̃ vt fortunatorũ fastui philosophię nũc alumni lenocinari sustineant. Eq-
dem ex literarum studio didici philosophiam suffugiũ esse tutissimũ atq;
amœnissimũ inter optimam conscientiam destitutis & iniquissimam for
tunam. Habet enim habet inquã illa tolerantiã ęquanimitate cõditã pro
Anodyno calamitatum. Hic amor: hęc amœna nobis mãsio: hoc studium
iucundissimũ. q̃ prudenter a nobis susceptum nunc non disputo: quando
istis lucripetis approbare nequeo: constanter quidem certe & obnixe re
tentum. mirum vero (vt nunc ex ęquo tecum procul ab arbitris & fami-
liariter agam) nisi tu aliquo ambitionis illicio captus es: qui hoc mihi cõ
silium serum & indecorũ afferas. q̃q̃ aliud fert fortasse vitę tuæ ratio: quę
in celebritate summorũ virorum versans: & ostentationi necessario sub-
seruiens: libera prorsus esse ambitione non potest. ad quã alioquin quoq;
procliuum esse te animaduertisse videor: natura magis q̃ iudicio. quare
mea quidẽ causa licet de hoc negocio conquiescas. facilior autem de hac
re ratio est cũ iis qui doctrinã & literarũ peritiam quęstui passim haben-
dam esse censent. nam ego a studio philosophiæ honorariũ esse petendũ:
non operępretiũ duco: si tamen ipsa per se nõ satis putatur esse. Est enim
est huiuscemodi philosophia multa vt in ea desiderentur: sed pauca flagi Philosophia.
tẽtur. In quo vitæ instituto minimo iure fortunę bona nostra possidem9:
& decessionis diem cessisse e prouincia a deo nobis iniũcta nũq̃ nõ existi-
mamus: æquitas aũt animi & mens paucis contẽta: reliquiq; affectus ani
mi comites philosophię: in quo alio vitæ genere ęque inueniũtur? super
omnia est obfirmata semper ratio aduersus supremã necessitatẽ: animiq;
pręsentia excubans ad obeundũ ęquanimiter vadimoniũ mortis. Philoso
phiã semper vocamus nõ vanã: nõ tumidã: non disputationibus rerũ na
turaliũ elatam cõmentatricẽ. sed sapiẽtię illũ amorẽ quẽ gręci Vranosco-
pum dicũt: quasi in cœlũ semper arrectũ. Earũ rerũ indagatorem quæ nõ Vranoscopus amor sapiẽtię.
persuasione gentiũ a maioribus tradita: nõ cõmentis & speculaminibus
humanarũ mentiũ cõstãt: sed quę elogiis diuinis: & oraculis testata sunt
humanũ captũ excedẽtibus. Vt aũt qui peregre proficiscũtur: quũ ad vr
bes aliquas sermone hominũ celebratas venerũt: eos quos appellãt Xena
gogos adhibent: qui eos ad loca vrbiũ earũ memorabilia deducant: resq; Xenagogi.
visendas cuiusq; loci demõstrent: quo modo hodie Venetiis vrbe inclyta
factitari videmus: (quotus. n. quisq; id nõ facit eorũ peregrinotũ qui cõ-
gnitionis cupidi succisiuas horas reb9 agẽdis detrahũt?) sic homines in
hac vita peregrinãteis studio literarũ vti decet quasi quodã Xenagogo:
si iis ipsi natalibus orti sint: aut alias idonei sint qui eas res visant quę cõ-

gnitu q̃ maxime dignę existimãtur. q̃q̃ huiusmodi institutio quã antiqui lib rale ideo appellauerũt q̃ & ciues ciuiliores: & homines humaniores facit: ad vitã istã valet quasi peregre transigendam hilarius & cõmodius: philosophia autẽ illa sublimipeta (quã ob id docti & pii viri Vranophronen vocauerũt:) non modo Xenagogos: sed etiam eo amplius Psychagogos Christianis esse solet. eius em studiũ animas a cogitatiõe rerũ senilium cõcretarũq̃ abductas: ad sublimiũ & cœlestiũ rerũ speculationem subuehit: & mirificis eius studii illectamentis eo tãdem perducit quo animæ suapte natura & conditione vergunt. Hoc vnũ studiũ soli deo se probat, nec vt alia studia literarũ populo se venditat. Agedum cõpone nunc cum hac tranquillitate vitæ aulicam turbulentiã: istorũq̃ beatorũ obnoxiam obseruãtiã ad quã tu me hortaris: & aude q̃uis argutus & disertus vltra vnũ verbum addere. Iamprimũ (qñquidẽ tu mihi (vt dicit) bilẽ cõcalefecisti) in illa conuenarũ ciuitate vel apolidum potius qui sine lare: sine sedibus viuũt: quonam tandẽ pacto recte vita institui potest? nisi vero cõponi rite penates possunt: & vitæ ratio recte atq̃ ordine in eo loco cõstitui: vbi colluuies ambitionis: cupiditatis: simulationis: imposturę: curiositatis delatoriæ: fraudis veteratoriæ: inuidiæ fascinatoriæ: superbię titanicę: fastus deniq̃ & impotentissimę insolentię diuersorium habet & cõmune conuenticulum. vbi nũq̃ supremis curis locus est: nunq̃ rebus vltimis consulere vacat & in æternũ prospicere. visendus vero conuentus: in quo strophárum opifices: noxiarum rerum spintrię: nec dicendi censendiq̃ artifices: nec iusti iniustiq̃ prudentes: primas sæpe & secundas partes ferunt. Hic est enim aulicarum rerum status: aut certe fuit memoria nostra vt est opinio constans inter prudentiores. Ecquis est autem honestatis amans & compositę vitæ: qui nõ modo sine molestia sed etiam sine rubore possit in eo comitatu videri in quo omniũ sententiis itur in potentiorum laudem dignorum iuxta indignorũq̃? in quo rumorum ancupes: criminũ consarcinatores: aurę temerarię captatores: assentãdi artifices: blanditiarum magis q̃ eloquentiæ gnari: in omnẽ obsequẽdi necessitatẽ sese industriãq̃ suam potentiæ venditantes: officiosi & comes atq̃ etiam elegantes dicuntur? veritatis autẽ tenaces: curam honestatis antiquissimam habẽtes: liberalioris institutionis retinẽtes: & pudori imprimis cõsulendum esse atq̃ existimationi ducentes: aut rustici aut tardi aut socordes iudicantur? Quis enim aut edictorũ cœlestium prudens: aut interdictorũ metuẽs non prorsus ineptire inter aulicos semper visus est: aut etiã delerare? quare in eo licentiæ & erroris gurgite demersi: nec in cœlũ post ea suspiciunt: nec vnq̃ inde ita existunt vt emersisse videantur. id quod clarissimis quotidie exemplis innotescit. Prorsus quidem (inquit ille) si ita in ambitum & fastum sese ingurgitarint: vt regressus ad vitam ciuilem liber non sit: aut sui obliti sint. cuiusmodi nonnullos helluones honoris & pecuniæ nouimus: quorum hians cupiditas quærendo intenditur. at vero liberaliter homines instituti & literarum studio perpoliti: certos cuiusq̃ rei numeros esse sciunt: intra quos tantum moueri modestia dictante didicerunt. tibi vero eo facilius ansam cupiditatis & ambitionis porrigo: Qz te in re nulla immodicum animaduerti præterq̃ in literarum studio: a quo nec rei vnq̃ familiaris iactura reuocari: nec valitudinis incommodę tedio potuisti. Vidi enim te annis plus septem ita infirma valitudine: vt velut dioscuri alternis viuus mortuusq̃ viderere. Itaq̃ libentius te in eum (vt ita dicam) campum immitto: in quo te longius latiusq̃ non expatiaturum puto. Quid si igitur (inquam) moderationis frenos momorderim: atq̃ inter indomitos illos hominum affectus: philosophiæ iugum excusserim: num tu præsto eris auriga cum voles qui mihi moderere? sed fac me tecum sentire: & in hac re quoq̃ auctore te vt in plærisq̃ aliis vti velle: qui fieri posse putas: vt qui moribus municipalibus non modo imbutus est: sed etiam in iis ita callum obduxit: vt omnino reformari non possit: & vt in prouerbio est nostro: qui iam maduit & contractus est: is ad aulicos ritus afformare aut certe affingere sese possit? Hoc enim perinde esse puto atq̃ si me natura verecundum: iubeas exuto statim pudore frontem acriter perfricare ad summam vsq̃ impudentiam. quod quemadmodum tueri possis: ipse certe non video: præsertim qui me a teneris (quod aiũt) vnguiculis noueris. Verum esto: frontem quoquo modo perfricare potero: etiam ne sermonem ita affingere vt fronti iam duriori sermo interpollis subseruiat? Hæc aliis q̃ prona sint nescio: mihi certe habitus illos gestusq̃ & flexus corporis sermonisq̃ non tenenti: nec alioquin etiam gnaro figuratæ istius & aulicæ vrbanitatis: si quando inter illos Logodædalos loquor & flexiloquos: identidem solœcismum admittere contingit: etiam si lepidus esse aut disertus loquitando mediter. non enim numeros assequi possum aulicæ istius elegantiæ: quæ suam quandam palæstram habet anniuersaria mutatione & propemodum menstrua interpolabilem: sine cuius peritia moueri aut proloqui nemo non inconcinne potest. Iam vero vestem illam ancipitem aulico homini penula magis necessariam: an tu habilem esse censes philosophiæ alumnis? quid cothurnis illis aulicis quemadmodum pares esse possumus? Theramenes illos intelligi volo qui ita temperare officia: ita iura amicitiæ interpretari nouerunt: vt inter simultates exercenteis vtrinq̃ gratiam summam ineant: quum neutris plenum officium exhibeant. Hæc & alia permulta eius institutionis documenta quum nec tenere satis possim: ingenii fortasse refractarioli vicio: nec in ore sedeant Romanæ affecto facundiæ: per me licet alii natura sciti & elegantes: illustreis se & beatos faciant in vita tenebricosa. me vero lubentem curia illa nunq̃ tenebit: quum etiam si maxime cupiam ne longo quidem vsu suũ facere possit. Quin & vt imperare mihi possim istos fortis fortunæ conciliatores colere & eorum fastidia perpeti: (neq̃ enim aut turpe esse credo eos homines obseruare quibus apud principẽ gratia flagrare contigit: si non eosdẽ ad populũ & ordines infamia flagrare videamus: nec ita me hebeti ingenio esse puto vt non id efficiam si velim qd̃ omnibus obuiũ est & pronũ) vt igitur istos beatores hominũ liberali quadam obseruantia prosequi possim: non tamẽ eorũ riualis esse velim: vt eã quoq̃ vitã adamẽ quã ipsi consertis manibus amplexantur. si quidẽ vt est hodie aulicarũ rerũ status & facies: vix tertius quisq̃ hominũ rationem habere futuræ vitæ & æternę videtur: Vsq̃adeo Vęsanus illę

Philosophia Psychagogos.

Apolides

Therames aulici qui & cothurni dicũtur.

amor honorum & diuitiarum excordes homines reddit. Prorsus certe (inquit ille) si quidem est nimius. tibi enim hac de re assentior: vt memi nisti sæpe me tecum disputare solitum. etenim cum in corde hominis religioni nostræ initiati persidere amor rerum diuinarum debeat: atq; etiã deus ipse humanæ animæ sponsus: quasi in thalamo sic in corde cum pacta sibi anima acquiescere: (hoc enim poscit Christiani hominis sacramẽtum in prima lustratione susceptum) is certe cor habere nõ videtur: qui mentem ad captum rerum cœlestium natam ac dei consortium: ad commoda fortunæ & externa ita transfert: vt nunq; apud deum: ac ne apud hominem quidem ipsum homo esse videatur: id est sua negocia & propria æternaq; curare: sed alias semper res agere vt est in prouerbio. et enim scelerati illi spiritus: Orci emissarii: earum sæpe rerum sequestres atq; interuentores quæ in aula transiguntur: ambitionis & cupiditatis affectibus velut vncinis cardiulcis corda hominũ etiam doctissimorum e se de sua euellunt: vt exemplis luculentis post memoriam tuam meamq; cognitum est. adiiciunt enim subdoli instinctores suauitatem quærendi aut voluptatem honores assequendi: cum quibus velut catapotiis quæ anodyna medici vocant: Hamus ille cardiulcus id est eximendo cordi aptus: nullo sensu voratur. At vero philosophia vitæ instituendæ magistra cordatos homines reddit: humani etiam alioquin animi excitatrix ad virtutem capessendam. Istos autem aulicæ disciplinæ alumnos: hamo iam vorato & pernicie intus grassante videmus futuri æui securos malis suis indormire somnũ Epimenidis. nec anteq; vadante in crastinũ viatore mortis: quicq; summæ & vltimæ curæ animo agitare. tunc trepidos videas vel verius stupidos dissecta vasa sua colligenteis. & vt sero fortasse quoquo modo resipiscenteis: sic nondum Adrastiæ legis formulam intelligenteis qua causam ipsi ad summũ tribunal dicturi sunt. Philosophia vero e contemplationis specula aduentantem mortem prouidens: cuius diem cessisse homini iam inde ab auspicatu viuendi spirandiq; intelligit: vix vnq; opprimi morte nec opinata potest. compositos enim penates suos seruãs: in procinctu semper excubat: quasi nunq; non imminẽte tumultu quod in horam incertam prædixit imperator: qui pro vigiliarum tessera Herculis ærumnas militibus suis dedit. Ipse enim Christus verus fuit Hercules qui per vitam ærumnosam omnia monstra superauit. Hæc & alia huiuscemodi philosophiæ dictata mihi excidisse putas: qui me inescatum illiciis Aulicorum cauillaris? Cuius rei suspicionem ita a me abesse velim: vt tamen hanc esse sententiam meam intelligas: aulicam vitam sapienti non statim vt sphingem quandam exitialiter ambagiosam: præsumpta in vniuersum atq; in omne tempus opinione fugiendam esse aut auersandam. sed eam instituendæ vitæ rationem vel ætate hominis: vel sorte oblata: vel necessitate temporis temperari vel commoditate debere. Atq; vt obsignatis literis tecum agam: tu modo philosophiam nec inertem ad res gerendas esse dicebas: nec solifugam. nunc pedem efferre extra pomœria vetas: & propemodum extra limen ædium priuatarum: videlicet quasi ad solem & puluerem caligaturam: aut quasi conuenarum illũ sermonem aspectũq; non laturam. Vide igitur vt constanter hæc tibi & cõ

Excordes quidã homines.

Anodyna catapotia quę sensum doloris auferũt.

Christus verꝰ fuit hercules.

gruenter dixeris. mihi quidem multa ferre videtur ciuilis & humanioris institutionis ratio. multa temporum conditio: multa ingenium cuiusq; & captus: & naturæ aptitudo ad hoc & illud genus vitæ versatilis quum res hoc familiaris postulauerit. quæ omnia obseruare debent literarum studiosi: ne studium ignauum animi tantum & voluptatis instituisse causa: non etiam ad subsidium vitæ accommodasse videantur. Hoc quũ Cato: cum Brutus ille Ciceroni probatus: cum Seneca: cum alii permulti literarum eruditione præditi factitarunt: vt a studiorum secessu ad celebritatem rerum administrandarum transirent: tum etiam publicarũ hodie rerum interest magnopere. quin & ad priuatarum imaginũ claritatem: & nominis cuiusq; gentilitii illustrationem suapte vi maxime valere solet: etiam si nũc friget temporum iniquitate: vt tu antea questus es. Proinde vt Crassus orator ille nobilitatus elogiis Ciceronis: in eiusdem auctoris dialogis inquit: se quũ honores antiquo more prehensandi singulorũ peteret: (sic enim tum ferebat ambiendi ratio) solitũ esse a se Sceuolam socerum suũ iurisconsultũ grauissimũ dimittere: cũ eiita diceret se aliquãtisper esse velle ineptum: sic si olim aut propediem tempus existat quum viri doctrina eleganti perpoliti: inter aulicos agere honeste ac commode possint: cur non etiam libentes faciant vt quod moribus ciuilibus conuenit: pace philosophiæ ad aliquot annos verecunde suscipiant: & ad aliud institutum vitæ non migrent sed commeent? id quod si fieri bona philosophiæ venia nequit: quid causæ est quin literarum studiosi vt caudices marcidi tantum in tenebris fulgeant? Enimuero vt philosophiæ studiosi circũferre philosophiam mansionati nequeunt: sic a literarum amore quasi quodam Lysania comite nunq; derelinquũtur: qui molestias omneis insuetæ vitæ discutit. Peractis autem stipendiis honestæ ambitionis quę nullo ipsa certo numero prefiniũtur: sed alia quadam ratione modum suum sortiũtur: tum demum philosophia receptui canens: iterum sibi reddit homines quasiq; natalibus restituit: quos ambitio ciuilis aut cupiditas non improbata in claris ingeniis: liberę seruituti ac temporarię mancipauerant. Qz si refractaria illa philosophia gaudentes studiosi inexpiabili odio diffidere cum vita ciuili aulicaq; perseuerarint: quid aliud q̃ in mantica Cratetis (vt aiunt) extremum fati vadimonium expectare dicentur? Hęc est mea de tota hac disputatione sententia: quam tu fusius (vt opinor) atq; eloquentius dixisses. ego censentis more & deliberantis: vt in curia summa solemus: non exornãtis more dixi. Qua si vero (inquam) tu leuiter hanc artem dicendi attigeris: in qua tibi iam par esse non possum. vt nisi te studium istud iuris teneret: in quo tu matutinas horas & pomœridianas collocas: (nec immerito: fere enim primarii viri eo studio inclaruerunt) scribendi nobis occasionẽ facile præreptus fueris. vnus tu vero a regno hoc condito inuentus es: qui modũ in ea re tenere possis quæ modũ nullũ nouit: vt annos & dies præstituas stipendiis cupiditatis æra in comitatu princpali merentis. & rursus cũ emeritã quoquo mõ senseris: vt causarię aut veteranę missionẽ a rõne imperatrice postules. Quis aũt post hoim memoriã missionẽ ante ab aula postulauit: q̃ vno aut altero stipẽdio ære dirutus fuit? quasi vero ratio ambitionẽ

Philosophia loco & tpe ad res gerẽdas ꝓdire ex vmbraculis debet.

Lysanias comes tristitię discussor.

In mantica Cratetis philosophari.

Cõtra aulicos q rationẽ & honestatem receptui canẽtẽ non audiunt.

& cupiditatem exauctorare possit: quas liberum arbitrium sacramento ita obstrinxit: vt non milites sed deuotæ potius dici debeant. Cedo nunc vnum igitur quem velin præcipiti canicie missionem impetrasse fateamur: nam multos numeris expunctos nouimus: qui nunc falso inter causarios & voluntarios profitentur: periti autem rerum nouerunt plane exauctoratos esse: quibus illi fustra fucum factitare nituntur. Proinde aut tu ex sententia animi non loqueris: aut parum nosse videre naturam & pellaciam eius belluæ quam vulgus hominum curiam: perspiciores autem Androsphingem vocitãt: cuius ambages dissoluere si auli carum rerum homines consultissimi nequeunt (quotus enim quisq; (vt dixi) explicare semel ab eis se potuit?) quo modo temerarium nõ est eam rem arbitrii nostri futuram existimare? Mitto nunc q; si eius vitæ dies atros ac candidos numeres: multis partibus maiorem illorum numerũ inuenies: etiam si eos tantum spectes qui potentiæ successu obseruantiam omnium ad se trahunt: nedum si vnum e multis consideres quibus anguste & incommode tentorium habere in castris illis non statiuis necesse est: in quorum manipulis similes nostri cẽturiari solẽt. At qui (inquit) sic existimo: virum literarum vere studiosum: honestatis amantem: & dei metuentem: nunq̃ ita depræhensum: ita indagine q̃libet nexa arctaq; cinctum esse: quin liberum arbitrium a philosophia vindice hominum & assertrice commonefactum & adiutum: eas plagas (vt aiunt) ipsi summissurum sit: quibus nõnulli perdite ambitiosi circũclusos esse se fingũt: nullo interlapsu relicto. Hic etiã tu delitias facies: & fortuita hospitia angustaq; causabere: homo scilicet vitæ vagæ & peregrinæ insolens, ceu vero nesciam Italiam te & vrbem Romam non semel adiisse difficillimo tẽpore: partim animi causa, partim cum potestate: cum tu liberam legationem suscepisse dicerere visendæ Italiæ causa. & in ipso etiam aulę comitatu pridem munia obiuisse. Sed rursus q; me illicio aliquo inescatũ esse dicebas: num tandem tibi videor aut grauitatẽ magistratus mei imminuisse: aut anteactę vitę opinionem qualis est cunq; de me: cuiuis homini aut causę aduerso rumore addixisse? addidisti etiã me tibi esse visũ ad ambitionem pronũ: non tam proposito q̃ ingenio. Nã etsi ambitionẽ honestã claris fere ingeniis cognatam esse video aut agnatã: gestiẽtis tñ ambitionis culpã quã turpẽ semper esse censui: haud libenter agnoscã. & tñ iocularí hac tua repręhẽsiõe admonitus: vereor ne quid imprudẽs in ea re admiserim vt est humana cõditio: aut ex statu cõstãtię & grauitatis ita excederim: vt imminuisse maiestatẽ mei magistratus videar. Amabo te mi Budęe si quid in me tale aiaduertisti: obiurgato me strenue: & p̃ea amicitia quam iam tot annos colimus. nosti em̃ me nihil vnq̃ antiquius bonorũ & grauium existimatione habuisse duntaxat secundum cõscientiã rectã: cuius deus vnus & solus explorator est. Cũ aũt iudiciũ tuũ nũq̃ aspernatus sum: tũ vero maxime intelligo tibi me notum esse: vtpote cui in vsu familiarissimo indicare me q̃ simplicissime soleo. simul illud memini sępe te mecũ ita esse collocutum: vt nihil commodius esse posse diceres viro in magistratu constituto: aut ad magnos honores aspiranti: q̃ si amicum sibi vnũ delectum ac probatum: adhiberet castigatorem: aut certe emissarium

Androsphinx.

Locus animaduertendus.

& subauscultatorẽ: qui ad eum velut iure suo referret cuiusmodi eẽt populi de moribus eius actibusq; iudiciũ. quę actio eius motusq; cuneorum plausum frigusue: quæ aduersum rumorẽ ordinũ: quæ bonorũ & grauiũ calculum mereri videretur, sic em̃ fieri vt iure improbari non posset qui omniũ prope arbitratu sese emendauisset. Hoc autẽ cũ pauci animaduerterent: hactenus factũ esse: vt egregii sæpe viri summos statim honores adepti: ad populum (vt dicitur) & ordines offenderent: suarum scilicet ipsi inconcinnitatum ignari: quæ per ora tot hominum magno strepitu inuulgant. Q d̃ vero ad me attinet: vt ambitionis suspitiõe vindicare me non admodum laboro: sic hoc deprecari velim ne me cupiditas trãsuersum egisse: aut extra numeros p̃bitatis & honestatis extulisse videatur. nec enim mei obliuisci possum: nec personæ quam mihi quum literarum studium flagrantissimum: tum vero collegium grauissimum amplissimũ q; imposuit: in quod non pœnitẽdis (vt opinor) auspiciis ipse adoptatus sum. Sed quid ego hæc tecum nequicq̃? qui me propemodum ab incunabulis & crepundiis nouisti: & cui me iam tot annos explorandum bona fide & ad manum aspiciendum præbui? vt notiores animi mei sensus omnes ei sacerdoti esse non possint quem a confessionibus religiosis habeo: q̃ tibi Budęe mens mea pernotuit. Tum renidens: equidem (inquã) Deloine videor te non leuiter commouisse. cuius rei iudices sunt malæ istæ tuæ pleniores insolito rubore suffusæ. quod nisi vt facerem in mentẽ mihi venisset: nunq̃ isti facundiæ tuæ par esse potuissem. Etenim quis tibi hoc concedat: vt mihi te semper Sæuolam: & rursus quum voles etiam Crassum præbeas? Vt enim si quid in foro tuo possim (tuũ autem voco in quo primaria esse auctoritate te dicunt homines doctissimi) sed vt siquid ad intelligentiam enarrationẽq; iuris vestri ciuilis comminisci aliquando & afferre in medium possim: quod ex ea penu promptsserim quæ vobis iurisprudentibus vsualis esse non solet (cuiusmodi nonnulla in annotationibus nostris scripsimus in pandectas editis: & iterum fortasse scribemus, siquando vacauerit) id totum iudicio tuo tuiq; similium submitto. sic te vicissim decebat amicitiæ saltem iure doctrinę mihi fasceis in ea re summittere in qua non ætatulã quidẽ (quod vehementer doleo) sed ætatis bonam partem te stimulante contriui: etiã si vi maiore ingenii tu in eadẽ ipsa re nos supare videare. quippe ius hoc poscit amicitię vt inter differẽdum cõsulta nõnunq̃ vel infantia vel inscitia ab aico vincare: cũ si nihil de contentione remittas: possis animũ eius nõ leuiter sauciare. Itaq; q̃ñ te nihil mihi condonaturum vincere alia ratione nõ poterã: nõ inuitus feci vt acriore altercandi velitatione te e statu peruicacis facundiæ depellerẽ: q̃ copiosius ipsa mihi semper videtur verba vobis non vsitata fundere: q̃ vt e libris tantum iuris haustam esse quis credat. q̃q̃ haud lubens facio vt eam tibi facultatem concedã homini in aliis studiis occupatissimo: quam omniũ difficillime artium comparari contendere tecũ soleo. sed em̃ id pene muto q d̃ nuper de te affirmauerã. ambitiosum esse te natura dicebã: non proposito: nũc natura ab ambitione abhorrere te vel verius ab ambitu dico: non item fortasse proposito. nemo est enim omnium quos noui ingenio & doctrina præditos: qui minus te præhensare homines: aut co-

lere potentes:& omnino numeros implere efficacis ambitus aptus sit:si quidé oportet eos qui hoc scite facere volũt quo iure quaq; iniuria mori geros se spondere postulantibus:& ad festiuos vultus semper esse compo sitos:etiam si probi viri esse animo obfirmauerint. alioquin frustrari ne mo potest aut deuorare iniquitatem mortalium iniusta postulantium:in quorum odium & iurgium etiam incidas necesse est:quasiq; in campo & inter comitia offendas:si quid æqui boniq; nõ obsequiose dixeris. Ita qui ritus eius disciplinę tenere velit:hunc necesse est duplicem quam vocãt philosophiam & ancipitem nosse:vt exotericus ipse sit & esotericus:nec idem intestinus homo sit & externus. sermo tãtum speciosus & vrbanus. ac vultus blandus & festiuus inter se non discrepent. Ad hanc autem disci plinam & alias quas homines ambituros percallere opus est:cum parum te docilem semper animaduerterim:miror cur tibi in mentẽ venerit Ari stippi meminisse:quem omnis (vt inquis ipse) decuit status & color & res:quasi versatile mihi sit:& tibi cum voles futurum sit ad ista ingenium. quo modo autem tu non ineptam sententiam tueris: qui cũ nõ ignores il lic hominum iudicia atq; etiam proposita fere esse corruptissima: eis ta men suadeas in eo conuentu esse viuendum qui in simplicitate & cando re morum spes omneis suas repositas habeant? neq; etenim mihi ludibun di sunt oculi:quibus in occursu & in circulis isti venustuli gratiosi esse di dicerunt. nec lepores illos vrbanitatis aulicæ noui:quibus pro illecebris logodædali ad aucupandam famam scitę comitatis vtuntur. Quũ ille rur sus sermonem excepisset nuncius regię mortis disputationem abrupit cõ sternatione subita. Post aliquot autem dies cum eum domi offendissem ociosum (interuisere enim sæpe inuicem solebamus) continuo vt assedi mus:ecquid (inquit) Budęe aliud tibi in mentem venit de disputatione nostra? an in sententia permanes? vides enim triduo eam mutationem re rum factam vt iam alius omnino sensus publicæ mentis existat: diuersiq; mores inolituri putentur: vt fere omnia circũagit & plurima inuertit re gni noui exortus. certe vox famæ publicæ iucundissima ad aures omniũ ferme ordinum venit natali huius regni. At qui eo (inquam) pene euasi mus:vt non facundia tantum tibi huius disputationis palmam:sed etiam rerum euẽtus daturus sit. nam si festis huius principatus auspiciis rerum gerendarum progressus responderit:erit omnino cur virtus & doctrina exeant ex vmbraculis:& ferre solem non renuant. id adeo licet ex præter iti & p̃sentis temporis contentione æstimare. quum enim ante orba res publica summis magistratib9 esset:maximaq; munia partim vicariis ope ris obirentur:partim omnino non obirentur:primum nihil nec recte nec ordine (id quod necesse erat euenire) fiebat. deide velut abdicatis vel ab rogatis magistratib9 iformis ac destituta resp. iniuriis itestinis externisq; exposita & obuia iacebat. Cuius indignitatis causam nunc magnopere non inquiro. id tantum dicam quod fama circunfert in duas sentẽtias di uisa. partim hominum culpam a vertice ipso acercebant:qui bona magis voluntate:q̃ strenua & cordata solertia fuisse existimatur. partim ad acto res ipsos rerum & dispensatores copiarum summum crimẽ referebant: qui hebetes oculos domini non verentes:nec ab auribus eius metuẽtes:

quas obfirmatæ obaudientię cera obstructas esse confidebant:in libera administratione summæ rerum remissi fuisse dicuntur:& in tumultu se curi: sic enim homines tum sobrii loquebantur:aut nimiũ sese in arduis consulentes: vt prudentes dictitabant. Commune autem vtriscq; crimen illud erat:q; orbæ rerum summæ tutores suspecti postulari non poterant: cum honorarii ex diadematico genere adhibiti nulli essent:qui custodes saltem administrantium in speciem viderẽtur. ex qua rerum deformitate (vt parcissime loquar) secuta est ea Frãcici nominis suggillatio:quæ sine insigni mutatione rerum discuti non poterat. Affuit igitur precibus non publicis sed populi tutelare numẽ Francię: quum calẽdis Ianuariis Rex socer fato functus Franciscum nobis regem æquo animo reliquit:vt filiã quoq; suam reginã reliqueret. Proh superi immortales quid primũ:quid postremum exequar? Iampridem calendæ Ianuarię quid non polliceri ad instaurandam rei Frãcicæ formam ac dignitatem videntur? quo die stre næ vice aurea (vt antiquo verbo loquar) fortuna ad eum regem transi uit qui & corpore & animo implere vices summi imperatoris possit vt si quis vnq̃ maiorum. deinde nominis eius omen nonne certam spem prę monstrat illustrandæ gloriæ nostrę:cum a condito hoc imperio frãci tũc primum de suo vocabulo denominatum habere regem cœperint? Iam ve ro manus illę cinctrices summorum magistratuum:nõne militum mentes afflictas insolita ignominia:& humi propemodum serpentes ordinũ om nium animos triduo ita erexerunt:vt altiores etiam pristinis spiritus ex citarint? prorsus vt magnificum quoddam atq; amplum huius regni principium fuerit hoc maxime nomine. nullum enim auspicatius esse po terat: q̃ vt pacis belliq; artes: longo summorum magistratuum interre gno consopitæ: statim velut e somno diuturno expergiscerent. Quare Cãcellario primo quoq; tempore dicto: viro eximię doctrinę & industrię: cum in purpura summa probatæ:tum alias principi ipsi spectatę & cogni tę:quid aliud q̃ velut iiustitiũ diuturnum solutum esse visum est? Est em̃ il le magistratus inter togatos summus. cuius domus (quod Nomophyla cium dicitur verbo prisco) iuris custodia:legum ac constitutionum prę sidium:oppressorum asylum:flagitiosorũ scopulus:equitatis officina: ara supplicum:& iure summo lapsorum adminiculum esse debet. At qui (in quit ille) cũ de eo magistratu in annotationibus tuis loquerere:& origi nem eius a Minois tempore repeteres: nullis prope finibus munia eius circunscripsisti: quasi vnus ille honor ad se summam omnium rerum mu nerũq; traheret:cum principis vires propemodum impleret: prę sertim vt est hodie ratio gerendi eius honoris. nunc vt video partes eius magi stratus tanq̃ nomophylacis tantum exequeris:quasiq; antistitis cuiusdam equi & boni & viuę legis indulgentię:cuius interpretationem a benigni tate principali postulaturi:nomophylacium velut oraculum quoddã cle mentię principalis supplíciter adeunt. quẽ magistratum q̃diu desideraui mus:tandiu equi boniq; oraculũ obmutuisse creditur. quod nunc quum luculento aditu princeps patefecerit:& alias quoq; partes inaneis in rep. constituenda repleuerit: vtiq; imperiũ iuri & legibus: & dignitatem suã imperio:& regnum deniq; ipsum sibi restituisse dicetur. sed perge porro.

Franciscus cal. Ianu. rex appellat.

Cancellari9 Frãcię

Nomophylaciũ.

omnia enim hæc quę nunc dicis in causam meam vertam: quasi non tibi aqua sed mihi iam soli fluat. Quid mea refert? inquam: quum iãiam tibi herbam porrecturus sim: quod ad controuersiam quidem ipsam: non qd̃ ad me pertinet. iuuat etiam me victum a te in publica lætitia fateri. ita te superiorem fecit non tua facundia aut mea mala causa: sed euentus felicior. cuius vtinam expectatio ita nobis satisfaciat ne tibi rursum huius rei quã coniectura iudicauim9: cõtrouersiam olim ipe referre possim. Atqui (inquit) non video Budęe quid vltra causaturus sis: omnia nunc vides ex sentẽtia animi tui contigisse. Cancellarius is est factus quem tu maxime exoptabas: nõ tua magis causa q̃ omnium qui in literarum studium spes suas contulissent. is est Antonius a Prato: vir non modo literarum amore captus: sed etiam literatorum amantissimus: qui cũ doctis in vniuersum & ingeniosis fautorem se prębebit: & apud hunc nostrum Augustum alterum Mœcenatem: tum vero proprius & æternus tibi erit suffragator. vtpote qui iandiu (vt nosti) omnia tua causa cupiat. id quod & si tibi auditum compertũq; esse non dubito: ipse tamen tibi fidem facere vberiorem debeo: quicum ille pridem dudumq; familiarius sermonem his de rebus factitauit. de quo hoc tibi tantum dicam: quoniam parcus esse soleo (vt nosti) in laudibus hominum viuentiũ. Hũc (nisi fallor) habebis imitatorem & (quod maius est) æmulum Guidonis a Rupeforti: summi illius viri cuius tu memoriam (vt arbitror) illustrissimam apud posteros reddes clarissimo aliquo elogio: vt quidem te semper affici erga illius manes video siquando in sermone mentio eius incidit. Prorsus (inquam) recte opinaris: si quidem ipse aliquid possim dicẽdi facultate. neq; enim est aut fuit vnq̃ hominum quisq̃ cui secundum parentes plus me debere existimẽ: etiam si nihil est aut fuit quod ei acceptum ferre possem. vt qui eo tempore mortuus sit quo mihi absenti & propemodum inuito optime cupere cœperat. Ita fortuna cui nihil adhuc præter ocium literarium debeo: obstitit ne illius beneficia calendarium meum implerent. tu enim nosti frustra me ab eo nunciis & literis eius chirographis accersitum: cum ego valitudinem tum mihi incommodissimam excusarem: ille autem existimaret per detrectationem valitudinarium me esse. & iterũ me admonens ægre ferret ignauo me literarum studio animum maioris fortunæ despondisse. eo me maxime nomine increpitãs (o virum summa laude dignum) q̃ eam ignominię notam literis & suo tẽpori inurerẽ: quasi docti hoies neglecti tum viderent & abiecti: cum tamẽ nulla arte hoies memorabili præditi: opima interdũ decora opinione doctrinæ temeraria ferrent. Gratũ est autẽ mihi q̃ eius viri nunc memoriã refricas nunq̃ non viris bonis iucundissimã. cuius vtinam tã vere imitatorem hunc Antoniũ spoponderis: q̃ ego libenter hanc stipulationem ab eodem ipso fecerim si liceat. ad quod etiam eum suapte sponte animatum esse fama est: id quidem certe decet. In vtroq; enim eorũ ingenii ac fortunæ partes ita æquæ fuerũt: vt vtri plus debuerit ille: hic nunc debeat: vix constituere possis. ille summo magistratu honorificẽtissime delato accersitus: statim eo euasit vnde altius subuehi nõ poterat. hic nihil nõ facile & scansim assecutus est quo togæ prætextæ aspirare ius fuerit, verum ille pręstãtissimi inge-

Antonio a Prato Cancellarius.

Guido. a Rupeforti.

nii ornamentis instructus: & fortunæ adminiculis erectus: quũ fato concessisset: memoriam sui magistratus clarissimam reliquit. Hic eandẽ sortem adeptus: quid in extremo eodemq; summo vitæ actu sit gesturus: qd̃ fastigiũ laudis anteactis vitę partibus additurus: adhuc in expectatione est. quare (qd̃ est in prouerbio prisco) hic magistratuũ vertex qualis sit ipse vir ostendet. Nunc quoniã tu tantopere me vrges: causam haud dico quin doctrinæ & virtuti ex secessu prodeundum sit: & generosa ambitione documentum sui dandũ: vel in atrio regię vel in aula: si pateant eis aditus: non etiã si inter miscellaneam turbam possint quouis modo irrũpere. hoc tamẽ exigam vt doceas cæteris in partibus rempublicã ita esse constitutam: vt illis velut matronis quibusdam pudicis & honestis: tuto & citra pudoris suggillationem liceat in publicũ prodire. Scilicet (inq̃t) ab armatis istis metuis: qui nescio qua fama excitati primas & secundas suas parteis hoc rege sperant fore. Ego autem accinctos viros ita rerum potituros arbitror: si non plus armis q̃ consilio tribuant. cuius rei argumentum duco ab ipso loricatorum vertice: quem omniũ votis expetitum princeps rei summę militari pręfecit. Nẽpe ducem (inquã) Borbonianũ dicis? illum ipsum (inquit) superi boni quem virum: quantũ principem: q̃ magnũ futurũ ductorem si numini diuino (vt speramus) res francicæ cordi fuerint. Atqui inquam memini quũ auspicãdo regno princeps cancellario statim creato: hunc magistrum equitum absentem tum dixisset: vt votis hominũ & famę flagitanti satisfaceret: quanta omniũ lætitia: q̃ certa spes q̃q; magnifica expectatio per omne gen9 hominũ excitata sit. Quis enim rei summę constitutionem non speraret: qui censuram militarem magistratum desitum & pene obliteratum reuocatam videret? Deinde cuius prudentiæ fuit: q̃ rectę voluntatis: regem vt primo quoq; tempore: sic non tumultuarie: non propere eum ducem ense dictatorio sed sibi hæreditario cingere: quem claris documentis cognitum: fama iãdudum auguratrix: & prærogatiua vota omniũ ordinũ designauerant? magnum erat per se censuram armorum: quasiq; regimen restituisse morum militarium. nomen enim ipsum eius honoris multum habet reuerentiæ ad disciplinam rei militaris vtcunq; retinendam. sed maius multo fuit ei duci iniungere qui generis splendore augustus: moribus generosis insuper venerandus: belli pacisq; artibus æque pollens: in prætexta: in paludamento visendus: in consessu: in procinctu cordatus: domi & militię: in vrbe & sub signis gratiosus: Martis (vt ita dicam) & Palladis suffragia tulisse videbatur. Atq; equidem Deloine nunc in memoriã mihi venit eius temporis quod hisce annis vidimus: quũ tu rebus afflictis mœstus: tanq̃ præsciscente animo diceres: te viam vnam salutis videre: si dux Borbonianus summę rei militaris admoueretur. Nam quum auctoritas multũ & morum maiestas in ductoribus exercituũ valent: quibus hic dono quodam Palladis præditus est: tum eum omneis virtutes habere dictitabas huius regni tutelares. quas esse pietatem imprimis aiebas & religionis reuerentiam: prudentiam: continentiam: liberalitatem: magnanimitatẽ: & consulendi peritorum prudentũq; solertiam: quæ regum summa laus semper fuit. addebas seuerum simul & clementem esse: eo temperamẽto

Dux Borbonian9 magister equitũ.

Tutelares regni virtutes.

vt nunq̃ iracundus nisi in animaduertẽdis indignitatibus aut sceleribus videretur. & cum firma ac decora corporis cõstitutione natura prędituS esset: ad naturæ cõmoda accessisse educationis disciplinam dicebas sub socru fœmina cordatissima: quæ numeros omneis memoriter teneret instituendorum principum: quippe quę regis filia eadem & soror regnum olim secundo rumore administrasset. Itaq; quum eum regem habeamus: qui cum specimen sui tum alias tum in decursione militari: & simulachro splendidissimo pugnæ iustæ factitauisset: ad regnum statim assumptus est: & mox magistrum equitum gentilẽ suũ dixit: eum virum (vt vno verbo absoluam) quem fata rebus nostris alleuandis debebant: cuius si ætas maior indoli respõderit: ne Momus quidem Aesopi inueniet quod in eo reprẽdat: eadẽq; prouidentia princeps reliquas reip. parteis cõstituturus esse videatur: non inuitus faciam vt in tuam tandem sententiam transeã: & viris studiosis etiã auctor sim vt in spem accingãtur capessendę reip. quippe si ad lineamẽta prescripta princeps regni sui cursum peragere cõtenderit: haud periculum erit ne virtus aulicæ superbiæ vt dudum mancipetur. Absit enim vt hoc rege: his proceribus: his consultis qui rerũ potiri putantur: virtus & doctrina turpiter in aula seruientes & cultu indecoro cernantur vt Hercules in lydia. Vidimus quam indolem regnandi princeps in tyrocinio: id est nõdum Remis inauguratus ostendit, quanto honore: quantis liberalitatibus Cæsarem (vt ita dicã) suũ: sororis suę virum: ducem optimum & regię indolis prosecutus sit. quos viros summæ rerum secundum se præfecerit: quanta pietate parentem olim indulgentissimam: nunc officiosissimam colere & obseruare instituerit: vt si ad huius auspicatus præscriptum vniuersam ipse formam principatus delinearit: spondere ausim apocatastasim quandam insignem priscæ Francorũ gloriæ extituram. Frãcia quidem certe tantarum rerum expectatione excitata: animos illos alacreis denuo iam sustulit: quos haud ita dudum tacta de cœlo abiecerat, existimant enim omnes supplicationibus populi cataractas cœli apertas esse: & lucem nobis reddítam. Cuius spei cum omẽ haud aspernendum habemus a nomine Francisci regis ductum: tum velut repromissore deo acquiescimus: qui signis & ostentis clarissimis lętitiã nobis publicã ratã fecit. His tam magnificis: tam regiis rerum administrandarum primordiis si hoc quoq; accesserit: vt literis & doctrinæ honos habeatur a principe & primoribus: haud scio an nihil sit quod addi ad regni amplitudinem possit. Id quidem certe fidenter affirmauerim ad posteros memorabile maxime fore: nos ex obsoleta & tristi socordiq; facie regni: nulla temporis intercapedine in magnificentissimam regni speciem atq; alacerrimam transiuisse: vnãq; tãtũ noctẽ cõfiniũ fuisse sceptrorum squalentiũ atq; nitidissimorũ. vsq; adeo numẽ aliquod vertumni repente nos circũegit velut theatro quodã versatili: quod vtinã benignitate diuina fauste & feliciter regi: rectoribus: nobisq; regendis eueniat. Vidimus dudum gallici nominis geniũ antea semper cultũ ac nitidũ planipedis habitu in theatrũ tot finitimarũ gentiũ sub choragis imperitis & pusillis inductũ. iidem (vt spes est) videbimus propediem in cothurnum pristino altiorem excitatũ, si modo qui summã rerum tenebũt: hoc intelli-

gere intellectũq; meminisse poterunt. Mineruæ q̃ Bellonæ numẽ maius ac præsentius semper ab Alexandro Magno Romanisq; ducibus existimatum esse: qui imperia ipsi maxima ac clarissima omnis æui cõdiderũt. Vt enim magister equitum dux summus: & polemarchi creati viri decora multa militię meriti: quasi optiones eius allecti: bellicis in rebus speciẽ quandam magnificã: & tanto imperio dignam prębebunt: recte atq; ordine constituentes omnia: sic in rebus pacatis consiliatores adhiberi necesse est: rerum administrandarũ prudẽtes quæ procul a classicis trãsigũtur. aut ipsos bellicarum rerum consultos quasi quosdã Nestores vtraq; facultate pollere: id quod fieri nequit si literatos oderint aut spreuerint. magno enim errore regibus olim nostris & summæ nobilitati persuasum est Gallię campos naturam: Martis (vt aiunt) orchestrã esse: nõ etiam musarum odeum voluisse: in quo regum ac ducũ gesta clarissime celebrãtur. Qua de re quoniã multa in prędecedentibus libris diximus: non necessariũ hic habeo longius rem prosequi. Proinde fastigiũ principale nihil generosius instituere: nihil augustius velle potest: q̃ vt rebus bellicis quasi in tumultu constitutis: literarum studiosos excitare q̃ plurimos contẽdat: partim a consiliis ei futuros & munera togata ac ciuilia obituros: partim res nostras monumentis literarum illustraturos. id quod Alexãder Magnus quum maxime exoptaret: vix assequi potuit. ob quod Achillẽ felicem idẽtidem appellabat: cui contigisset ipsi post mortem Homerũ prędicẽ rerum suarũ habere. Reges autem nostri ne chœrilos quidem suarum rerũ scriptores habuerunt: vt qui nihil existimarẽt literas ꝑtinere ad memoriã suã suorũq; ęternitati prodẽdã. qua tꝑorũ incuria factũ vt res eorum gestæ & instituta patria auctorũ silentio sepulta sint: vel ita memoriæ prodita vt auctores pudendos magnarũ rerũ laudare vereamur. Quã gẽtis nostrę ignominiã si reges & proceres satis ęstimare potuissent: præclare cum viris literatis hactenus actũ esset. Verũ eẽ uero quando ea quæ ad hunc principatũ pertinent nunc primum ineuntẽ: non tã in cõmendatione ac laude posita sunt q̃ in expectatione: sustinendum nobis vlterius iudicium ad progressum vsq; rerũ magnifice cœptarũ. ne si quid secus acciderit (qd̃ ominari nolim) aut rebus nimiũ secundis ꝓceres mandragorã (vt fit) biberint: præpropere occasionem res inexploratas laudãdi administrandiq; arripuisse videamur. quod quũ dixissem: & et ille annuisset: direpto hoc colloquio sermonem alium quęsiuimus. eã aũt disputationẽ nostram simul animi causa huic operi attexendã esse duxi: simul vt monumẽtum esset æternũ (vt spero) amicitię nostrę. Deloinus eẽ & Budęus insigne par amicorũ in hac vrbe existimatur.

Finis libri quinti & vltimi de Asse & partibus eius:
Guillielmi Budęi Parisien. a secretis regiis: In chalcographia ascensiana ad Idus Martias, MDXIIII.

SEQVVNTVR ERRATA POST IMPRESSIONEM animaduersa per numerũ chartæ: paginæ: & lineę depħẽdẽda.

tantũ ſcribe tanto. i. i. xxvi.
ſectata ſcribe ſertata. ii. i. xxxvii.
abtrectationibus: ſcribe obtrectationibus. iiii. i. xxxiiii.
æquinoctio/deeſt ab. v. i. xi.
ὄφεωσ ſcribe ὄψεωσ. viii. i. i.
ἅμὰ ſcribe ἀλλὰ. viii. i. xxix.
librũ non exortem: depone librũ. viii. i. xli.
Eum cum. ſcribe Eum librum cũ. viii. i. xlii.
differuerunt: ſcri. differuerint. viii. ii. xiiii.
deſtinauerimus: ſcribe deſtinaueramus. viii. ii. xvi.
ἐμέργεσια ſcribe ἐμεργεία. viii. ii. xxi.
ὀυσήα ſcribe ὀυσία. viii. ii. xx.
morticinio: ſcrib. morticino. viii. ii. xlv.
ταίτᵭ ſcribe τάττᵭ. ix. i. xvi.
ὄυυ ſcribe ὄῦμ. ix. i. xvii.
intorquere. Si. ſcr. intorquere ſi. xi. i. xxxiiii.
rire: illi: ſcribe rire. Illi. xi. i. xxxv.
rum: grã. ſcribe rum grã. xi. ii. xiii.
cam: vt. ſcribe cam: vt. xi. ii. xiiii.
ſibi nomine ſcrib. ſibi eo nomine. xii. i. xv.
nantis: ſcribe nanteis. xii. ii. iiii.
ficiari: ſcribe ficiari: xii. i. xviii.
ſit: ſcribe ſit: xii. xxiiii.
oblaturus: ſcribe ablaturus. xvi. i. ii.
: neq; ſcribe. Neq; xviii. i. xxviii.
habet: ſcribe. Habet xviii. i. xxi.
-κεῖ: ſcribe τὰκεῖ. xviii. ii. xxi.
ſiue ſua: ſiue ſuorum: ſcribe vtrobiq; ſine ſua: ſine ſuorum. xxii. i. xiii.
quinquagenis: ſcrib. quingenis. xxii. i. xviii.
ἀφείλᵭμ: ſcribe ὠφείλᵭμ. xxiii. ii. xxix.
At mihi: ſcribe Ac mihi. xxv. i. vi.
perditum/ſcribe prędítum. xxvii. i. xxxi.
tricenis/ſcri. trecenis. xxxii. i. xv.
atticam/ſcribe & atticam. xxxiiii. i. iii.
Emq̃ndi ſcri. Emundi. xxxvi. i. xliiii.
ſterter ſcri. ſeſter. xxxvii. i. xxxvi.
ſequentibus ſcr. ſucceſſoribus. xxxviii. ii. i.
q̃ ꝗ. depone q̃. xxxix. ii. iiii:
octoginta: ſcri. ſexaginta. xlv. i. xxxix.
amimonos: ſc. amimones. ibidẽ in margine.
oblectaculo ſcr. obiectaculo. xlvi. i. xxxviii.
venditę ſcr. vendente. li. i. xl.
& ħ. ſcribe & s. li. ii. iiii.
parte: ſcr. arte. lv. i. xxvii.
cccxxxiii. adde millibus. lix. ii. xxii.
legiſſem. adde: vt victoriã partam intelligamus. lxv. i. xxxiiii.
aureis ſcribe aureum. lxix. i. xxxvii.
fructũ ſcribe fructu. lxx. i. xliiii.
ἄλλομ ſcribe ἄλλου. lxxii. ii. iii.
Bararus ſc. barbarus. lxxvii. ii. in margine.
καθ᾽ ἐκάϛου ſc. καθ᾽ἕκαϛομ. lxxviii. i. xiii.
uerſas opes &c. tota linea redundat. fo. lxxx. a tergo & eſt. xxxvi.
ἄλλα. ſcrib. ἅμα. lxxx. ii. xxxviii.
τοσοῦτῶμ. ſcrib. τοσοῦτομ. ibi. linea vlti.
χορηνέι. ſcrib. χορηγεῖ. lxxxi. i. xvii.
Adcitis: ſcribe additis. lxxxii. ii. xxxiii.
millia ſcribe millies. lxxxiii. ii. xlv.
quadragenis/ ſcrib. quadringenis. lxxxvi. i. xxiiii.
dicũ. ſcribe dicẽ. lxxxvi. ii. i.
Nimię ſc. Notandæ. lxxxvii. ii. in margine.
Macrochiro: ſcri. macrochire. lxxxviii. ii. i.
auferunt: ſcr. auferunt. xci. i. xlv.
deſtinerẽtur: ſcr. diſtinerẽtur. xcii. i. xxxii.
parũper ſcribe: parum per. xciiii. ii. xxxv.
colãt ſcribe colantur. xcv. i. xviii.
ꝑduci ſcribe perduci. xcv. i. xix.
vt vndecimus. tolle vt. xcv. ii. xix.
morigrãdo ſcr. morigerãdo. xcvi. i. xxviii.
nutnati/ſcribe nutanti. xcvi. i. xxxiii.
perſpectare: ſcribe proſpectare. xcvii. i. i.
Nouum tantũ: ſcribe nouum non tantum. & antiquum ſcrib. nouũ. c. ii. in margine.
quinq; ſcribe quiniq;. cxi. ii. ix.
deſtinemus ſcr. deſtinamus. cxviii. ii. xliiii.
trecenta præterea quadraginta: ſcri. trecena pręterea quadragena. cxxi. ii. xxvi.
myriades: ſcribe Myrias. cxxii. i. xxxvi.
beatiores ſcribe beatores. cxlvi. i. xliii.
in ſpecie: ſcribe in ſpeciem. cxlvii. i. v.
inacceſſam: ſcribe inacceſſi. clx. i. viii.
gentibuſq; ſcribe gentilibuſq;. clxiiii. ii. ii.
Vranophronen: ſcribe Vranophronem. clxvi. ii. v.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA
BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE